Digitized by Google

CORPUS SCRIPTORUM HISTORIAE BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

OPERA

EIUSDEM NIEBUHRII, IMM. BEKKERI, L. SCHOPENI, G. ET L. DINDORFIORUM ALIORUMQUE PHILOLOGORUM PARATA.

PARS XI.

LEO DIACONUS.

VARII LIBELLI QUI NICEPHORI PHOCAE ET IOANNIS TZIMISCIS HISTORIAM ILLUSTRANT.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

LEONIS DIACONI

CALOËNSIS

HISTORIAE

LIBRI DECEM

ET LIBER DE VELITATIONE BELLICA NICEPHORI AUGUSTI

E RECENSIONE

CAROLI BENEDICTI HASII

INSTITUT. FRANCIAE ACAD. INSCRIPTT. ET HUM. LITT. SOCII CAET.

ADDITA EIUSDEM VERSIONE ATQUE ANNOTATIONIBUS AB IPSO RECOGNITIS.

ACCEDUNT

THEODOSII ACROASES DE CRETA CAPTA
E RECENSIONE FR. IACOBSII
ET LUITPRANDI LEGATIO
CUM ALIIS LIBELLIS QUI NICEPHORI PHOCAE
ET IOANNIS TZIMISCIS HISTORIAM ILLUSTRANT.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXVIII.

Digitized by Google

ARCH

CORPUS SCRIPTORUM HISTORIAE BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

OPERA

EIUSDEM NIEBUHRII, IMM. BEKKERI, L. SCHOPENI, G. ET L. DINDORFIORUM ALIORUMQUE PHILOLOGORUM PARATA.

PARS XI.

LEO DIACONUS.

VARII LIBELLI QUI NICEPHORI PHOCAE ET IOANNIS TZIMISCIS HISTORIAM ILLUSTRANT.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

LEONIS DIACONI

CALOËNSIS

HISTORIAE

LIBRI DECEM

ET LIBER DE VELITATIONE BELLICA NICEPHORI AUGUSTI

E RECENSIONE

CAROLI BENEDICTI HASII

INSTITUT. FRANCIAE ACAD. INSCRIPTT. ET HUM. LITT. SOCII CAET.

ADDITA EIUSDEM VERSIONE ATQUE ANNOTATIONIBUS AB IPSO RECOGNITIS.

ACCEDUNT

THEODOSII ACROASES DE CRETA CAPTA
E RECENSIONE FR. IACOBSII
ET LUITPRANDI LEGATIO
CUM ALIIS LIBELLIS QUI NICEPHORI PHOCAE
ET IOANNIS TZIMISCIS HISTORIAM ILLUSTRANT.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

142.8
CORPUS
LEO

CONSPECTUS

EORUM QUAE IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

Praefationes VII
Leonis Diaconi Historia 1
Liber de velitatione bellica Nicephori Phocae Aug. . . . 179
Theodosii Acroases de expugnatione Cretae 259
Nicephori Phocae Novellae 307
Philopatris dialogus 324
Luitprandi Legatio ad Nicephorum Phocam 343
Excerpta ex Historiis Arabum de expeditionibus Syriacis Nicephori Phocae et Ioannis Tzimiscis 374
C. B. Hasii Notae in Leonis Diaconi Historiam et Librum de velitatione bellica, una cum indice editionum, quibus idem in notis scribendis usus est 395
N. M. Fogginii Adnotationes in Theodosii Acroases . . . 527
Vocabula Theodosio propria, a Fr. Iacobsio collecta . . 563
Index rerum, nominum et verborum 565

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Collegi in hunc codicem quaecunque sive a Graecis, praeterquam a Cedreno et Zonara, sive ab exteris, ad cognitionem rerum a Nicephoro Phoca et Ioanne Tzimisce gestarum, quibus viris imperium tenentibus res Byzantina, quae ab ipsa prope pueritia consenuerat, *lacertos movebat revirescebatque*, tradita inveni. Atque utinam his addere potuissem duo carmina de laudibus Tzimiscis, quae in codice Vaticano legi, Hasius, v. ill. auctor est (Notices et extraits VIII. p. 267.)! Versus certe quos ex altero profert, quanquam circa prosodiam vitiosi, poëtam produnt cuius pectus egregiis facinoribus magni imperatoris incaluerat:

— Σκυθῶν Ἄρεα δῆσα μέγαν·
Ἀσσυρίων δ' ἔκλινα πόλεις, καὶ Φοίνικας ἄρδην·
Ταρσὸν ἀμαιμακέτην εἷλον ὑποζύγιον.
Νήσους δ' ἐξεκάθηρα — καὶ ἥλασα βάρβαρον αἰχμὴν —
Εὐμεγέθη Κρήτην, Κύπρον ἀριπρεπέα·
Ἀντολίη τε δύσις τε ἐμὰς ὑπέτρεσσαν ἀπειλάς,
Ὀλβοδότης Νεῖλος, καὶ κραναὴ Λιβύη.

Principem in hac collectione locum obtinet Leonis Diaconi historia, qua edenda, doctissimoque commentario ornanda Hasius optime de litteris

meritus est. Verum in tam praeclaro opere crudeliter lusit fortuna, quum maiorem exemplorum partem naufragio mare hauserit; ut paucitas superstitum et pretio et raritate librum a plurimis expetitum a privatorum bibliothecis fere excluderet. Itaque compertum habeo multos sibi gratulaturos esse repetitione nostra hanc sublatam esse querelam: verum tanto cumulatiores agant Hasio gratias, quod is librum quem ipse tractando expolivit, nobis exscribendum concessit. Praeterea in editione nostra, ut instituta universi operis ratio servaretur, annorum notatio accessit quadruplex: ab origine mundi secundum Graecos, aerae vulgaris Christianae, indictionis, ac denique imperatorum: quam Classenus meus diligentissime digessit, docentem secutus Hasium, qui chronologicas quoque rationes accurate in annotationibus tractavit. Omissa esse gemmarum ectypa, quae Parisinam editionem ornant, nemo aequus vituperabit, qui propositum nostrum perspexerit, quo, ut quam plurimis consulatur, solam utilitatem, remota pretiosa elegantia, sectamur: verumtamen hoc dolendum est, iam omitti pariter debuisse quae Hasius elegantissime de iis disputavit.

Librum de velitatione bellica nos quoque, editorem principem secuti, Leoni comitem dedimus: Ioannis Epiphaniensis, Theodosiique monachi fragmenta aliis locis collectioni nostrae inseremus.

Quod vero ad reliqua attinet, magno sane usus sum fortunae munere, quod Iacobsius v. ill. honoris mei causa, insignem divinationis vim, qua pollet, ad emendandas Theodosii acroases convertit, ac ne taedium quidem ad tam putidum scriptorem concinnandi indicis detrectavit: multumque debent instituti nostri fautores Lasseno, viro in diversis litterarum generibus doctissimo, qui ex libris Arabum quae ad hanc historiam pertinent excerpsit, vertitque.

Novellas Nicephori Phocae, e quibus una praesertim ad informandam viri notionem multum valet, ex Leunclavio sumpsi; Luitprandi legationem, livore et odio plenam, verum sic quoque ad rerum cognitionem utilissimam, ex Muratorii scriptoribus rerum Italicarum. Nam editione principe carebam: codicemque Trevirensem unicum, ex quo illam expresserat Canisius, non inveniri inter eos quos temporum iniquitate

dispersos collegit cl. Wyttenbachius, vir cui patria litteraeque plurimum debent, ab ipso edoctus sum.

Restat libellus cuius titulum in indice fortasse non sine reprehensione aliquis conspiciet: Philopatris dialogus; quem inter Lucianeos censere solebant maiores: nunc, auctoritatem Gesneri, viri magni, secuti, plerumque ad Iuliani Aug. aetatem referunt. Attamen Solanus in illo agnoverat formulam de Spiritus Sancti processione (c. 12.), quae nono demum saeculo exorta est, — falsus in eo quod sibi persuaserat c. 9. fabulam de S. Ursula, virginumque agmine scriptoris animo esse obversatam: unde colligebat eum ante saeculum XII. non exstitisse. Etenim vel maximo pignore contendere ausim fabulam istam ne innotuisse quidem Graecis. Hasius, semper cum honoris praefatione nominandus, de Timarione disserens, id tantum pronunciavit, Philopatrin quoque scriptum esse medio aevo. Quod ubi legebam movit me protinus summa viri in universa philologia, in Byzantinis autem rebus unica auctoritas, ut libellum tunc demum accurate inspicerem; quo facto mox animadverti scriptum esse imperante Nicephoro Phoca, paulo ante eius necem, a. 968 vel 969. Hinc est quod immani quodam et efferato gaudio de virginum caede in Creta insula laetatur (c. 9.), ubi, quam atrociter in mulieres infantesque saevitum sit, ex Theodosio cognoscere licet (V. 85. sqq.): — et nuncius, quem Cleolaus affert, de victoriis imperatoris Syriacis accipiendus est: — spes quidem concepta de capienda Babylone (Bagdado), et de Aegypti Arabiaeque servitute, licet immodica stulta tamen non erat: Scythae, quorum incursiones finiri posse vix audent sperare iidem illi qui de Asia domanda somniant, Bulgari sunt: denique seditiosi coetus, ingrataeque molitiones adversus victorem Augustum, cui libelli scriptor se commendare studet, et moeror prave religiosorum de publica gloria, turbabant imperium Nicephori, donec eum everterent. — Quae omnia Hasium quoque vidisse, intellexi, quum ante annum viri egregii sermonibus fruebar.

Index rerum ita confectus est ut ei quem Hasius dedit inserta sint quae observanda videbantur in reliquis libellis. In qua re neque laus mea ulla est, quippe qui procul abessem, et vix per totam aestatem bis terve litteris Weberi edocerer quo se statu res haberet; ac ne

nunc quidem plagulas quae post decimamnonam e prelo exierunt conspexerim: neque, si forte in aliqua parte huius voluminis erratum sit, culpa. Iussissem si adessem, numeros paginarum editionis Romanae margini adscribi ad acroases Theodosii; verum id nonnisi ad aequabilitatem, speciemque operis pertinet, ceterum in libro versibus distincto nullius est momenti.

Scr. Bonnae a. d. V. Id. Octobr.

C. B. HASII

DEDICATIO EDITIONIS PARISINAE.

INLUSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO

VIRO

NICOLAO

COMITI DE ROMANZOFF

IMPERII RUSSICI CANCELLARIO ORDINUM IMPERII
PEREGRINORUMQUE ALIORR. PLURIMORR. EQUITI
ETC. ETC. ETC.

QUI
SINCERAE MAGNAEQUE GLORIAE
CUPIDITATE INCENSUS
LITTERARUM ET HONESTARUM ARTIUM
TUM SUBLIMIORUM OMNIUM SCIENTIARUM STUDIA
ITA COMPLEXUS EST ET FOVET

UT IISDEM CUM REI PUBLICAE UTILITATIBUS
ARCTISSIMO VINCULO CONSOCIATIS OMNI EUROPAE
TOTIQUE POSTERITATI SUMMO SE CULMINE DIGNISSIMUM
PRODIDERIT

HISTORIAE BYZANTINAE

NOVUM HOC VOLUMEN

D. N. E.
L. M. Q.
D. D. D.

EDITOR.

Digitized by Google

C. B. HASII
PRAEFATIO.

I. Si quis fortasse miratur, quid sit, quod Leonis Diaconi Historia, quam complures ante annos receperam me editurum, nunc demum exeat: is, ubi dilationis causam perspexerit, una et mihi facile veniam dabit procrastinationis, et eo maiores gratias viro amplissimo, cuius munificentia conatui meo subventum est, habebit. *Quapropter* nihil prius exponam, quam qua fortuna scriptor diu retrusus nunc potissimum exstiterit. Deinde dicam de vita auctoris, et quae mea quidem sit de ingenio eius, de genere dicendi, de fide, existimatio: item de Codice, in quo uno, quantum scio, Historia est eius conservata. Tum de Tacticis agam Nicephori Phocae, postremo rationem et versionis et notarum mearum, et omnino editionis, explicabo. Ed. Par. P. III

II. Ego, postquam in Bibliotheca Regia esse coepi, ut primum penitius eam nosse licitum est, facile intellexi, etiam post Goari, Possini, Ducangii et, qui admodum multa veterum monumenta e situ eruit, Combefisii varios labores, quasi e quodam inexhausto fonte, hauriri inde non pauca posse ad collectionem auctorum Byzantinorum cumulatius augendam. E scriptoribus autem ibi servatis duos esse potissimum, Leonem Diaconum et Michaëlem Psellum, quorum editio et desideraretur dudum a viris doctis, et esset iam aliquando si minus confecta, concepta certe animo atque affecta. Nam illum ipsum Combefisium testatum est ex Harles. Bibl. Graec. VII. 684. C. cum esset animo erecto ad indaganda in lucemque evocanda Graecorum scripta, inprimis ecclesiastica et Byzantina, Bibliothecam Regiam scrutantem cepisse cum Leonis tum Pselli

cognitionem, editionemque utriusque adornasse. Quin ipse habet notis ad Auctar. noviss. Biblioth. Graecor. Patr. Paris. 16[illegible] p. 545. subhorride (ut plerumque incomtus est in oratione Latin
P. IV *Photii technas malasque artes cum alii prosecuti sunt Gra aequales, aut parum suppares, tum meus Logotheta* [hic Simeon magister et Logotheta, de quo Harles. VII. 471. C.], *quando, pace lenius aspirante, ac Christianissimo Rege semp victore, Regia Lupara, historiae Byzantinae paene necessar supplemento, cum Leone Diacono et Michaële Psello, regii vere multiplici titulo argumentum, iuris publici regia munifice tia faciat: ne sibi per moras Batavus, aut gens alia, ea gloriam rapiat.* Sed a. 1679. a vita discessit Combefisius, deq duobus tomis Auctarii Byzantini, quos edendos sibi proposuer ne priorem quidem potuit divulgare. Is enim, scriptores po Theophanem continens, Constantinum Porphyrogenetam dico vita Basilii, Continuatorem anonymum Theophanis, Ioannem Cam niatam, Georgium monachum, alios, non nisi sexennio post, c rante Sebastiano Mabre-Cramoisy, ex typographia Regia a. 168 in lucem prolatus est. Editio alterius, Leonem Michaëlemqu Psellum complexuri, prope triginta annis post commissa est M chaëli Le Quien, ex schedis Combefisianis adornanda: vi Echard. Scriptorr. ordinis Praedicator. II. 684. C. Nec segniter i se ad opus admovit, ita ut Leo in typographia Regia formulis iam coeptus sit describi, ipseque Le Quien sic habeat Orient. Chri stian. I. 255. D: *Quae Leo Diaconus refert in Historia, cuiu pars typis Regiis iam edita est.* Atenim intervenit impressio ingravescens bellum, quod de Hispaniarum successione gestu est, *consiliumque*, ut scribit Echardus loc. cit., *quod Michaël Le Quien commissum erat exequendum, iamque typis Regii inceptum, bello tum atrociori ubique flagrante interruptum es ac prolatum.* Ergo neque Combefisii opera neque Lequienii, a 1733. vita functi, Leoni potuit prodesse. Et mirari licet, plagu las illas tunc impressas interiisse, prope dicam, in nihilum, ne que usquam iam comparere. Ego certe scrutatus sum quae po tui, et perquisivi, percontatus quoque agentes typographiae Re giae, viros non solum peritissimos artis suae, verum historicos quoque, monumentorumque officinae ipsorum percuriosos: re liquias editionis illius inceptae nullas potui nancisci. Quapro-

pter suspicor, exemplaria ea vel casu aliquo peculiari, vel data opera, fuisse deleta.

III. Reliquerat igitur Combefisius, ex hac vita migrans, cum alia praeclare inchoata multa, tum confectam, ut videtur, Leonis Psellique versionem Latinam. Sed illa priora, multis undique in schedas extincti involantibus (ut fere fit in eruditorum obitu), dissipata evanuerunt: versionem Leonis ac Pselli Parisiis in aedibus FF. Dominicanorum ad viam S. Honorati, ubi vita cessit Combefisius, multos annos asservatam esse constat, eiusque copiam viris doctis compluribus factam. Ita varii variis locis non solum mentionem fecerunt Leonis, verum illius fragmenta scriptis quo- P. V
que inseruerunt suis. Velut Bandurius Imper. Oriental. II. 465. C. 480. D. 481. B. 726. A. 728. D. Ducangius cum in Glossario non uno loco, tum in notis ad Zonaram II. 99. D. 103. C. 105. D. 107. A. D. omnium maxime autem Francisc. Pagius Critic. in Annales Baronii III. 873. D. *eam versionem opera Bernardi Montfauconi a se lectam, et quoad praecipua capita* (utor ipsius verbis) *descriptam esse* asseverans, ad historiam saec. X. vergentis *certius illustrandam.* Ac profecto eius fragmentis refersit cum extremum tomum tertium Criticor. 873. D. 875. A. 876. A. tum exorsum tomi quarti 3. B. — 39. A. Unde eadem hausit partimque transcripsit Schloezerus in *Nestore* s. *Russische Annalen in ihrer Grundsprache u. s. w.* V. 125. A. — 177. A. Alios contra nimium quantum neglexisse ea questus est Saxius Onomast. II. 156. C. *nobilissima illa fragmenta, latine edita, quomodo subinde homines eruditos, tanquam Guil. Cave* Histor. litterar. Scriptorr. ecclesiast. II. 106. A. *inprimisque I. A. Fabricium* Bibl. Gr. VI. [is enim verus est numerus: apud Saxium legitur V.] 353. A. *et* XIII. 788. B. *latere potuerint*, cogitatione assequi se non posse. Tametsi in his erratum est ipsius Saxii. Nam cadat iam eius reprehensio in Fabricium, cuius volumina exierunt alterum a. 1714, alterum a. 1726. Guil. Caveo certe, qui scripsit a. 1688, vitio nequit dari, quod tunc ignoravit, quae Pagius a. 1705. erat editurus. Sed ut revertar ad versionem Combefisianam, superfuisse ea videtur usque ad motum repentinum, quo Gallia tota, vergente saeculo superiore, confusa est. Tunc illa ipsa procella, quae viros studiis ac doctrinis exquisitioribus claros partim deiecit de statu omni, partim praecipites perturbavit ex patria;

quo flatu collegia litteraria et religiosa universa evertit, eodem ut multa alia ingenii monumenta chartis reconditis mandata, sic item ultimas reliquias sedulitatis Combefisianae dissipavit, aut obruit. Certe neque tum cum expilarentur libraria FF. Dominicanorum, neque cum post surreptiones varias libri inde residui per bibliothecas diversas diriberentur, quicquam de repertis Combefisii schedis auditum est, nedum de versionibus Leonis et Pselli: quae vel in latebra aliqua ignorata delitescunt adhuc, vel (quod magis est credibile) omnino hodie interciderunt.

IV. Quare, ubi semel in animum induxeram Leonem in lucem proferre, fieri oportuit novam interpretationem eius Latinam: extra pauca quae supra dixi, in Criticis Pagianis conservata. Deinde conquisivi quae ad illustrandum scriptorem spectarent. Sed, opera iam fere prelo parata, perspicere coepi, quantas eius editio difficultates esset habitura, cum alias, quas hic definite edisseri quid attinet? tum magnitudinem impensarum, quibus nec privati cuiusvis unius suppeterent facile copiae, nec
P. VI certe meae. Accedebat, ut ipse in Bibliotheca Regia sub id tempus essem occupatissimus, notitiam Codd. Graecc. ex Italia recens allatorum conficere conans, qualem de Codd. Florentinis Bandinius, de Vindobonensibus Lambecius ediderunt. Quamobrem, quo saltem intelligerem, quale virorum doctorum iudicium futurum esset de Leone, satis tunc habui, librum sextum, ut erat a me versus, seorsum speciminis causa in lucem proferre *Notices et Extraits des Mss. de la Bibliothèque du Roi* etc. VIII. 254 — 296. Neque quicquam posthac propius est factum, quam ut cogitationem editionis integrae omnino dimitterem. Aliquot anni cum sic effluxissent, me aliis sollicitudinibus curisque distento, ecce vir doctus, quo nemo omni antiquitatis septentrionalis memoria abundantior, nemo in monumentis historiae Russicae examinandis, comparandis, explicandis acutior aut felicior, Philippus Krug, Academiae Imperialis scientiarum Petropolitanae decus et ornamentum, ultro me litteris mire puris, amicis, candidis adiit, nihilque opinanti commonstravit, quemadmodum rei pridem institutae expediri exitus posset. Nempe imperii Russici Cancellarium, etc. ill. Comitem Nicolaum de Romanzoff, virum ut omni magnarum rerum laude cumulatum, ita natum provehendis liberalibus studiis, cum in manus eius incidisset specimen

Leonis in Notitiis Mss. editum, optare, ut scriptor totus in lucem proferatur: sumtus necessarios eundem subministraturum. Mirifice igitur delectatus hoc nuncio, multo acrius exarsi ad cupiditatem edendi operis: ipsiusque illustr. Comitis litteris paulo post magis etiam confirmatus, evestigio orsus sum editionem. Neque aliunde amplissimorum hominum mihi defuit studium aut voluntas. Nam et vir summus Comes DE MONTESQUIOU, Franciae par, Regis Christianissimi consiliarius intimus, cum administrationem interiorem, ut nunc vocamus, in Gallia haberet, redemto exemplarium, ut aiunt, numero haud exiguo, expeditissimum reddere totum imprimendi negotium dignatus est: quam eius voluntatem ratam fecit post eum eodem munere fungens ill. Dom. Comes DECAZES, etc. immortalem laudem comparans, dum litteras et scientias, omninoque bonas quasvis disciplinas in Francia florere atque ornari omni conatu curat: et vir eruditione, auctoritate, virtutibus eminentissimus, doctrinae Orientalis per orbem terrarum princeps, liber Baro SILVESTER DE SACY, Rector universitatis Parisiensis, institutionis publicae constituendae Vvir, ordinis Reg. Legionis honorif. praefectus, Academiae Reg. Inscriptt. et litterarr. human. sodal. etc. interventu suo obtinuit, ut in typographia Regia Leo formulis describeretur. Ita, his auspiciis incepta, biennii spatio ad exitum adducta impressio est: tardius fortasse quam volebam, obsequi continuo tantis viris iucundissimum existimans: satis cito, si molem voluminis difficilemque rationem commentarii characterumque Graecorum spectes.

V. Venio nunc ad ea quae constant de vita Leonis, pauca P. VII sane, nec diversa fere ab iis, quae Notitt. Mss. VIII. 257. C. pridem protuli. Vitam Leo adiit Caloë, quae civitas est (*τῆς Καλοητῶν πόλεως* Le Quien Orient. Christ. I. 726. C.) Asiae proconsularis in Tmolo monte, prope fontem Caystri amnis (infra 2. C): is tractus omnis themati Thracensium tunc accensebatur. De parentum conditione non habemus quod liqueat: patri nomen Basilii fuisse ipse ait 2. B. Ac primam quidem aetatulam in patria parentumque disciplina videtur exegisse: inde studiorum causa Constantinopolim tanquam ad domum quandam doctrinae profectus, ibi a. 966. mens. April. sacro solenni Ascensionis, motu populari in Nicephorum effecto, imperatorem gradatim per urbem equitantem conspexit, virtutemque eius et animi firmita-

tem vi furiosa plebis perturbari haudquaquam posse admiratus est. Haec se adolescentulo accidisse scribit 40. B. Ita si statuimus, a. 966. eum egisse annum circiter sextum et decimum, sequitur, natum esse sub a. 950. Circa a. 973. quo Basilio exauctorato Antonius Patriarcha creatus est, in Asia fuit: ibi certe gemellos monstruosos, imperii provincias obeuntes, crebro se vidisse tradit 102. A. Post aliquanto in collegium sacerdotum palatinorum ascitus, a. 981. cum Basilius Imp. magno apparatu Bulgaris bellum inferret, castrisque ad Stoponium positis Triaditzam oppugnaret (Cedr. II. 695. C.), diaconi munere fungens secutus comitatum est: legionibusque retrorsum raptis, cum exercitus perterritus interneciva clade in itinere afficeretur, ipse e Bulgarorum undique provolantium manibus (107. B.) aegre evasit. Quare opinor in Historia, quoties Moesiae mentionem facit (velut 38. C.), tremere et exalbescere tanquam obiecta terribili re videtur, nihil ut sit, quod aeque ei formidinem dicas iniecisse. Quem postea tenuerit vitae cursum neque ipse indicat, neque alii tradunt: nisi vero si quis est, qui addita demum aetate a rerum ecclesiasticarum cura eum abduxisse sese putet, atque in secessum, Historiae condendae causa, se recepisse. Constat certe, non exisse scriptionem ante a. 989. quo Bardas Phocas contra Basilium Imp. rebellans oppressus est: quippe eius interitus refertur 108. B. Expugnatio Chersonis, de qua 108. C. et mors Basilii praesidis (106. D.) anno ante acciderunt. Num consilium fuerit Leoni, ultra Tzimiscae mortem deducere historiam, dubitari potest. Nam quod scribit 109. B. mala, per stellam crinitam praemonstrata (quae postea Basilio imperante evenerunt), suo quidque ordine ab historia dictum iri, id fortasse non sic intelligendum est, quasi ipse sibi ea seponeret narranda, sed generatim, aliis ea scriptoribus materiam dicendi praebitura.

VI. Ergo tria potissimum bella, Creticum, Asiaticum, Russicum, formidolosa atque difficilia, scribenda sibi sumsit, afferP. VIII reque lumen voluit rebus sua aetate (959 — 975.) gestis. Sed est magnum munus historia, et ex omni scripturae genere prope dicam difficillimum. Sunt unicuique saeculo suae caecitates mentis: ut, quamvis caetera ratione recta iudicet, in quibusdam tamen erroris atque hebetudinis sit condemnandum. Infinitam vim habent religiones, instituta, factiones, sectae: non

eo modo praestringi acies mentis solet saeculis cultis et eruditis, rudum asperis et tenebricosis. Accedit, ut Leonis aetas eloquentiam poneret in florida, ut ita dicam, oratione: cum magnam se quisque in dicendo laudem adeptum putaret, si, multa acervatim complexus ornamenta, poëticae dictionis aemulatione grandioribus verbis, et duris, ne ineptis dicam, metaphoris esset usus. Atque haud scio annon quicquam magis historiae officiat, quam fucatus eiusmodi sine dignitate color: quando ita nimio calamistrorum usu incedit oratio, ut et sermoni lepos omnis adimatur, et rerum expositioni fides. Id vitium Leo, tametsi non adeo insaniat quam Theophylactus Simocatta aut Nicetas Choniates (in orationibus praecipue, ubi cumprimis cupiunt diserti videri), effugere tamen omni ex parte non potuit, felicisque fortasse ingenii cursum oppressit illud tanquam adipatae dictionis studium. Cumque a Divo Iulio, primo De analogia, dictum sit, tanquam scopulum sic fugiendum inauditum atque insolens verbum esse, Leo contra quasi quasdam cautes reformidat vocabula idonea et usitata. Vocem ἀδελφὸς raro usurpat: creberrime αὐτάδελφος, ὁμαίμων, σύναιμος. *Πέλω*, τελέθω (ut certe scripsi 90. C.), τελέω, ὑπάρχω, πέφηνα (60. D. 93. A.), πέφυκα, χρηματίζω, vel quidvis, potius adhibet quam εἰμί· ἀκουτίζομαι, διενηχέω, διενωτίζω, ἐνωτίζω, potius quam ἀκούω. Passim quoque verbis vetustis e poëtisque erutis orationem tanquam stellis (ut sibi videtur) ornat. Ὑπιωγαῖς 22. A. arripuit ex Odyssea E. 404. ubi nunc leginus ἐπιωγαί. *Νέων*, *vadens*, 27. B. e grammatico aliquo, opinor (vid. perspicacissimum Graecae proprietatis arbitrum Frid. Aug. Wolf. Prolegom. IV. 18.): nisi ibi dicas νεὼν legendum, eiusque glossam esse ἐκκλησίαν, excidisse autem ἀφικόμενος, vel tale aliquid. Ὄχθος 32. C. significatione *ripae*, rarum est, vel apud poëtas. Verbum obsoletum προσέπω, unde προσειπεῖν, habet 99. B. Sed nolo multus videri in re, quam inter legendum unusquisque facile per se notabit.

VII. Aliud Leonis vitium est synonymorum vana accumulatio. Sicubi σοβαρευόμενος scripsit (13. A.), ne parum multa verba scisse videatur, continuo et γαυρούμενος subiungit, et ἐπαιρόμενός τε καὶ βρενθυόμενος. Sic singulis paene paginis. Eiusmodi tautologiis cumulati sunt Byzantini omnes medii aevi: nec nisi tempore Palaeologorum ab acrioribus ingeniis Demetrio Cy-

nunc quidem plagulas quae post decimamnonam e prelo exierunt conspexerim: neque, si forte in aliqua parte huius voluminis erratum sit, culpa. Iussissem si adessem, numeros paginarum editionis Romanae margini adscribi ad acroases Theodosii; verum id nonnisi ad aequabilitatem, speciemque operis pertinet, ceterum in libro versibus distincto nullius est momenti.

Scr. Bonnae a. d. V. Id. Octobr.

C. B. HASII

DEDICATIO EDITIONIS PARISINAE.

INLUSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO

VIRO

NICOLAO

COMITI DE ROMANZOFF

IMPERII RUSSICI CANCELLARIO ORDINUM IMPERII PEREGRINORUMQUE ALIORR. PLURIMORR. EQUITI ETC. ETC. ETC.

QUI
SINCERAE MAGNAEQUE GLORIAE
CUPIDITATE INCENSUS
LITTERARUM ET HONESTARUM ARTIUM
TUM SUBLIMIORUM OMNIUM SCIENTIARUM STUDIA
ITA COMPLEXUS EST ET FOVET

UT IISDEM CUM REI PUBLICAE UTILITATIBUS
ARCTISSIMO VINCULO CONSOCIATIS OMNI EUROPAE
TOTIQUE POSTERITATI SUMMO SE CULMINE DIGNISSIMUM
PRODIDERIT

HISTORIAE BYZANTINAE

NOVUM HOC VOLUMEN

D. N. E.
L. M. Q.
D. D. D.

EDITOR.

Digitized by Google

C. B. HASII
PRAEFATIO.

I. Si quis fortasse miratur, quid sit, quod Leonis Diaconi Historia, quam complures ante annos receperam me editurum, nunc demum exeat: is, ubi dilationis causam perspexerit, una et mihi facile veniam dabit procrastinationis, et eo maiores gratias viro amplissimo, cuius munificentia conatui meo subventum est, habebit. Quapropter nihil prius exponam, quam qua fortuna scriptor diu retrusus nunc potissimum exstiterit. Deinde dicam de vita auctoris, et quae mea quidem sit de ingenio eius, de genere dicendi, de fide, existimatio: item de Codice, in quo uno, quantum scio, Historia est eius conservata. Tum de Tacticis agam Nicephori Phocae, postremo rationem et versionis et notarum mearum, et omnino editionis, explicabo. Ed. Par. P. III

II. Ego, postquam in Bibliotheca Regia esse coepi, ut primum penitius eam nosse licitum est, facile intellexi, etiam post Goari, Possini, Ducangii et, qui admodum multa veterum monumenta e situ eruit, Combefisii varios labores, quasi e quodam inexhausto fonte, hauriri inde non pauca posse ad collectionem auctorum Byzantinorum cumulatius augendam. E scriptoribus autem ibi servatis duos esse potissimum, Leonem Diaconum et Michaëlem Psellum, quorum editio et desideraretur dudum a viris doctis, et esset iam aliquando si minus confecta, concepta certe animo atque affecta. Nam illum ipsum Combefisium testatum est ex Harles. Bibl. Graec. VII. 684. C. cum esset animo erecto ad indaganda in lucemque evocanda Graecorum scripta, inprimis ecclesiastica et Byzantina, Bibliothecam Regiam scrutantem cepisse cum Leonis tum Pselli

cognitionem, editionemque utriusque adornasse. Quin ipse
habet notis ad Auctar. noviss. Biblioth. Graecor. Patr. Paris. 167
p. 545. subhorride (ut plerumque incomtus est in oratione Latina
P. IV *Photii technas malasque artes cum alii prosecuti sunt Grae*
aequales, aut parum suppares, tum meus Logotheta [hic e
Simeon magister et Logotheta, de quo Harles. VII. 471. C.],
quando, pace lenius aspirante, ac Christianissimo Rege semp
victore, Regia Lupara, historiae Byzantinae paene necessar
supplemento, cum Leone Diacono et Michaële Psello, regiu
vere multiplici titulo argumentum, iuris publici regia munificen
tia faciat: ne sibi per moras Batavus, aut gens alia, ea
gloriam rapiat. Sed a. 1679. a vita discessit Combefisius, dequ
duobus tomis Auctarii Byzantini, quos edendos sibi proposuerat
ne priorem quidem potuit divulgare. Is enim, scriptores pos
Theophanem continens, Constantinum Porphyrogenetam dico de
vita Basilii, Continuatorem anonymum Theophanis, Ioannem Cameniatam, Georgium monachum, alios, non nisi sexennio post, curante Sebastiano Mabre-Cramoisy, ex typographia Regia a. 1685. in lucem prolatus est. Editio alterius, Leonem Michaëlemque Psellum complexuri, prope triginta annis post commissa est Michaëli Le Quien, ex schedis Combefisianis adornanda: vid. Echard. Scriptorr. ordinis Praedicator. II. 684. C. Nec segniter is se ad opus admovit, ita ut Leo in typographia Regia formulis iam coeptus sit describi, ipseque Le Quien sic habeat Orient. Christian. I. 255. D: *Quae Leo Diaconus refert in Historia, cuius pars typis Regiis iam edita est.* Atenim intervenit impressioni ingravescens bellum, quod de Hispaniarum successione gestum est, *consiliumque*, ut scribit Echardus loc. cit., *quod Michaëli Le Quien commissum erat exequendum, iamque typis Regiis inceptum, bello tum atrociori ubique flagrante interruptum est ac prolatum.* Ergo neque Combefisii opera neque Lequienii, a. 1733. vita functi, Leoni potuit prodesse. Et mirari licet, plagulas illas tunc impressas interiisse, prope dicam, in nihilum, neque usquam iam comparere. Ego certe scrutatus sum quae potui, et perquisivi, percontatus quoque agentes typographiae Regiae, viros non solum peritissimos artis suae, verum historicos quoque, monumentorumque officinae ipsorum percuriosos: reliquias editionis illius inceptae nullas potui nancisci. Quapro-

ter suspicor, exemplaria ea vel casu aliquo peculiari, vel data opera, fuisse deleta.

III. Reliquerat igitur Combefisius, ex hac vita migrans, cum alia praeclare inchoata multa, tum confectam, ut videtur, Leonis Psellique versionem Latinam. Sed illa priora, multis undique in schedas extincti involantibus (ut fere fit in eruditorum obitu), dissipata evanuerunt: versionem Leonis ac Pselli Parisiis in aedibus FF. Dominicanorum ad viam S. Honorati, ubi vita cessit Combefisius, multos annos asservatam esse constat, eiusque copiam viris doctis compluribus factam. Ita varii variis locis non solum mentionem fecerunt Leonis, verum illius fragmenta scriptis quo- P. V
que inseruerunt suis. Velut Bandurius Imper. Oriental. II. 465. C. 480. D. 481. B. 726. A. 728. D. Ducangius cum in Glossario non uno loco, tum in notis ad Zonaram II. 99. D. 103. C. 105. D. 107. A. D. omnium maxime autem Francisc. Pagius Critic. in Annales Baronii III. 873. D. *eam versionem opera Bernardi Montfauconi a se lectam, et quoad praecipua capita* (utor ipsius verbis) *descriptam esse* asseverans, ad historiam saec. X. vergentis *certius illustrandam.* Ac profecto eius fragmentis refersit cum extremum tomum tertium Criticor. 873. D. 875. A. 876. A. tum exorsum tomi quarti 3. B. — 39. A. Unde eadem hausit partimque transcripsit Schloezerus in *Nestore* s. *Russische Annalen in ihrer Grundsprache u. s. w.* V. 125. A. — 177. A. Alios contra nimium quantum neglexisse ea questus est Saxius Onomast. II. 156. C. *nobilissima illa fragmenta, latine edita, quomodo subinde homines eruditos, tanquam Guil. Cave* Histor. litterar. Scriptorr. ecclesiast. II. 106. A. *inprimisque I. A. Fabricium* Bibl. Gr. VI. [is enim verus est numerus: apud Saxium legitur V.] 353. A. *et* XIII. 788. B. *latere potuerint,* cogitatione assequi se non posse. Tametsi in his erratum est ipsius Saxii. Nam cadat iam eius reprehensio in Fabricium, cuius volumina exierunt alterum a. 1714, alterum a. 1726. Guil. Caveo certe, qui scripsit a. 1688, vitio nequit dari, quod tunc ignoravit, quae Pagius a. 1705. erat editurus. Sed ut revertar ad versionem Combefisianam, superfuisse ea videtur usque ad motum repentinum, quo Gallia tota, vergente saeculo superiore, confusa est. Tunc illa ipsa procella, quae viros studiis ac doctrinis exquisitioribus claros partim deiecit de statu omni, partim praecipites perturbavit ex patria;

quo flatu collegia litteraria et religiosa universa evertit, eodem ut multa alia ingenii monumenta chartis reconditis mandata, sic item ultimas reliquias sedulitatis Combefisianae dissipavit, aut obruit. Certe neque tum cum expilarentur libraria FF. Dominicanorum, neque cum post surreptiones varias libri inde residui per bibliothecas diversas diriberentur, quicquam de repertis Combefisii schedis auditum est, nedum de versionibus Leonis et Pselli: quae vel in latebra aliqua ignorata delitescunt adhuc, vel (quod magis est credibile) omnino hodie interciderunt.

IV. Quare, ubi semel in animum induxeram Leonem in lucem proferre, fieri oportuit novam interpretationem eius Latinam: extra pauca quae supra dixi, in Criticis Pagianis conservata. Deinde conquisivi quae ad illustrandum scriptorem spectarent. Sed, opera iam fere prelo parata, perspicere coepi, quantas eius editio difficultates esset habitura, cum alias, quas hic definite edisseri quid attinet? tum magnitudinem impensarum, quibus nec privati cuiusvis unius suppeterent facile copiae, nec
P. VI certe meae. Accedebat, ut ipse in Bibliotheca Regia sub id tempus essem occupatissimus, notitiam Codd. Graecc. ex Italia recens allatorum conficere conans, qualem de Codd. Florentinis Bandinius, de Vindobonensibus Lambecius ediderunt. Quamobrem, quo saltem intelligerem, quale virorum doctorum iudicium futurum esset de Leone, satis tunc habui, librum sextum, ut erat a me versus, seorsum speciminis causa in lucem proferre *Notices et Extraits des Mss. de la Bibliothèque du Roi* etc. VIII. 254 — 296. Neque quicquam posthac propius est factum, quam ut cogitationem editionis integrae omnino dimitterem. Aliquot anni cum sic effluxissent, me aliis sollicitudinibus curisque distento, ecce vir doctus, quo nemo omni antiquitatis septentrionalis memoria abundantior, nemo in monumentis historiae Russicae examinandis, comparandis, explicandis acutior aut felicior, Philippus Knuc, Academiae Imperialis scientiarum Petropolitanae decus et ornamentum, ultro me litteris mire puris, amicis, candidis adiit, nihilque opinanti commonstravit, quemadmodum rei pridem institutae expediri exitus posset. Nempe imperii Russici Cancellarium, etc. ill. Comitem Nicolaum de Romanzoff, virum ut omni magnarum rerum laude cumulatum, ita natum provehendis liberalibus studiis, cum in manus eius incidisset specimen

Leonis in *Notitiis* Mss. editum, optare, ut scriptor totus in lucem proferatur: sumtus necessarios eundem subministraturum. Mirifice igitur delectatus hoc nuncio, multo acrius exarsi ad cupiditatem edendi operis: ipsiusque illustr. Comitis litteris paulo post magis etiam confirmatus, evestigio orsus sum editionem. Neque aliunde amplissimorum hominum mihi defuit studium aut voluntas. Nam et vir summus Comes DE MONTESQUIOU, Franciae par, Regis Christianissimi consiliarius intimus, cum administrationem interiorem, ut nunc vocamus, in Gallia haberet, redemto exemplarium, ut aiunt, numero haud exiguo, expeditissimum reddere totum imprimendi negotium dignatus est: quam eius voluntatem ratam fecit post eum eodem munere fungens ill. Dom. Comes DECAZES, etc. immortalem laudem comparans, dum litteras et scientias, omninoque bonas quasvis disciplinas in Francia florere atque ornari omni conatu curat: et vir eruditione, auctoritate, virtutibus eminentissimus, doctrinae Orientalis per orbem terrarum princeps, liber Baro SILVESTER DE SACY, Rector universitatis Parisiensis, institutionis publicae constituendae Vvir, ordinis Reg. *Legionis honorif.* praefectus, Academiae Reg. Inscriptt. et litterarr. human. sodal. etc. interventu suo obtinuit, ut in typographia Regia Leo formulis describeretur. Ita, his auspiciis incepta, biennii spatio ad exitum adducta impressio est: tardius fortasse quam volebam, obsequi continuo tantis viris iucundissimum existimans: satis cito, si molem voluminis difficilemque rationem commentarii characterumque Graecorum spectes.

V. Venio nunc ad ea quae constant de vita Leonis, pauca P. VII
sane, nec diversa fere ab iis, quae Notitt. Mss. VIII. 257. C. pridem protuli. Vitam Leo adiit Caloë, quae civitas est (*τῆς Καλοητῶν πόλεως* Le Quien Orient. Christ. I. 726. C.) Asiae proconsularis in Tmolo monte, prope fontem Caystri amnis (infra 2. C): is tractus omnis themati Thracensium tunc accensebatur. De parentum conditione non habemus quod liqueat: patri nomen Basilii fuisse ipse ait 2. B. Ac primam quidem aetatulam in patria parentumque disciplina videtur exegisse: inde studiorum causa Constantinopolim tanquam ad domum quandam doctrinae profectus, ibi a. 966. mens. April. sacro solenni Ascensionis, motu populari in Nicephorum effecto, imperatorem gradatim per urbem equitantem conspexit, virtutemque eius et animi firmita-

tem vi furiosa plebis perturbari haudquaquam posse admiratus est. Haec se adolescentulo accidisse scribit 40. B. Ita si statuimus, a. 966. eum egisse annum circiter sextum et decimum, sequitur, natum esse sub a. 950. Circa a. 973. quo Basilio exauctorato Antonius Patriarcha creatus est, in Asia fuit: ibi certe gemellos monstruosos, imperii provincias obeuntes, crebro se vidisse tradit 102. A. Post aliquanto in collegium sacerdotum palatinorum ascitus, a. 981. cum Basilius Imp. magno apparatu Bulgaris bellum inferret, castrisque ad Stoponium positis Triaditzam oppugnaret (Cedr. II. 695. C.), diaconi munere fungens secutus comitatum est: legionibusque retrorsum raptis, cum exercitus perterritus interneciva clade in itinere afficeretur, ipse e Bulgarorum undique provolantium manibus (107. B.) aegre evasit. Quare opinor in Historia, quoties Moesiae mentionem facit (velut 38. C.), tremere et exalbescere tanquam obiecta terribili re videtur, nihil ut sit, quod aeque ei formidinem dicas iniecisse. Quem postea tenuerit vitae cursum neque ipse indicat, neque alii tradunt: nisi vero si quis est, qui addita demum aetate a rerum ecclesiasticarum cura eum abduxisse sese putet, atque in secessum, Historiae condendae causa, se recepisse. Constat certe, non exisse scriptionem ante a. 989. quo Bardas Phocas contra Basilium Imp. rebellans oppressus est: quippe eius interitus refertur 108. B. Expugnatio Chersonis, de qua 108. C. et mors Basilii praesidis (106. D.) anno ante acciderunt. Num consilium fuerit Leoni, ultra Tzimiscae mortem deducere historiam, dubitari potest. Nam quod scribit 109. B. mala, per stellam crinitam praemonstrata (quae postea Basilio imperante evenerunt), suo quidque ordine ab historia dictum iri, id fortasse non sic intelligendum est, quasi ipse sibi ea seponeret narranda, sed generatim, aliis ea scriptoribus materiam dicendi praebitura.

VI. Ergo tria potissimum bella, Creticum, Asiaticum, Russicum, formidolosa atque difficilia, scribenda sibi sumsit, afferP. VIII reque lumen voluit rebus sua aetate (959 — 975.) gestis. Sed est magnum munus historia, et ex omni scripturae genere prope dicam difficillimum. Sunt unicuique saeculo suae caecitates mentis: ut, quamvis caetera ratione recta iudicet, in quibusdam tamen erroris atque hebetudinis sit condemnandum. Infinitam vim habent religiones, instituta, factiones, sectae: non

uno modo praestringi acies mentis solet saeculis cultis et eruditis, nedum asperis et tenebricosis. Accedit, ut Leonis aetas eloquentiam poneret in florida, ut ita dicam, oratione: cum magnam se quisque in dicendo laudem adeptum putaret, si, multa acervatim complexus ornamenta, poëticae dictionis aemulatione grandioribus verbis, et duris, ne ineptis dicam, metaphoris esset usus. Atque haud scio annon quicquam magis historiae officiat, quam fucatus eiusmodi sine dignitate color: quando ita nimio calamistrorum usu incedit oratio, ut et sermoni lepos omnis adimatur, et rerum expositioni fides. Id vitium Leo, tametsi non adeo insaniat quam Theophylactus Simocatta aut Nicetas Choniates (in orationibus praecipue, ubi cumprimis cupiunt diserti videri), effugere tamen omni ex parte non potuit, felicisque fortasse ingenii cursum oppressit illud tanquam adipatae dictionis studium. Cumque a Divo Iulio, primo De analogia, dictum sit, tanquam scopulum sic fugiendum inauditum atque insolens verbum esse, Leo contra quasi quasdam cautes reformidat vocabula idonea et usitata. Vocem *ἀδελφὸς* raro usurpat: creberrime *αὐτάδελφος*, *ὁμαίμων*, *σύναιμος*. *Πέλω*, *τελέθω* (ut certe scripsi 90. C.), *τελέω*, *ὑπάρχω*, *πέφηνα* (60. D. 93. A.), *πέφυκα*, *χρηματίζω*, vel quidvis, potius adhibet quam *εἰμί*· *ἀκουτίζομαι*, *διενηχέω*, *διενωτίζω*, *ἐνωτίζω*, potius quam *ἀκούω*. Passim quoque verbis vetustis e poëtisque erutis orationem tanquam stellis (ut sibi videtur) ornat. *Ὑπιωγαῖς* 22. A. arripuit ex Odyssea E. 404. ubi nunc legimus *ἐπιωγαί*. *Νέων*, *vadens*, 27. B. e grammatico aliquo, opinor (vid. perspicacissimum Graecae proprietatis arbitrum Frid. Aug. Wolf. Prolegom. IV. 18.): nisi ibi dicas *νεὼν* legendum, eiusque glossam esse *ἐκκλησίαν*, excidisse autem *ἀφικόμενος*, vel tale aliquid. *Ὄχθος* 32. C. significatione *ripae*, rarum est, vel apud poëtas. Verbum obsoletum *προσέπω*, unde *προσειπεῖν*, habet 99. B. Sed nolo multus videri in re, quam inter legendum unusquisque facile per se notabit.

VII. Aliud Leonis vitium est synonymorum vana accumulatio. Sicubi *σοβαρευόμενος* scripsit (13. A.), ne parum multa verba scisse videatur, continuo et *γαυρούμενος* subiungit, et *ἐπαιρόμενός τε καὶ βρενθυόμενος*. Sic singulis paene paginis. Eiusmodi tautologiis cumulati sunt Byzantini omnes medii aevi: nec nisi tempore Palaeologorum ab acrioribus ingeniis Demetrio Cy-

tem vi furiosa plebis perturbari haudquaquam posse admiratus est. Haec se adolescentulo accidisse scribit 40. B. Ita si statuimus, a. 966. eum egisse annum circiter sextum et decimum, sequitur, natum esse sub a. 950. Circa a. 973. quo Basilio exauctorato Antonius Patriarcha creatus est, in Asia fuit: ibi certe gemellos monstruosos, imperii provincias obeuntes, crebro se vidisse tradit 102. A. Post aliquanto in collegium sacerdotum palatinorum ascitus, a. 981. cum Basilius Imp. magno apparatu Bulgaris bellum inferret, castrisque ad Stoponium positis Triaditzam oppugnaret (Cedr. II. 695. C.), diaconi munere fungens secutus comitatum est: legionibusque retrorsum raptis, cum exercitus perterritus interneciva clade in itinere afficeretur, ipse e Bulgarorum undique provolantium manibus (107. B.) aegre evasit. Quare opinor in Historia, quoties Moesiae mentionem facit (velut 38. C.), tremere et exalbescere tanquam obiecta terribili re videtur, nihil ut sit, quod aeque ei formidinem dicas iniecisse. Quem postea tenuerit vitae cursum neque ipse indicat, neque alii tradunt: nisi vero si quis est, qui addita demum aetate a rerum ecclesiasticarum cura eum abduxisse sese putet, atque in secessum, Historiae condendae causa, se recepisse. Constat certe, non exisse scriptionem ante a. 989. quo Bardas Phocas contra Basilium Imp. rebellans oppressus est: quippe eius interitus refertur 108. B. Expugnatio Chersonis, de qua 108. C. et mors Basilii praesidis (106. D.) anno ante acciderunt. Num consilium fuerit Leoni, ultra Tzimiscae mortem deducere historiam, dubitari potest. Nam quod scribit 109. B. mala, per stellam crinitam praemonstrata (quae postea Basilio imperante evenerunt), suo quidque ordine ab historia dictum iri, id fortasse non sic intelligendum est, quasi ipse sibi ea seponeret narranda, sed generatim, aliis ea scriptoribus materiam dicendi praebitura.

VI. Ergo tria potissimum bella, Creticum, Asiaticum, Russicum, formidolosa atque difficilia, scribenda sibi sumsit, afferP. VIII reque lumen voluit rebus sua aetate (959 — 975.) gestis. Sed est magnum munus historia, et ex omni scripturae genere pro e dicam difficillimum. Sunt unicuique saeculo suae caecitates m tis: ut, quamvis caetera ratione recta iudicet, in quibr tamen erroris atque hebetudinis sit condemnandum. l tam vim habent religiones, instituta, factiones, sectae

as well, and the latter may also spread to the bladder and rectum. Primary carcinoma of the prostate is rare. Secondary carcinoma is more frequent, chiefly from the testicle, but also from the bladder, rectum, and penis. Sarcoma is rare, and usually primary. Tuberculosis is rare, and usually secondary to tuberculosis of the testicle, epididymis, or vesiculæ seminales. Syphilis is rare, and usually secondary to syphilis of the urethra. Actinomycosis is rare, and usually secondary to actinomycosis of the urethra. Hydatid disease is rare, and usually secondary to hydatid disease of the bladder. Calculi are rare, and usually secondary to calculi in the bladder. Cysts are rare, and usually congenital. Hæmorrhage into the prostate is rare, and usually secondary to hæmorrhage into the bladder. Abscess is rare, and usually secondary to abscess of the urethra. Gangrene is rare, and usually secondary to gangrene of the urethra. Fistula is rare, and usually secondary to fistula of the urethra. Hypertrophy is common, and usually primary. Atrophy is rare, and usually secondary to atrophy of the testicle. Wounds are rare, and usually secondary to wounds of the urethra. Foreign bodies are rare, and usually secondary to foreign bodies in the urethra. Parasites are rare, and usually secondary to parasites in the urethra. Ulceration is rare, and usually secondary to ulceration of the urethra. Fibroma is rare, and usually primary. Myoma is rare, and usually primary. Adenoma is rare, and usually primary. Chondroma is rare, and usually primary. Osteoma is rare, and usually primary. Lipoma is rare, and usually primary. Angioma is rare, and usually primary. Lymphangioma is rare, and usually primary. Myxoma is rare, and usually primary. Fibromyxoma is rare, and usually primary. Fibrochondroma is rare, and usually primary. Fibrosarcoma is rare, and usually primary. Myosarcoma is rare, and usually primary. Adenosarcoma is rare, and usually primary. Chondrosarcoma is rare, and usually primary. Osteosarcoma is rare, and usually primary. Lipomatous sarcoma is rare, and usually primary. Angiosarcoma is rare, and usually primary. Lymphangiosarcoma is rare, and usually primary. Myxosarcoma is rare, and usually primary. Fibromyxosarcoma is rare, and usually primary. Fibrochondrosarcoma is rare, and usually primary. Carcinoma is rare, and usually primary. Epithelioma is rare, and usually primary. Cystoma is rare, and usually primary. Papilloma is rare, and usually primary. Villous tumour is rare, and usually primary. Polypus is rare, and usually primary. Fibroid polypus is rare, and usually primary. Myxomatous polypus is rare, and usually primary. Fibromyxomatous polypus is rare, and usually primary. Fibrochondromatous polypus is rare, and usually primary. Fibrosarcomatous polypus is rare, and usually primary. Myosarcomatous polypus is rare, and usually primary. Adenosarcomatous polypus is rare, and usually primary. Chondrosarcomatous polypus is rare, and usually primary. Osteosarcomatous polypus is rare, and usually primary. Lipomatous sarcomatous polypus is rare, and usually primary. Angiosarcomatous polypus is rare, and usually primary. Lymphangiosarcomatous polypus is rare, and usually primary. Myxosarcomatous polypus is rare, and usually primary. Fibromyxosarcomatous polypus is rare, and usually primary. Fibrochondrosarcomatous polypus is rare, and usually primary. Carcinomatous polypus is rare, and usually primary. Epithelial polypus is rare, and usually primary. Cystic polypus is rare, and usually primary. Papillomatous polypus is rare, and usually primary. Villous polypus is rare, and usually primary.

donio, Chrysolora, Theodoro Gaza, Chalcondyla, id genus dicendi spretum est ac repulsum. Simul iidem primi coeperunt
P. IX minus serviliter veterum stylum ac scribendi rationem imitari. Nam ante, veluti emortua lingua, sibi ipsi diffidebant fere omnes; et erant tanquam anniculi infantes, qui nonnisi in curriculo, aut praeeunte duce, inambulant. Non perennem ac perpetuam tum simplicium tum collocatorum verborum et totius structurae concinnitatem numerumque aemulabantur, non (quod caput erat) animos erectos veterum: sed si quos existimabant imitatione dignos, eorum phrases undique arreptas ad verbum transferebant in propria scripta. Neque alio pacto Leo egit. Verumtamen inter eum et aequales ipsius illud interest, quod hi, quantum possent, omnes propemodum omnium auctorum nobilium consumerent arculas imitando, Leonis sermo e tribus demum fontibus fluxerit, ex versione LXX. interpretum (libros novi Foederis minus crebro compilat), ex Homero, ex Agathia Myrinensi. Inde piscatus est locutiones, quibus scripta infercit et explet sua, tanquam in unum agrum plura inter se inimica spargens semina. Sed non refert alieno ornatu distinguere sermonem, nisi queas id cum iudicio apteque facere: minusque genus dicendi eius videretur inconcinnum, si, deposito omni rhetorices strepitu, Constantini Porphyrogenetae exemplo vel ad infimae plebis orationem Leo sese deiecisset. Is contra Agathia, cuius grandiloquentiam et cothurnum vix nunc ferimus, videtur praecipue delectatus. Hoc demonstravi allatis in Commentario (velut 206. C.) illius locis, non ubique tamen: nam omnia minima maxima vestigia imitationis colligere putidum erat nec conducebat quicquam ad auctoris cum interpretationem tum emendationem. E Procopio, ieiuniore stylo res tractante, nihil videtur sumsisse praeter sententiolas quasdam, exordio et orationibus passim insertas. Neque usquam ullo vestigio deprehendere licet, primarios scriptores Thucydidem, Polybium, Plutarchum, ab eo esse pervolutatos. Praeterea reperies in eo plerumque τοιοῦτος positum, ubi Attici οὗτος scripsissent. Similiter usum creberrimum praepositionis κατὰ, pro ἐν· velut, ut hoc utar, 108. C. τοῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν στασιάζουσι, *rebellantibus in Asia*. Verum haec ei communia cum caeteris Byzantinis. Illud peculiare, ponere infinitivum futuri, ubi aoristi vel praesentis exspectes, praecipue post βούλεσθαι

ut 23. D. 24. D.): deinde, idem vocabulum, aliquot lineis interiectis, libenter iterari.

VIII. Dixi, criminosius fortasse, quae in Leone culpet aliquis: nec profecto ego is sum, qui laudes scriptoris cuiuspiam, cui studuerim, plus quam satis sit decantem. Nunc aequum est, quae ab illo faciant, item enumerare. Ac primo quidem magna est Leonis commendatio, quod quae ipse viderit litteris mandavit, habendusque est inter scriptores illos, unde alii, qui posterius fuerunt, quasi e fonte capiteque narrationes rerum deduxerunt. Sic Scylitzem mutuatum esse ab Leone multa demonstravi P. X in notis: a Scylitze autem omnia minima maxima sumsisse Cedrenum notum est. Zonaram item usum esse Historia Leonis arbitror: vid. Ducang. ad Zonar. II. 107. B. Pagium quoque ex nostro non pauca videmus emendasse, a recentioribus in ratione temporum conturbata. Ita ab hac parte non iniucunda erit studiosis historicisque hominibus comparatio scriptoris nostri cum reliquis, qui eadem tradiderunt. Neque neget quisquam, res post obitum Romani Iunioris in aula gestas (19. B. sq.), rebellionem Leonis Curopalatae (90. A.), bella Tzimiscae per Orientem (99. A. sqq.) commode ab illo exponi, bellum Sphendosthlabianum fuse quoque ac diligenter. De Nicephoro periurii reo 25. D. satis magna libertate, de Tzimisce huius percussore severe et fortiter scripsit, ut hominem recti honestique studiosum facile agnoscas. Denique Leonem, temporibus miseris et caecis ad historiam se conferentem, inique compares cum pronunciatoribus rerum gestarum florente Graecia, qui, curriculum nacti felicius, aurea orationis facultate usi, toti terrarum orbi atque omnibus saeculis cognitionis et eloquentiae clarissima lumina accendere potuerunt. Noster iudicio, doctrina, genere dicendi, exprimere debuit temporum suorum imaginem. Quapropter, modo lucem addat rebus ea aetate gestis (quod profecto facit), facile feramus eum astrologiae fidem habuisse 104. C. exiguam geographiae notitiam prodere 80. A. historiae veteris 92. D. — Polybii acumen miramur, Plutarchi litteras, copiam Strabonis. Qui tanti viri atque tales, praesidiis sapientiae circumsepti, si errores deponere, lapsus vitare omnes non potuerunt, quis tam rudis est temporum Byzantinorum, qui Leonem id potuisse putet?

IX. Hunc igitur, illa virtute historica, quaecunque est, prae-

ditum, conservavit nobis unus omnino Codex Bibliothecae Regiae, signatus prius No. 2561. nunc 1712. olim in supellectile litteraria Raphaëlis Tricheti du Fresne: qui causidici Burdigalensis filius, cum magno duceretur librorum acquirendorum studio, Hispanias Italiamque semel et saepius regnante Ludovico XIII. Rege Christianissimo sic obierat, ut, inspectis passim hominum historicorum librariis, propriam bibliothecam locupletare inde conaretur. Is ex Italia hunc Codicem in Galliam deportavit, testante Combefisio Origin. Cpol. 265. B. Deinde, cum vita excessisset Trichetus, I. B. Colbertus, Ludovico XIV. Magno ab intimis consiliis et generalis aerarii moderator, cuius immortalis vivit vivetque ob beneficia in Galliam collata memoria, emit de vidua in Bibliothecamque Regiam intulit omne Tricheti litterarium instrumentum. In quo erant libri impressi numero plurimi, mss. Latini et Italici plus minus C. Graeci XL. Itaque in Bibliotheca
P. XI publica collatus Codex noster, Ducangio, Bandinio, reliquis, quos initio nominavi, innotuit. Constat vero foliis membranaceis 422, chartaceis octo, continens praeter alia minoris momenti (vid. Catal. Codd. mss. Graecc. Bibl. Reg. II. 391. D.) illa: 1.) Chronicon Simeonis Logothetae maxima parte ineditum, a fol. 18 *verso* ad fol. 272 *rectum;* 2.) Leonis Diaconi Historiam, quae nunc prodit, a fol. 272 *recto* ad 322 *rectum;* 3.) Michaëlis Pselli Chronographiam tomis novem, item ineditam, a fol. 322 *recto* ad 422 *rectum.* Exaratum esse si minus XI. at certe XII. saeculo forma litterarum demonstrat, haud absimilis illi quam Montefalconius protulit Palaeogr. Graec. 291. No. VII. ut igitur nesciam quid in mentem venerit confectoribus Catalogi Bibl. Reg. II. 391. C. dicere, eum saeculo decimo quinto videri scriptum: nisi id de iis duntaxat intelligas, quae in octo foliis chartaceis ad calcem exstent. Ipse Codex, tametsi non adeo multis profunde latentibus mendis scatet, habet tamen itacismos tot, quot in libris saec. XII. peraratis esse solent, ut videlicet ε et αι, η ι et ει, ο et ω, οι et υ, saepius inter se confundantur, neque ita rarum sit, εἰς τὴν fol. 315 *recto* (ed. 95. C.) scriptum conspici sic, ἠϛήν. Eiusmodi menda notavi interdum: plerumque, quando nihil habebant, quod fidem receptae lectionis labefactare posset, omisi. In summa fateor, non maiorem me laborem suscepisse, quam eos sustinere necesse est, qui Codice ex unico pendent in

scriptore primum edendo. Ubi fere fieri non potest, quin pars mendorum Codicem contaminantium diligentiam vel minutissimam effugiat, inque ipsam editionem redundet. Ita quod erat reliquum tentavi, ut quae possem, coniecturis et comparationibus emendarem, collato Cedreno et Scylitze, qui complura ex Leone ad verbum in historias suas transtulerunt (vid. supra IX. D. X. A. infra 225. A.): postremo, quae ratio et doctrina praescribere videbantur, ea pro facultate in constituenda oratione Graeca conatus sum praestare.

X. Libellum *περὶ παραδρομῆς πολέμου*, *de velitatione bellica*, adhuc ineditum, secundo loco collocavi, ut historiam gestarum a Nicephoro Aug. rerum scriptio eiusdem iussu confecta exciperet. Quam non ab ipso Nicephoro litteris consignatam esse, quemadmodum Meursius existimabat (conf. Lambec. Comment. de Bibl. Caes. VII. 433. B.), cum ex universo opere perspicitur, tum vero apertis verbis sub finem praefationis 119. A. declaratur. Nec tamen, si de nomine scriptoris non habemus quod liqueat, de tempore quo confectus sit is Commentarius, dubitatio infinita esse potest. Ait auctor, quisquis est ille, a Nicephoro Phoca *Imp.* mandatum sibi esse, ut genus hoc bellandi scriptura persequeretur. Illum autem ob res bene gestas laudibus iis effert, quibus quemque memoriam eius renovasse, superstite et imperante percussore eius Ioanne Tzimisce, vix est credendum. Etenim re- P. XII pentini homines, ac per scelus ad summa evecti, quo uberiores fructus patrati facinoris capiunt, eo vehementius eius commemoratione commoventur. Ideo adducor ut credam, scripta ea demum esse sub Basilio et Constantino, rerum potitis a. 976. Accedit quod, quoties principis fit mentio, toties auctor numero plurali utitur: *οἱ ἅγιοι ἡμῶν βασιλεῖς* 155. C. *τῶν ἁγίων βασιλέων* 155. A. *τῶν βασιλέων ἡμῶν τῶν ἁγίων* 154. C. quod in geminatum Basilii et Constantini imperium quadrare apte videtur. Habemus igitur in hoc libello perscriptam notitiam, quemadmodum saeculo X. medio aut exeunte a Graecis vel administrabatur bellum in asperis Tauri, Antitauri, Amani locis, vel administrari debuisset. Ea una me permovit ratio, ut in volumen istuc reciperem opusculum, quod nisi pro commentario militari in expeditiones Phocae Tzimiscaeque a Leone expressas habere velis, alioquin facile fateor, neque rerum copia, neque auctoris doctrina, nedum elegantia dicendi,

cognitionem, editionemque utriusque adornasse. Quin ipse si habet notis ad Auctar. noviss. Biblioth. Graecor. Patr. Paris. 167[illegible] p. 545. subhorride (ut plerumque incomtus est in oratione Latina)
P. IV *Photii technas malasque artes cum alii prosecuti sunt Graeci aequales, aut parum suppares, tum meus Logotheta* [hic est Simeon magister et Logotheta, de quo Harles. VII. 471. C.], *quando, pace lenius aspirante, ac Christianissimo Rege semper victore, Regia Lupara, historiae Byzantinae paene necessarii supplemento, cum Leone Diacono et Michaële Psello, regium vere multiplici titulo argumentum, iuris publici regia munificentia faciat: ne sibi per moras Batavus, aut gens alia, eam gloriam rapiat.* Sed a. 1679. a vita discessit Combefisius, dequo duobus tomis Auctarii Byzantini, quos edendos sibi proposuerat, ne priorem quidem potuit divulgare. Is enim, scriptores post Theophanem continens, Constantinum Porphyrogenetam dico de vita Basilii, Continuatorem anonymum Theophanis, Ioannem Cameniatam, Georgium monachum, alios, non nisi sexennio post, curante Sebastiano Mabre-Cramoisy, ex typographia Regia a. 1685. in lucem prolatus est. Editio alterius, Leonem Michaëlemque Psellum complexuri, prope triginta annis post commissa est Michaëli Le Quien, ex schedis Combefisianis adornanda: vid. Echard. Scriptorr. ordinis Praedicator. II. 684. C. Nec segniter is se ad opus admovit, ita ut Leo in typographia Regia formulis iam coeptus sit describi, ipseque Le Quien sic habeat Orient. Christian. I. 255. D: *Quae Leo Diaconus refert in Historia, cuius pars typis Regiis iam edita est.* Atenim intervenit impressioni ingravescens bellum, quod de Hispaniarum successione gestum est, *consiliumque*, ut scribit Echardus loc. cit., *quod Michaëli Le Quien commissum erat exequendum, iamque typis Regiis inceptum, bello tum atrociori ubique flagrante interruptum est ac prolatum.* Ergo neque Combefisii opera neque Lequienii, a. 1733. vita functi, Leoni potuit prodesse. Et mirari licet, plagulas illas tunc impressas interiisse, prope dicam, in nihilum, neque usquam iam comparere. Ego certe scrutatus sum quae potui, et perquisivi, percontatus quoque agentes typographiae Regiae, viros non solum peritissimos artis suae, verum historicos quoque, monumentorumque officinae ipsorum percuriosos: reliquias editionis illius inceptae nullas potui nancisci. Quapro-

pter suspicor, exemplaria ea vel casu aliquo peculiari, vel data opera, fuisse deleta.

III. Reliquerat igitur Combefisius, ex hac vita migrans, cum alia praeclare inchoata multa, tum confectam, ut videtur, Leonis Psellique versionem Latinam. Sed illa priora, multis undique in schedas extincti involantibus (ut fere fit in eruditorum obitu), dissipata evanuerunt: versionem Leonis ac Pselli Parisiis in aedibus FF. Dominicanorum ad viam S. Honorati, ubi vita cessit Combefisius, multos annos asservatam esse constat, eiusque copiam viris doctis compluribus factam. Ita varii variis locis non solum mentionem fecerunt Leonis, verum illius fragmenta scriptis quo- P. V
que inseruerunt suis. Velut Bandurius Imper. Oriental. II. 465. C. 480. D. 481. B. 726. A. 728. D. Ducangius cum in Glossario non uno loco, tum in notis ad Zonaram II. 99. D. 103. C. 105. D. 107. A. D. omnium maxime autem Francisc. Pagius Critic. in Annales Baronii III. 873. D. *eam versionem opera Bernardi Montfauconi a se lectam, et quoad praecipua capita* (utor ipsius verbis) *descriptam esse* asseverans, ad historiam saec. X. vergentis *certius illustrandam*. Ac profecto eius fragmentis refersit cum extremum tomum tertium Criticor. 873. D. 875. A. 876. A. tum exorsum tomi quarti 3. B. — 39. A. Unde eadem hausit partimque transcripsit Schloezerus in *Nestore* s. *Russische Annalen in ihrer Grundsprache u. s. w.* V. 125. A. — 177. A. Alios contra nimium quantum neglexisse ea questus est Saxius Onomast. II. 156. C. *nobilissima illa fragmenta, latine edita, quomodo subinde homines eruditos, tanquam Guil. Cave* Histor. litterar. Scriptorr. ecclesiast. II. 106. A. *inprimisque I. A. Fabricium* Bibl. Gr. VI. [is enim verus est numerus: apud Saxium legitur V.] 353. A. *et* XIII. 788. B. *latere potuerint*, cogitatione assequi se non posse. Tametsi in his erratum est ipsius Saxii. Nam cadat iam eius reprehensio in Fabricium, cuius volumina exierunt alterum a. 1714, alterum a. 1726. Guil. Caveo certe, qui scripsit a. 1688, vitio nequit dari, quod tunc ignoravit, quae Pagius a. 1705. erat editurus. Sed ut revertar ad versionem Combefisianam, superfuisse ea videtur usque ad motum repentinum, quo Gallia tota, vergente saeculo superiore, confusa est. Tunc illa ipsa procella, quae viros studiis ac doctrinis exquisitioribus claros partim deiecit de statu omni, partim praecipites perturbavit ex patria;

quo flatu collegia litteraria et religiosa universa evertit, eodem ut multa alia ingenii monumenta chartis reconditis mandata, sic item ultimas reliquias sedulitatis Combefisianae dissipavit, aut obruit. Certe neque tum cum expilarentur libraria FF. Dominicanorum, neque cum post surreptiones varias libri inde residui per bibliothecas diversas diriberentur, quicquam de repertis Combefisii schedis auditum est, nedum de versionibus Leonis et Pselli: quae vel in latebra aliqua ignorata delitescunt adhuc, vel (quod magis est credibile) omnino hodie interciderunt.

IV. Quare, ubi semel in animum induxeram Leonem in lucem proferre, fieri oportuit novam interpretationem eius Latinam: extra pauca quae supra dixi, in Criticis Pagianis conservata. Deinde conquisivi quae ad illustrandum scriptorem spectarent. Sed, opera iam fere prelo parata, perspicere coepi, quantas eius editio difficultates esset habitura, cum alias, quas hic definite edisseri quid attinet? tum magnitudinem impensarum, quibus nec privati cuiusvis unius suppeterent facile copiae, nec
P. VI certe meae. Accedebat, ut ipse in Bibliotheca Regia sub id tempus essem occupatissimus, notitiam Codd. Graecc. ex Italia recens allatorum conficere conans, qualem de Codd. Florentinis Bandinius, de Vindobonensibus Lambecius ediderunt. Quamobrem, quo saltem intelligerem, quale virorum doctorum iudicium futurum esset de Leone, satis tunc habui, librum sextum, ut erat a me versus, seorsum speciminis causa in lucem proferre *Notices et Extraits des Mss. de la Bibliothèque du Roi* etc. VIII. 254 — 296. Neque quicquam posthac propius est factum, quam ut cogitationem editionis integrae omnino dimitterem. Aliquot anni cum sic effluxissent, me aliis sollicitudinibus curisque distento, ecce vir doctus, quo nemo omni antiquitatis septentrionalis memoria abundantior, nemo in monumentis historiae Russicae examinandis, comparandis, explicandis acutior aut felicior, Philippus Knug, Academiae Imperialis scientiarum Petropolitanae decus et ornamentum, ultro me litteris mire puris, amicis, candidis adiit, nihilque opinanti commonstravit, quemadmodum rei pridem institutae expediri exitus posset. Nempe imperii Russici Cancellarium, etc. ill. Comitem Nicolaum de Romanzoff, virum ut omni magnarum rerum laude cumulatum, ita natum provehendis liberalibus studiis, cum in manus eius incidisset specimen

Leonis in Notitiis Mss. editum, optare, ut scriptor totus in lucem proferatur: sumtus necessarios eundem subministraturum. Mirifice igitur delectatus hoc nuncio, multo acrius exarsi ad cupiditatem edendi operis: ipsiusque illustr. Comitis litteris paulo post magis etiam confirmatus, evestigio orsus sum editionem. Neque aliunde amplissimorum hominum mihi defuit studium aut voluntas. Nam et vir summus Comes DE MONTESQUIOU, Franciae par, Regis Christianissimi consiliarius intimus, cum administrationem interiorem, ut nunc vocamus, in Gallia haberet, redemto exemplarium, ut aiunt, numero haud exiguo, expeditissimum reddere totum imprimendi negotium dignatus est: quam eius voluntatem ratam fecit post eum eodem munere fungens ill. Dom. Comes DECAZES, etc. immortalem laudem comparans, dum litteras et scientias, omninoque bonas quasvis disciplinas in Francia florere atque ornari omni conatu curat: et vir eruditione, auctoritate, virtutibus eminentissimus, doctrinae Orientalis per orbem terrarum princeps, liber Baro SILVESTER DE SACY, Rector universitatis Parisiensis, institutionis publicae constituendae Vvir, ordinis Reg. Legionis honorif. praefectus, Academiae Reg. Inscriptt. et litterarr. human. sodal. etc. interventu suo obtinuit, ut in typographia Regia Leo formulis describeretur. Ita, his auspiciis incepta, biennii spatio ad exitum adducta impressio est: tardius fortasse quam volebam, obsequi continuo tantis viris iucundissimum existimans: satis cito, si molem voluminis difficilemque rationem commentarii characterumque Graecorum spectes.

V. Venio nunc ad ea quae constant de vita Leonis, pauca P. VII sane, nec diversa fere ab iis, quae Notitt. Mss. VIII. 257. C. pridem protuli. Vitam Leo adiit Caloë, quae civitas est (*τῆς Καλοητῶν πόλεως* Le Quien Orient. Christ. I. 726. C.) Asiae proconsularis in Tmolo monte, prope fontem Caystri amnis (infra 2. C): is tractus omnis themati Thracensium tunc accensebatur. De parentum conditione non habemus quod liqueat: patri nomen Basilii fuisse ipse ait 2. B. Ac primam quidem aetatulam in patria parentumque disciplina videtur exegisse: inde studiorum causa Constantinopolim tanquam ad domum quandam doctrinae profectus, ibi a. 966. mens. April. sacro solenni Ascensionis, motu populari in Nicephorum effecto, imperatorem gradatim per urbem equitantem conspexit, virtutemque eius et animi firmita-

tem vi furiosa plebis perturbari haudquaquam posse admiratus est. Haec se adolescentulo accidisse scribit 40. B. Ita si statuimus, a. 966. eum egisse annum circiter sextum et decimum, sequitur, natum esse sub a. 950. Circa a. 973. quo Basilio exauctorato Antonius Patriarcha creatus est, in Asia fuit: ibi certe gemellos monstruosos, imperii provincias obeuntes, crebro se vidisse tradit 102. A. Post aliquanto in collegium sacerdotum palatinorum ascitus, a. 981. cum Basilius Imp. magno apparatu Bulgaris bellum inferret, castrisque ad Stoponium positis Triaditzam oppugnaret (Cedr. II. 695. C.), diaconi munere fungens secutus comitatum est: legionibusque retrorsum raptis, cum exercitus perterritus interneciva clade in itinere afficeretur, ipse e Bulgarorum undique provolantium manibus (107. B.) aegre evasit. Quare opinor in Historia, quoties Moesiae mentionem facit (velut 38. C.), tremere et exalbescere tanquam obiecta terribili re videtur, nihil ut sit, quod aeque ei formidinem dicas iniecisse. Quem postea tenuerit vitae cursum neque ipse indicat, neque alii tradunt: nisi vero si quis est, qui addita demum aetate a rerum ecclesiasticarum cura eum abduxisse sese putet, atque in secessum, Historiae condendae causa, se recepisse. Constat certe, non exisse scriptionem ante a. 989. quo Bardas Phocas contra Basilium Imp. rebellans oppressus est: quippe eius interitus refertur 108. B. Expugnatio Chersonis, de qua 108. C. et mors Basilii praesidis (106. D.) anno ante acciderunt. Num consilium fuerit Leoni, ultra Tzimiscae mortem deducere historiam, dubitari potest. Nam quod scribit 109. B. mala, per stellam crinitam praemonstrata (quae postea Basilio imperante evenerunt), suo quidque ordine ab historia dictum iri, id fortasse non sic intelligendum est, quasi ipse sibi ea seponeret narranda, sed generatim, aliis ea scriptoribus materiam dicendi praebitura.

VI. Ergo tria potissimum bella, Creticum, Asiaticum, Russicum, formidolosa atque difficilia, scribenda sibi sumsit, afferP. VIII reque lumen voluit rebus sua aetate (959 — 975.) gestis. Sed est magnum munus historia, et ex omni scripturae genere prope dicam difficillimum. Sunt unicuique saeculo suae caecitates mentis: ut, quamvis caetera ratione recta iudicet, in quibusdam tamen erroris atque hebetudinis sit condemnandum. Infinitam vim habent religiones, instituta, factiones, sectae: non

uno modo praestringi acies mentis solet saeculis cultis et eruditis, nedum asperis et tenebricosis. Accedit, ut Leonis aetas eloquentiam poneret in florida, ut ita dicam, oratione: cum magnam se quisque in dicendo laudem adeptum putaret, si, multa acervatim complexus ornamenta, poëticae dictionis aemulatione grandioribus verbis, et duris, ne ineptis dicam, metaphoris esset usus. Atque haud scio annon quicquam magis historiae officiat, quam fucatus eiusmodi sine dignitate color: quando ita nimio calamistrorum usu incedit oratio, ut et sermoni lepos omnis adimatur, et rerum expositioni fides. Id vitium Leo, tametsi non adeo insaniat quam Theophylactus Simocatta aut Nicetas Choniates (in orationibus praecipue, ubi cumprimis cupiunt diserti videri), effugere tamen omni ex parte non potuit, felicisque fortasse ingenii cursum oppressit illud tanquam adipatae dictionis studium. Cumque a Divo Iulio, primo De analogia, dictum sit, tanquam scopulum sic fugiendum inauditum atque insolens verbum esse, Leo contra quasi quasdam cautes reformidat vocabula idonea et usitata. Vocem *ἀδελφὸς* raro usurpat: creberrime *αὐτάδελφος*, *ὁμαίμων*, *σύναιμος*. *Πέλω*, *τελέθω* (ut certe scripsi 90. C.), *τελέω*, *ὑπάρχω*, *πέφηνα* (60. D. 93. A.), *πέφυκα*, *χρηματίζω*, vel quidvis, potius adhibet quam *εἰμί*· *ἀκουτίζομαι*, *διενηχέω*, *διενωτίζω*, *ἐνωτίζω*, potius quam *ἀκούω*. Passim quoque verbis vetustis e poëtisque erutis orationem tanquam stellis (ut sibi videtur) ornat. *Ὑπιωγαῖς* 22. A. arripuit ex Odyssea E. 404. ubi nunc legimus *ἐπιωγαί*. *Νέων*, *vadens*, 27. B. e grammatico aliquo, opinor (vid. perspicacissimum Graecae proprietatis arbitrum Frid. Aug. Wolf. Prolegom. IV. 18.): nisi ibi dicas *νεὼν* legendum, eiusque glossam esse *ἐκκλησίαν*, excidisse autem *ἀφικόμενος*, vel tale aliquid. *Ὄχθος* 32. C. significatione *ripae*, rarum est, vel apud poëtas. Verbum obsoletum *προσέπω*, unde *προσειπεῖν*, habet 99. B. Sed nolo multus videri in re, quam inter legendum unusquisque facile per se notabit.

VII. Aliud Leonis vitium est synonymorum vana accumulatio. Sicubi *σοβαρευόμενος* scripsit (13. A.), ne parum multa verba scisse videatur, continuo et *γαυρούμενος* subiungit, et *ἐπαιρόμενός τε καὶ βρενθυόμενος*. Sic singulis paene paginis. Eiusmodi tautologiis cumulati sunt Byzantini omnes medii aevi: nec nisi tempore Palaeologorum ab acrioribus ingeniis Demetrio Cy-

donio, Chrysolora, Theodoro Gaza, Chalcondyla, id genus dicendi spretum est ac repulsum. Simul iidem primi coeperunt
P. IX minus serviliter veterum stylum ac scribendi rationem imitari. Nam ante, veluti emortua lingua, sibi ipsi diffidebant fere omnes; et erant tanquam anniculi infantes, qui nonnisi in curriculo, aut praeeunte duce, inambulant. Non perennem ac perpetuam tum simplicium tum collocatorum verborum et totius structurae concinnitatem numerumque aemulabantur, non (quod caput erat) animos erectos veterum: sed si quos existimabant imitatione dignos, eorum phrases undique arreptas ad verbum transferebant in propria scripta. Neque alio pacto Leo egit. Verumtamen inter eum et aequales ipsius illud interest, quod hi, quantum possent, omnes propemodum omnium auctorum nobilium consumerent arculas imitando, Leonis sermo e tribus demum fontibus fluxerit, ex versione LXX. interpretum (libros novi Foederis minus crebro compilat), ex Homero, ex Agathia Myrinensi. Inde piscatus est locutiones, quibus scripta infercit et explet sua, tanquam in unum agrum plura inter se inimica spargens semina. Sed non refert alieno ornatu distinguere sermonem, nisi queas id cum iudicio apteque facere: minusque genus dicendi eius videretur inconcinnum, si, deposito omni rhetorices strepitu, Constantini Porphyrogenetae exemplo vel ad infimae plebis orationem Leo sese deiecisset. Is contra Agathia, cuius grandiloquentiam et cothurnum vix nunc ferimus, videtur praecipue delectatus. Hoc demonstravi allatis in Commentario (velut 206. C.) illius locis, non ubique tamen: nam omnia minima maxima vestigia imitationis colligere putidum erat nec conducebat quicquam ad auctoris cum interpretationem tum emendationem. E Procopio, iciuniore stylo res tractante, nihil videtur sumsisse praeter sententiolas quasdam, exordio et orationibus passim insertas. Neque usquam ullo vestigio deprehendere licet, primarios scriptores Thucydidem, Polybium, Plutarchum, ab eo esse pervolutatos. Praeterea reperies in eo plerumque τοιοῦτος positum, ubi Attici οὗτος scripsissent. Similiter usum creberrimum praepositionis κατὰ, pro ἐν· velut, ut hoc utar, 108. C. τοῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν στασιάζουσι, *rebellantibus in Asia*. Verum haec ei communia cum caeteris Byzantinis. Illud peculiare, ponere infinitivum futuri, ubi aoristi vel praesentis exspectes, praecipue post βούλεσθαι

(at 23. D. 24. D.): deinde, idem vocabulum, aliquot lineis interiectis, libenter iterari.

VIII. Dixi, criminosius fortasse, quae in Leone culpet aliquis: nec profecto ego is sum, qui laudes scriptoris cuiuspiam, cui studuerim, plus quam satis sit decantem. Nunc aequum est, quae ab illo faciant, item enumerare. Ac primo quidem magna est Leonis commendatio, quod quae ipse viderit litteris mandavit, habendusque est inter scriptores illos, unde alii, qui posterius fuerunt, quasi e fonte capiteque narrationes rerum deduxerunt. Sic Scylitzem mutuatum esse ab Leone multa demonstravi P. X in notis: a Scylitze autem omnia minima maxima sumsisse Cedrenum notum est. Zonaram item usum esse Historia Leonis arbitror: vid. Ducang. ad Zonar. II. 107. B. Pagium quoque ex nostro non pauca videmus emendasse, a recentioribus in ratione temporum conturbata. Ita ab hac parte non iniucunda erit studiosis historicisque hominibus comparatio scriptoris nostri cum reliquis, qui eadem tradiderunt. Neque neget quisquam, res post obitum Romani Iunioris in aula gestas (19. B. sq.), rebellionem *Leonis* Curopalatae (90. A.), bella Tzimiscae per Orientem (99. A. sqq.) commode ab illo exponi, bellum Sphendosthlabianum fuse quoque ac diligenter. De Nicephoro periurii reo 25. D. satis magna libertate, de Tzimisce huius percussore severe et fortiter scripsit, ut hominem recti honestique studiosum facile agnoscas. Denique Leonem, temporibus miseris et caecis ad historiam se conferentem, inique compares cum pronunciatoribus rerum gestarum florente Graecia, qui, curriculum nacti felicius, aurea orationis facultate usi, toti terrarum orbi atque omnibus saeculis cognitionis et eloquentiae clarissima lumina accendere potuerunt. Noster iudicio, doctrina, genere dicendi, exprimere debuit temporum suorum imaginem. Quapropter, modo lucem addat rebus ea aetate gestis (quod profecto facit), facile feramus eum astrologiae fidem habuisse 104. C. exiguam geographiae notitiam prodere 80. A. historiae veteris 92. D. — Polybii acumen miramur, Plutarchi litteras, copiam Strabonis. Qui tanti viri atque tales, praesidiis sapientiae circumsepti, si errores deponere, lapsus vitare omnes non potuerunt, quis tam rudis est temporum Byzantinorum, qui Leonem id potuisse putet?

IX. Hunc igitur, illa virtute historica, quaecunque est, prae-

ditum, conservavit nobis unus omnino Codex Bibliothecae Regiae, signatus prius No. 2561. nunc 1712. olim in supellectile litteraria Raphaëlis Tricheti du Fresne: qui causidici Burdigalensis filius, cum magno duceretur librorum acquirendorum studio, Hispanias Italiamque semel et saepius regnante Ludovico XIII. Rege Christianissimo sic obierat, ut, inspectis passim hominum historicorum librariis, propriam bibliothecam locupletare inde conaretur. Is ex Italia hunc Codicem in Galliam deportavit, testante Combefisio Origin. Cpol. 265. B. Deinde, cum vita excessisset Trichetus, I. B. Colbertus, Ludovico XIV. Magno ab intimis consiliis et generalis aerarii moderator, cuius immortalis vivit vivetque ob beneficia in Galliam collata memoria, emit de vidua in Bibliothecamque Regiam intulit omne Tricheti litterarium instrumentum. In quo erant libri impressi numero plurimi, mss. Latini et Italici plus minus C. Graeci XL. Itaque in Bibliotheca
P. XI publica collatus Codex noster, Ducangio, Bandinio, reliquis, quos initio nominavi, innotuit. Constat vero foliis membranaceis 422, chartaceis octo, continens praeter alia minoris momenti (vid. Catal. Codd. mss. Graecc. Bibl. Reg. II. 391. D.) illa: 1.) Chronicon Simeonis Logothetae maxima parte ineditum, a fol. 18 *verso* ad fol. 272 *rectum;* 2.) Leonis Diaconi Historiam, quae nunc prodit, a fol. 272 *recto* ad 322 *rectum;* 3.) Michaëlis Pselli Chronographiam tomis novem, item ineditam, a fol. 322 *recto* ad 422 *rectum.* Exaratum esse si minus XI. at certe XII. saeculo forma litterarum demonstrat, haud absimilis illi quam Montefalconius protulit Palaeogr. Graec. 291. No. VII. ut igitur nesciam quid in mentem venerit confectoribus Catalogi Bibl. Reg. II. 391. C. dicere, eum saeculo decimo quinto videri scriptum: nisi id de iis duntaxat intelligas, quae in octo foliis chartaceis ad calcem exstent. Ipse Codex, tametsi non adeo multis profunde latentibus mendis scatet, habet tamen itacismos tot, quot in libris saec. XII. peraratis esse solent, ut videlicet ε et αι, η ι et ει, ο et ω, οι et υ, saepius inter se confundantur, neque ita rarum sit, εἰς τὴν fol. 315 *recto* (ed. 95. C.) scriptum conspici sic, ἠςήν. Eiusmodi menda notavi interdum: plerumque, quando nihil habebant, quod fidem receptae lectionis labefactare posset, omisi. In summa fateor, non maiorem me laborem suscepisse, quam eos sustinere necesse est, qui Codice ex unico pendent in

scriptore primum edendo. Ubi fere fieri non potest, quin pars mendorum Codicem contaminantium diligentiam vel minutissimam effugiat, inque ipsam editionem redundet. Ita quod erat reliquum tentavi, ut quae possem, coniecturis et comparationibus emendarem, collato Cedreno et Scylitze, qui complura ex Leone ad verbum in historias suas transtulerunt (vid. supra IX. D. X. A. infra 225. A.): postremo, quae ratio et doctrina praescribere videbantur, ea pro facultate in constituenda oratione Graeca conatus sum praestare.

X. Libellum *περὶ παραδρομῆς πολέμου*, *de velitatione bellica*, adhuc ineditum, secundo loco collocavi, ut historiam gestarum a Nicephoro Aug. rerum scriptio eiusdem iussu confecta exciperet. Quam non ab ipso Nicephoro litteris consignatam esse, quemadmodum Meursius existimabat (conf. Lambec. Comment. de Bibl. Caes. VII. 433. B.), cum ex universo opere perspicitur, tum vero apertis verbis sub finem praefationis 119. A. declaratur. Nec tamen, si de nomine scriptoris non habemus quod liqueat, de tempore quo confectus sit is Commentarius, dubitatio infinita esse potest. Ait auctor, quisquis est ille, a Nicephoro Phoca Imp. mandatum sibi esse, ut genus hoc bellandi scriptura persequeretur. Illum autem ob res bene gestas laudibus iis effert, quibus quemque memoriam eius renovasse, superstite et imperante percussore eius Ioanne Tzimisce, vix est credendum. Etenim re- P. XII pentini homines, ac per scelus ad summa evecti, quo uberiores fructus patrati facinoris capiunt, eo vehementius eius commemoratione commoventur. Ideo adducor ut credam, scripta ea demum esse sub Basilio et Constantino, rerum potitis a. 976. Accedit quod, quoties principis fit mentio, toties auctor numero plurali utitur: *οἱ ἅγιοι ἡμῶν βασιλεῖς* 155. C. *τῶν ἁγίων βασιλέων* 155. A. *τῶν βασιλέων ἡμῶν τῶν ἁγίων* 154. C. quod in geminatum Basilii et Constantini imperium quadrare apte videtur. Habemus igitur in hoc libello perscriptam notitiam, quemadmodum saeculo X. medio aut exeunte a Graecis vel administrabatur bellum in asperis Tauri, Antitauri, Amani locis, vel administrari debuisset. Ea una me permovit ratio, ut in volumen istuc reciperem opusculum, quod nisi pro commentario militari in expeditiones Phocae Tzimiscaeque a Leone expressas habere velis, alioquin facile fateor, neque rerum copia, neque auctoris doctrina, nedum elegantia dicendi,

plus quam multa alia eiusdem aetatis, quae editioni parata habeam, lucem commerere. Cavi certe, ut ne quid nimium a nobis in hac parte adiectum esse diceretur. Quatuor erant Codd., in quibus libellum hunc offenderam: I.) Regius 2437 fol. 371 *verso* — 409 *recto*; II.) Regius 2445 fol. 320 *recto* — 335 *verso*; III.) Codex No. 26 Supplementi nostri, quem in ora modo indicavi littera B, modo siglo hoc, *Cod. suppl.* ibi legitur is libellus fol. 171 *recto* — 172 *verso*; IV.) Palatinus No. 393, a. 1797 ex urbe advectus in Bibliothecam, a. 1815 Romam reportatus. E quibus in edendo secutus sum potissimum Cod. Reg. 2437: cuius ut folia in margine editionis annotavi, ita lectiones intelligi oportet, quoties *Cod. A*, sive etiam *Cod.*, singulari numero, in ora ascriptum legitur. Ubi *Codd.* pluraliter, reliquos tres in subsidium vocavi, idque saepe frustra: quippe erant tam depravati omnes, ut sententiae complures, nisi aliqua magna medicina adhibita, constare omnino non possent. Eiusmodi locos ex coniectura emendare conatus sum: ita tamen ut, quotiescunque fieri posset, transpositis potius verbis quam mutatis, meo more nimium religiosus in exemplaribus sequendis, quam temerarius in corrigendis, esse mallem.

XI. Huius autem auctoris, quisquis fuit, dicendi genus caret omnibus ornamentis, horridiusque est ac praefractius. Sermonem vulgarem quem frequentat, saec. x. iam plurimum a syntaxi elegantiore abfuisse demonstrant nominativi absoluti 125. D. *Πλῆθος γὰρ* — 130. A. *ὁρῶν* — contra quam oportebat positi: genitivi absoluti item 123. A. *μανθανόντων* — *ὁρμήσωσι*. 150. B. *ἐγγιζόντων*. 159. C. *διατιθεμένου*· subiunctivus aoristi pro futuro usurpatus, ut 140. A. *ἐκφύγωσιν effugient* (quod idem in multis praecipitatae Graeciae scriptoribus usu venit: vid. Indic. s. v.
P. XIII Coniunctivus): *ἐν* perpetuo adhibitum pro *εἰς* 126. A. 127. B. 133. C. 152. D. *σὺν* constructum cum genitivo 158. B. casuumque omnino crebra confusio. Neque is certe quenquam, ut Leonem fecisse demonstravimus, exprimit dicendo: simplicibus utitur nativisque verbis. Quare fuissem nimius, si in scrutandis fontibus imitationis tantum egissem satis, quantum ad Leonem egi. Notas, praeter oppido paucas, resecui: postrema undetriginta capita, quae habebat unus Codex Palatinus, quod ab alio

auctore ad hoc opusculum addita existimabam, in praesentia praetermisi. Sunt autem eiusdem prope argumenti quo superiora, ut ex titulis potest intelligi, qui sic se habent: XXVI. *Ὅτι οὐ δεῖ ἀπληκεύειν ἐξ ἑτέρου θέματος λαὸν εἰς ἑτέρου θέματος ἢ τάγματος ἀπλῆκτον.* XXVII. *Περὶ τῶν ἐν νυκτὶ ὀφειλουσῶν γίγνεσθαι φυλακῶν, ἤτοι κερκίτων.* XXVIII. *Περὶ τῶν ὀφειλουσῶν γίγνεσθαι ἐν νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ βιγλῶν.* XXIX. *Πῶς δεῖ σμικρύνεσθαι τὸ ἀπλῆκτον, ὁλοκλήρου τῆς πεζικῆς στρατιᾶς ὑπαρχούσης, τῆς δέ γε ἱππικῆς ὀλιγοστῆς.* XXX. *Περὶ τῶν ιβ' ταξιαρχῶν.* XXXI. *Ὅτι δεῖ, ἐπισφαλῶν καὶ στενῶν τόπων ἁπάντων *), εἰς δύο διαιρεῖν ἅπασαν τὴν στρατιὰν, καὶ διχῶς ἀπληκεύειν.* XXXII. *Περὶ τοῦ, ὁπόσον ἀριθμὸν ὀφείλει ἔχειν τὸ ἱππικὸν στράτευμα.* XXXIII. *Πῶς δεῖ ποιεῖν τὴν ἐκ τοῦ ἀπλήκτου στρατοπέδου παντὸς ἀποκίνησιν.* XXXIV. *Περὶ ὁδοιπορίας.* XXXV. *Περὶ τοῦ, πῶς δεῖ ποιεῖν, ὅτε γνωσθῶσι πολέμιοι ἐν νυκτὶ βούλεσθαι ἐπελθεῖν τῷ χάρακι.* XXXVI. *Πῶς δεῖ ποιεῖν, εἴπερ ὁδοιπορούσης τῆς στρατιᾶς πολέμιοι μετὰ βαρείας δυνάμεως ταύτῃ ἐπέλθωσιν.* XXXVII. *Περὶ τοῦ, εἰ ἀπαντήσει στένωμα, ἢ γεφύρας καὶ ποταμοῦ βαθέως περαίωσις, τί δεῖ ποιεῖν.* XXXVIII. *Περὶ τοῦ, μὴ ἐπάγεσθαι πλῆθος ἀργὸν ἐν τῇ πολεμίᾳ.* XXXIX. *Περὶ τῆς ἁρμοζούσης πανοπλίας.* XL. *Περὶ τοῦ, μὴ ἔχειν τοὺς εὐτελεστέρους τῶν ἀρχόντων σκηνάς.* XLI. *Περὶ δουκατόρων καὶ κατασκόπων.* XLII. *Περὶ διελεύσεως κλεισούρας μὴ κατεχομένης παρὰ τῶν πολεμίων.* XLIII. *Περὶ κλεισούρας κατεχομένης ὑπὸ τῶν πολεμίων.* XLIV. *Περὶ πολιορκίας.* XLV. *Πῶς δεῖ φυλάττεσθαι τοὺς εἰς συλλογὴν χρειῶν ἀποστελλομένους, καὶ τοὺς νέμοντας τοὺς ἵππους.* XLVI. *Πῶς δεῖ τροπώσασθαι τοὺς πολεμίους, τοὺς ἐνέδρας τιθεμένους κατὰ τῶν εἰς συλλογὴν χρειῶν ἐξερχομένων.* XLVII. *Περὶ τοῦ, εἰ γνωσθῶσιν οἱ ἀρχηγοὶ τῶν πολεμίων μετὰ τῆς ὑπ' αὐτοῖς δυνάμεως κρύφα μέλλοντες ἐπιβουλεύσασθαι τῷ στρατοπέδῳ, ἢ τοῖς πρὸς συλλογὴν ἐξιοῦσιν ὑπουργοῖς.* XLVIII. *Πῶς δεῖ νυκτὸς τῷ ἀπλήκτῳ τῶν πολεμίων ἐπελθεῖν.* XLIX. *Πῶς δυνατόν ἐστι, μετ' ἐπιτηδεύσεως τοὺς πολιορκουμένους πρὸς τὰ ἐκτὸς ἐπισπάσασθαι, καὶ τραυματίσαι αὐτούς.* L. *Περὶ τειχομαχίας.* LI. *Περὶ τοῦ, πῶς δεῖ τὸν στρατηγὸν δικάζεσθαι* **). LII. *Περὶ ἀδυνου-*

*) Fort. *ἀπαντώντων.*

**) Codex male, *γυμνάζεσθαι.*

μίων. LIII. *Περὶ τοῦ διδάσκειν τὸν στρατὸν καὶ ἐθίζειν ἔτι ἐν τῇ ἰδίᾳ ὄντα, κατὰ τάξιν ἀπληκεύειν καὶ ὁδοιπορεῖν.* LIV. *Περὶ τοῦ ὑπαλλάττεσθαι τὰς ἐκτελούσας τάξεις τὴν τοῦ σάκα διακονίαν, διὰ τὸν πολὺν κόπον τοῦ ἄρχοντος* *). LV. *Περὶ τῶν ὑποκειμένων δουλειῶν, ὅτι χρὴ πρὸ ἡμετέρας ταύτης λελογισμένης* [l. *ἡμέρας ταύτας λελογισμένως*] *τυποῦν καὶ διατίθεσθαι.* Ea, inquam, capita, qualiacunque sunt, et descripsi iampridem et Latine converti, ut in subsequenti aliquo volumine facile vulgari queant, si modo tanti videntur eruditis. Quorum iudicium hac de re exquiro, meum nullum interponens.

P. XVI XII. Iam quod ad interpretationem Latinam Historiae Leonis attinet, locos versionis Combefisianae, in Criticis Pagi (vide supra pag. V. D.) servatos, nisi ubi manifesto lapsus erat, iisdem propemodum verbis in editionem meam retuli. Cuius rei unumquemque admonitum esse velim: ne, si quem in versione aut styli inconstantia, aut quippiam fortasse non satis pure atque emendate dictum offenderit, continuo id in reprehensionem vertendum putet. Nam erat Combefisius homo pius quidem et in rebus sacris singulariter doctus, sed qui nunquam ab orationis asperitate moestitiaque abesse potuit. Nobis quoque in universo volumine linguae atque elocutionis cura (vereor) non tanta fuit, quanta esse poterat, fortasse etiam debebat. Sed veniam eiusmodi facilius dari posse existimo Byzantinae historiae studiosis, omninoque iis qui in scriptoribus medii aevi, nescio quid barbarum et inconcinnum sonantibus, cogitationem perdiu ponunt. Praeterea, bonorum scriptorum exemplum consecutus, vel in verbis ad religiones persuasionesque pertinentibus, ubi difficillimum erat, malui interdum aliquid audere potius, quam Latinam orationem multis Graecis vocabulis inquinare. *Nomina rerum Graeca quae convertimus* (ut Cornificii verbis utar, quarto Rhetoricorum), *ea remota sunt a consuetudine: quae enim res apud nostros non erant, earum rerum nomina non poterant esse usitata.* Designationes dignitatum, Patriarcha, Domesticus, Drungarius, aliaque id genus, necessario retinui, tametsi ex nitidissimo Latinitatis fonte haudquaquam profluxerint. Quas si

*) Sic Codex: sed lecto capite malim finem tituli mutare sic: —*κόπον, τοῦ ἄρχοντος, εἰ δυνατὸν, μένοντος αὐτοῦ.*

quis aut nimia Romani sermonis religione silentio praeterire, aut per circuitionem explicare voluerit, nae ille mihi imprudens, et cuius sententia minime standum sit, videtur iudicandus. Versioni Leonis ad marginem exteriorem lectiones Codicis sunt appositae, sicubi vocem, a librariis manifesto corruptam, in textum recepi. Ubi dubitatio suberat, lectionem Codicis in textu servavi, coniecturam meam adieci in ora, si valde probabilem, praefixa littera *l.* hoc est *lege*, sin minus, praefixa *f. fortasse* (nam *forte* siquando impressum est, id aequus lector oscitantiae operarum ascribat). In summa id egi, ut de suspicionibus meis, quam quaeque probabilis sit sive vana, penes lectorem iudicium relinqueretur.

XIII. Superest, ut de instituto adnotationis meae, maxime ad Leonem, si qui vagatum me in iis latius atque deflexisse saepenumero de via putent, apud existimatores harum rerum intelligentes et aequos paucis me purgem. Etenim intellexi tripli- P. XVII
citer fieri posse, ut editoris in opere exequendo sedulitas fautorum nostrorum benevolentiae aliquatenus responderet. Uno modo, si scriptores ipsos, quales in membranis offendissem, sublatis tantum manifestis mendis, addita Latina versione, arbitrio eruditorum permitterem. Deinde, cum plurima essent nuper in Bibliotheca Regia, multa supersint ad hanc diem, ad res Byzantinas quodammodo pertinentia, neque edita adhuc, neque unquam opinor (ut nunc sunt tempora) integra lucem visura, Vitae Sanctorum, epistolae fratrum devotorum, antistitum, patriarcharum, tractatus dogmatici, ascetici, polemici magno numero, annales quoque inediti, pervolutare ea studiose atque excerpere coepi quicquid lucem afferre poterat annis sedecim, qui a morte Constantini VII. Porphyrogenetae (xv. Novembr. 959.) ad Tzimiscem, x. Ianuar. 976. veneno sublatum, effluxerunt, quorumque memoriam Leo complexus est. Ubi cum praecipue usui mihi fuerint historiae duae, altera Simeonis Logothetae (vid. Harles. Bibl. Gr. VII. 685. *l.*), altera Iulii Pollucis (de qua infra 179. B.), hic facere non possum, quin Italicorum quoque eruditorum in me animum, quam singulari officio fuerit, gratus commemorem. Nam repentino anni 1815. tempore, cum statuae, tabulae, reliqua civitatum ornamenta Parisios olim con-

vecta undique repeterentur, accidit ut inter Codices in urbem reportandos esset Vaticanus No. 163. illam ipsam Iulii Pollucis historiam complectens. Ibi cum intellexissent procuratores Summi Pontificis, me in conficiendis notis hoc Codice aegre cariturum, perhumaniter negaverunt se commissuros, ut a se studiis meis obesset quicquam, permiseruntque, ut usque ad editionem libri is Codex Parisiis remaneret. Quocirca maximas gratias et ago et habeo Viro reverendo atque ill. Marino Marini, ab intimo cubiculo Summi Pontificis, et archivi Apostolici Vaticani Praefecto, cuius in hoc negotio eximia studiique plena officia erga me exstiterunt. Quod autem eiusmodi notionum historicarum ne sic quidem in hoc Tomo permagna est accessio facta, non hercle penuriae Bibliothecae nostrae, sed paucitati annorum, quorum gesta tradit Leo (vide supra VIII. A.), tribui id velim. Ad Psellum, annorum prope centum (975-1060) memoriam persecutum, plurima eiusmodi inedita subiungere me posse spero, quibus vel stabilitur, vel emendatur, vel ratione multiplici amplificatur eius narratio.

XIV. Atenim non me fugiebat, etiam ut cumulate officio meo hoc duplici nomine satisfacerem, tamen fore ut sic neque ad litterarum Graecarum neque ad historiae studiosos ita multos mei officii utilitas pertineret. Nam, cum omnino in studiis nostris, Graecis dico, non sit maxima copia eorum qui, via trita relicta,
P. XVIII interiores scrutentur ac reconditas litteras, tum vero ex iis ipsis exquisite doctis quotus quisque est, qui lectionem scriptoris Byzantini ad subtiliorem cognitionem linguae quicquam conferre putet? Historici autem homines paene omnes vel ad veterum illorum prorsus antiquorum divinam memoriam, vel ad res nostra patrumque memoria aut subtilius et temperantius aut splendide ac mirabiliter gestas, vel certe ad origines populorum hodie vigentium illustrandas, cura omni studioque rapiuntur: pauci, iique ipsi invitius aut fastidiosius, annales excutiunt senescentis imperii ac ruituri. Quapropter per notas obtinere volui, ut paulo latius mea opera pateret, ad eosque item pertineret, qui alieniores sint a rebus Byzantinis: ideoque de significatione vocum nondum satis definita parumve intellecta uberius passim disputavi in notis et fusius. Qua in re saepius scriptorum Attico-

rum rationem habere potuissem, fortasse etiam debuissem. Verum ego sic iudico (dicam enim non reverens in re obscura gloriandi suspicionem): quod in quoque plurimum est, hoc ipsum is potissimum conferre debet ad locupletanda communia studia nostra. Iam vero post complurium annorum assiduum laborem, quo Catalogum Codd. Graecorum in Bibliothecam maximam Parisiensem recens illatorum ad finem perduxeram, post pueritiam et primam adolescentiam in hoc studiorum genere positam, neminem esse scriptorem paulo illustriorem arbitror, neque profanum neque sacrum, qui a temporibus Theodosianis usque ad ruinam imperii Orientalis Graece scripserit, quem non ita tractarim, ut non aliqua eius pars in memoria mea penitus insideret. Scholia, catenas, paraphrases, commentaria, partim minus legi solita, partim omnino nondum edita, fieri non potuit quin ita pertractarem, ut eorum aliquam certe notionem caperem. Quamobrem, si passim ex Patribus, scholiastis, rhetoribus, illustrare quaestiones aliquot, afferre phrases, locupletare Lexica, notare errores quosdam superiore memoria commissos (nam ab aequalium censura, quae mea natura est, omnino abstinui) conatus sum, non ideo id feci, quod hos recentiores scriptores ullo modo comparandos esse cum antiquioribus capitalibusque illis ducebam, quos nemo opinor est quin crebro regustare cupiat, in iisque acquiescat; neque quod meum studiorum genus proponere in exemplum aliis, adolescentibus praecipue, velim: sed quia in eo loco in eoque munere constitutus, ut tractare eiusmodi scripta cum ad voluntatem possim, tum pro officio debeam, id malui, quod alii minus commode possent, agere, quam quod iidem aeque bene atque ego, aut etiam multo me melius.

XV. Accedebat, quod in Britannia novam editionem Thesauri Stephaniani parari audiebam, ad eamque locupletandam viros doctos editioni praepositos voces nondum in Lexica receptas undique aucupari. Quare vocabula, quibus adhuc, quantum scio, Lexica carent (enotavi autem multiplici lectione complura millia), passim subiunxi, gratificans Lexicographis potius, quam quod in eiusmodi verbis addendis magnum ponendum esse momentum, aut gloriandum putem. Egi id quoque, ut vocabula phrasesque praecipue ex scriptoribus illis sumerem, qui a P. XIX

saeculo tertio ad Heraclium Aug. floruerunt: nam apud hos potius aliquid integri sanique remansisse credendum est, quam apud illos qui saec. VII. et deinceps fuerunt, usque ad captam urbem. Ab historicis illustrationibus plerumque me continui. Sunt qui materia a nobis parata recte utantur, scriptores probabiles multi, aliquot etiam summi, ut componendae historiae clara ipsi exempla, ita compositarum optimi iudices. Velut in Germania Fredericus Christophorus SCHLOSSERUS, qui libro paucos ante annos edito impetus Imperatorum, Constantinopoli Sanctorum imagines infestantium, non minore acumine quam facundia felicissime exposuit. In Russia Nicolaus KARAMSIN, historiae probatissimae auctor, qua patrias antiquitates rara dicendi facultate mirabiliter illustravit: et cumprimis Philippus KRUG, cui iam superius debitas gratias meritasque egi, cuius in Tentamine critico ad illustrandam chronologiam Byzantinam, Petropoli 1810. (omitto alia eius scripta, quae multa sunt), perfecta rerum tum Slavicarum tum septentrionalium cognitio, summa ratione consideratissimaque prudentia adiuta, eluxit, cuiusque eruditissimis observationibus in hoc quoque opere edendo non mediocriter me adiutum esse nunquam dissimulabo. In Gallia, omni politioris litteraturae et antiquitatis, omni scientiarum genere excellens, Ant. Ioann. LETRONNE, multis mihi nominibus carus, non modo ingenio splendidissimo, sed κριτικῇ quoque singulari atque exquisita praestans. Neque ibi post Ameilhonis, scriptoris politi, neque post lib. Bar. de Sainte - Croix, viri venerandi, obitum, neque in Britannia post Gibbonem vita functum, desunt alii summa doctrina summoque iudicio homines, in exploranda scriptorum medii aevi fide exercitati. His ego, transactis iam meis partibus, Leonem historica ratione illustrandum, si velint, trado. Mihi satis fuit, materiam illis, non indignam facultate et copia ipsorum, subiicere, interimque in opere sic versari, ut quaedam otii mei exstaret ratio, indeque litterae Graecae aliqua ex parte locupletarentur. Id totum consilium factumque meum si a doctis probabitur, nullo alio decorari laborem meum praemio postulo, ad aliosque Byzantinos, simili ratione edendos, minus verecunde cunctanterque, quam adhuc feci, aggrediar. Habeo enim prelo iam pridem parata Michaëlis Pselli Annales, Georgii Hamartoli Chronicon, Nicephori Gregorae libros aliquot adhuc

ineditos, Sanctorum Vitas item ineditas, historiam saeculi decimi et deinceps sequentium illustrantes, Gregorii Palamae libellum de captivitate sua ad Thessalonicenses, aliaque id genus. Quae ut primo quoque tempore in lucem prodeant, rebus Byzantinis, Slavorumque et Turcarum priscae historiae novam lucem allatura, fautorum huius operis singularis munificentia sperare nos iubet. Scribebam Parisiis in Bibliotheca Regia, Kalend. Ianuar. MDCCCXVIII. P. XX

NICOLAI MARIAE FOGGINII
MONITUM
DE
THEODOSII ACROASIBUS.

tributorum, quam Romanos poscunt, exactione? An vernam me genuisti inscientem? et Romanorum Imperator Augustus genti egentissimae ac spurcae tributarius obnoxiusque ero?" Tum alapis evestigio legatos caedi iussit, et, „Abite," inquit, „et pellivoro mastrucato regi vestro nunciatote, potentissimus maximus Imperator Romanorum iamiamque obibit tuam regionem, integrumque tibi tributum persolvet: ut discas, ter servule, a maioribus verna natus, dominos nuncupare Romanorum principes, neque illos ut mancipia tributum poscere." His dictis, eos ut in patriam recurrerent missos fecit: ipse iusto contracto exercitu adversus Moesos profectus est: castella Romanis finitima prima aggressione cepit. Regionem vero considerans, eamque saltuosam atque praecipitiis asperam videns (nam, ut poetice loquar, in Moesorum terra „malum malo gravius super ingruit usque:" saltuosum ac silvestrem locum cavernosus et abruptus excipit, et hunc rursus paluster ac madidus: aquosa plane regio, nemoribus densa, montibus inviis undique clauditur, ad Aemum atque Rhodopen sita, amnibusque maximis circumflua): hanc Nicephorus Imperator videns, committendum non putavit, ut co-

τατον δι' ἐπισφαλῶν χωρίων ἐξάγοντα, ὡσανεὶ βοσκήματα παρα- A. C. 966
πεύσαι κατακοπῆναι πρὸς τῶν Μυσῶν. λέγεται γὰρ, πολλάκις I. N. 3
παῖσαι Ῥωμαίους ταῖς δυσχωρίαις Μυσίας, πανολεθρίᾳ περι-
πεσεῖν.

ς'. Ἔγνω οὖν, μὴ διὰ δυσεμβόλων καὶ περισφαλῶν χωρίων διακινδυνεύειν. ὅθεν ἀναλαβὼν τὴν στρατιὰν πρὸς τὸ Βυζάντιον ἤλαυνε, καὶ Καλοκύρην ἐκεῖνον τῷ τῶν πατρικίων τιμήσας ἀξιώματι, ἄνδρα ὁρμητίαν τὴν ἄλλως καὶ θερμουργὸν, ἐς τοὺς Ταυροσκύθας ἐξέπεμψεν, οὓς ἡ κοινὴ διάλεκτος Ῥῶς εἴωθεν ὀνομάζειν, ἐφ' ᾧ διανείμαντα τούτοις χρυσὸν, ὃν αὐτῷ ἐνεχει- P. 39
ρισεν, εἰς κεντηνάρια πεντεκαίδεκα συγκεφαλαιούμενον, ἐς τὴν χώραν καταγαγεῖν τῶν Μυσῶν, ταύτην αἱρήσοντας. ἀλλ' ὁ μὲν Καλοκύρης ἐς τοὺς Ταυροσκύθας ἠπείγετο· αὐτὸς δὲ παρὰ τὸ θέατρον ἀναβὰς, ἱππικὸν ἀγῶνα καθῆστο τελῶν. καὶ δῆτα τοῖς περὶ αὐτὸν στρατιώταις ἐκέλευε, καταβάντας ἐπὶ τὸ στάδιον καὶ εἰς ἀντιπάλους ἀποκριθέντας φάλαγγας σπασαμένους τὰ ξίφη, κατὰ παιδιὰν ἐπαλλήλοις χωρεῖν, καὶ ταύτῃ γυμνάσασθαι πρὸς τὸν πόλεμον. Βυζάντιοι δὲ, πολεμικῶν ἔργων ἀγνῶτες τυγχάνοντες, τὴν τῶν ξιφῶν καταπλαγέντες αὐγὴν, καὶ τὴν ὁμόσε τῶν στρατιωτῶν ὁρμὴν καὶ τὸν πάταγον ὑποδείσαντες, ἐκδειματω- B
θέντες δὲ τῷ καινῷ τοῦ θεάματος, εἰς φυγὴν ἐτράποντο καὶ πρὸς τὰς σφῶν οἰκίας ἀπέτρεχον. ἐκ δὲ τοῦ ὠθισμοῦ καὶ τῆς ἀτάκτου φορᾶς οὐκ ὀλίγος φόνος συμβέβηκε, πλείστων συμπατηθέντων καὶ ἀποπνιγέντων οἰκτρῶς. τοῦτο τὸ δρᾶμα μίσους ἀφορμή τις

17. Fort. ἐπ' ἀλλήλοις. 23. φθορᾶς cod. 24. μίσος cod.

pias Romanas incomposito ordine per loca parum tuta ductas velut pecora Moesis concidendas praeberet. Aiunt enim haud semel offendisse Romanos in angustiis Moesiae, esseque ad internecionem trucidatos.

6. Constituit igitur, per aspera atque ancipitia loca minime subire periculum. Proinde revocato exercitu Constantinopolim revertit, et Calocyrem, patricia dignitate auctum, temerarium praeterea calentisque ingenii hominem, ad Tauroscythas, quos vulgaris lingua Russos nominare consuevit, misit, ut his aurum distribueret a se illi traditum, ad centenaria quindecim pondo, eosque in Moesorum fines perduceret, quos occuparent. Ita Calocyres quidem ad Tauroscythas profectus est: ipse in circum ascendens equestres ludos editurus consedit. Inter quae imperavit scholis, ut in arenam descendentes inque acies oppositas separatae, destrictis gladiis per ludum inter se concurrerent, ad bellumque ita exercerentur. Constantinopolitani vero, rei militaris ignari, gladiorum fulgore pertimefacti, simulque militum concursum strepitumque veriti, atque ob spectaculi novitatem formidine affecti, in fugam se coniecerunt, ad suosque quisque lares cursim perrexit. Ibi impulsu temere ruentium haud exigua strages facta est, conculcatis suffocatisque misere plurimis. Haec calamitas odii civitatis in

A. M. 6474 Ind. 9 A. C. 966 I. N. 3 γέγονε Βυζαντίου πρὸς τὸν αὐτοκράτορα. ταύτῃ παρείπετο καὶ τὸ τοῦ συναίμου αὐτοῦ Λέοντος καὶ Κουροπαλάτου πλημμελές· ὅστις τὸν ἀνδρώδη καὶ στρατιωτικὸν αὐτοῦ βίον παρωσάμενος
Fol. 289 v. πρὸς τὸν ἀστικὸν καὶ φιλοκερδῆ μετετάξατο, ἤττων τε χρημάτων
C καὶ λημμάτων γενόμενος, σιτοδείαν εἰργάσατο καὶ σπάνιν τῶν ἀ- 5
ναγκαίων ἀφιλάνθρωπον. ὀλίγου γὰρ τὸν σῖτον ὠνούμενος ἀπεδί-
δου πολλοῦ. καὶ ψιθυρισμὸς ἀνὰ τὸ ἄστυ ἐχώρει, καταβοώντων
τῶν ἀστικῶν, εἰ τὰς τοῦ κοινοῦ συμφορὰς ἴδια κέρδη ποιήσειεν τῶν
αὐταδέλφων ἡ ξυνωρὶς, ἐς τὴν κερδαίνουσαν συνωθοῦσα πήρων
τὰ τῶν πολλῶν. καὶ γὰρ δὴ καὶ ὁ βασιλεὺς φόρους τοὺς μήπω 1
ἐπινοηθέντας ἀπαραιτήτως ἐκαινοτόμει, ἐς τὸ στρατιωτικὸν λέγων
χρημάτων ὅτι δεῖσθαι συχνῶν, καὶ τούτοις κατέτρυχε τὸ ὑπήκοον.
λέγεται δὲ, εἴτε πρὸς τῶν τὰ μετέωρα περισκοπούντων τινὸς, εἴτε
καὶ τῶν μονάδα βίον ἐπαγγρημένων καὶ ἄζυγα, διενωτισθῆναι τὸν
D αὐτοκράτορα, ὡς παρὰ τὴν βασίλειον ἑστίαν ἐκπλήσει τὸν βίον, 1
ἀναιρεθεὶς παρὰ τῶν ὁμοεθνῶν. περιδεὴς οὖν τῷ χρησμῷ γεγο-
νὼς, περίβολον ἐκ τοῦ θατέρου μέρους τοῦ πρὸς θάλατταν ἐπι-
κλινοῦς τῶν ἀνακτόρων τειχίζειν ἀρξάμενος, κατὰ θάτερον πρὸς
θάλατταν συνεπέρανε, καὶ τεῖχος τὸ νῦν ὁρώμενον ὑψηλόν τε
καὶ ὀχυρὸν ἐδομήσατο, καὶ τὴν βασίλειον ἑστίαν, ὡς ὑπετόπα- 2
ζεν, ἠσφαλίσατο.

A. M. 6475 Ind. 10. A. C. 967 I. N. 4 ζ'. Πρόκεισον δὲ κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἀνάληψιν κατὰ τὸ εἰθισμένον ἔξω τειχῶν ἐπὶ τὴν καλουμένην Πηγὴν ποιησαμένου τοῦ βασιλέως (νεὼς δὲ ταύτῃ περικαλλὴς τῇ Θεοτόκῳ δεδόμηται),
P. 40 διαμάχη τις μεταξὺ Βυζαντίων καὶ Ἀρμενίων συνέβαινεν, ὡς 2

Imperatorem origo exstitit. Accessit fatris eius Leonis Curopalatae iniquitas: qui virili militarique vitae genere relicto ad sedentarium et quaestuosum se transtulerat, hiansque avaritia atque cupiditate cum annonae angustias inferebat, tum rerum necessariarum immanem penuriam. Parvo enim emtum frumentum vendebat magno. Manabatque susurratio per civitatem, querelas spargente plebe, quasi geminum par fratrum, publicas calamitates quaestui habens, in eandem turgentem peram corrivaret bona multitudinis. Quinetiam Imperator tributa nunquam antehac excogitata inexorabili aviditate comminiscebatur, ad militares sumtus dictitans opus sibi esse pecuniam permagnam, tributisque illis vexabat subditos. Aiunt autem, sive astrologorum aliquo divinante, sive quodam monachorum caelibemque vitam profitentium, in Imperatoris aurem venisse, vitam illi in palatio explendam, a civibusque suis eum necatum iri. Qua praedictione timidus factus, munitionem ab altera parte palatii in mare vergente ad alteram item mare spectantem perduxit, muroque qui adhuc cernitur sublimi sane ac firmo exstructo imperatorium limen tutum, ut arbitrabatur, reddidit.

7. Ascensione autem Servatoris, cum Imperator pompam more solito extra muros ad Pegam, quam vocant, ageret (templum ibi mirae pulchritudinis Deiparae aedificatum est), pugna Constantinopolitanos inter et Ar-

πολλοὺς πρὸς τῶν Ἀρμενίων τρωθῆναι τῶν ἀστικῶν. ἄρτι δὲ A. M. 6475
πρὸς ἑσπέραν ἐπὶ τὰ ἀνάκτορα τοῦ βασιλέως ἐλαύνοντος, ὕβρεσι Ind. 10
κἀκ τοῦ ἀναφανδὸν ἐχρῶντο Βυζάντιοι. καί τι γύναιον σὺν τῷ A. C. 967
θυγατρίῳ εἰς τοσαύτην ἀπόνοιαν ἦλασεν, ὡς τοῦ στέγους προ- I. N. 4
κύψαι καὶ λίθους βαλεῖν κατὰ τοῦ ἄνακτος. ὃ καὶ τῇ ὑστεραίᾳ
πρὸς τοῦ Πραίτωρος ληφθὲν δίκας μετὰ τοῦ θυγατρίου ἀπέτισεν,
ἐπί τι προάστειον πυρὸς γεγονὸς ἀνάλωμα, Ἀναράτας καλούμε-
νον. τότε δὴ καὶ αὐτὸς ἐπεχωρίαζον ὁ ταῦτα γράφοντι Βυζάν- B
τιος, ἐπὶ λόγων συλλογήν τε καὶ παίδευσιν, μειράκιον ὤν. ἔφιπ-
πόν τε τὸν αὐτοκράτορα Νικηφόρον βάδην ἰόντα βλέπων διὰ τοῦ
ὄστεος, καὶ ἀπερικτύπητον ταῖς τοσαύταις ὕβρεσι πέλοντα, καὶ
τὸ φρόνημα σταθηρὸν διασώζοντα, καὶ ὡς μή τινος ἐπισυμβάν-
τος καινοῦ διακείμενον, ἐτεθήπειν τὸ ἀκατάπληκτον τοῦ ἀνδρὸς,
ὅπως ἄτρεστον παρὰ τὰ δεινὰ τὴν ψυχὴν συνετήρει εὐγένειαν.
ἀλλὰ τὴν μὲν στάσιν ἡ νὺξ ἐπελθοῦσα διέλυσεν· ὁ δὲ βασιλεὺς
καὶ ἄλλως μεγαλόφρων τε ὢν, καὶ μὴ εὔκολος εἴκειν ὀργῇ, τὰ
τῇ προτεραίᾳ εἰς αὐτὸν πεπαρῳνημένα παρὰ τῶν ἀστικῶν ἔργον
μᾶλλον μέθης ἢ φορᾶς ἀτάκτου λαοῦ λογισάμενος, τῇ λήθῃ πα- Fol. 290 r.
ρέπεμψεν. αὖθις δὲ πυρφόρους τριήρεις ἀσφαλῶς ἑρματίσας, καὶ C
μυριοφόρους ὁλκάδας στρατιωτῶν καὶ ὅπλων γεμίσας, ἐς Σικε-
λίαν ἔστελλε, τοῦ μὲν ναυτικοῦ Νικήταν ἐν Πατρικίοις τελοῦντα,

7. Leg. Ὀνωράτας s. Ὀνωράτοις. Vid. Ducangium Constantinop. Christian. 184 D. 8. γράφοντι. Sic cod., sed fere non dubito quin legendum sit γράφων τῇ Βύζαντος, atque ita verti. 14. Leg. τὴν ψυχικὴν vel ψυχῆς. 16. εὐκόλος cod.

menios facta est, adeo ut urbani complures ab Armeniis consauciarentur. Iamque sub vesperum cum ad palatium Imperator rediret, convicia palam in eum iactavit urbana plebs. Quinetiam muliercula simul cum filiola ipsius eo amentiae processit, ut ex tecto prospiciens lapidibus appeteret principem. Quanquam illa quidem, postridie eius diei a praetore comprehensa, poenas una cum filiola luens in suburbio, Anarata nomine, igne cremata est. Tunc et ego commorabar, qui haec scribo, in urbe Byzantis, litterarum perdiscendarum eruditionisque studio, adolescentulus cum essem. Ita Imperatorem Nicephorum in equo gradatim per urbem euntem conspicatus, quod et imperturbatus tantis contumeliis esset, et mentem constantem retineret, perinde ac si nihil accidisset novi affectus, admirabar tranquillitatem viri, quemadmodum eius dignitas impavidum in rebus asperis animum conservabat. Caeterum seditionem nox superveniens discussit. Atque Imperator, ut semper fuerat magnanimus, neque facile se permittebat iracundiae, petulantiam, qua pridie in se invecta erat plebs urbana, quod ebrietati potius quam impetui temerario vulgi tribuendam putabat, oblivione insepelivit. Rursus vero igniferas triremes tuto saburratas, onerariasque praegrandes militibus armisque refertas, in Siciliam misit: classi Nicetam, pium et vene-

M. 6475 Ind. 10 θεοφιλῆ καὶ σεβάσμιον ἄνθρωπον, εἰ καὶ τομίας ἐτύγχανε, προχειρισάμενος στρατηγόν· τῆς δὲ ἱππικῆς παρατάξεως Μανουὴλ, αὐτανέψιον αὐτοῦ, τῷ τῶν Πατρικίων καὶ αὐτὸν ἀξιώματι διαπρέποντα, ἄνδρα θερμουργὸν καὶ αὐθέκαστον, καὶ ἀπερισκέπτῳ φορᾷ εἴκοντα. ἐπεὶ δὲ περαιωσάμενοι τὸν Ἀδρίαν τῆς Σικελίας προσέσχον, τῶν πορθμείων ἀποβάντες εἰς φάλαγγα παρετάττοντο, καὶ τοσαύτης εὐετηρίας ἀπέλαυσαν παρὰ τὴν ἀρχὴν, ὡς αὐτοβοεὶ τὰς κλεινὰς καὶ περιπύστους Συρακούσας ἑλεῖν καὶ Ἱμέραν, καὶ προσέτι Ταυρομένειον καὶ Λεοντίνους ἀναιμωτὶ παραστήσασθαι. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἔμελλεν ἡ βάσκανος τύχη διὰ τέλους πλησίστιος αὐτοῖς ἐπιπνεῖν, σφοδρὸν δὲ καὶ ἄγριον ἀντιπνεύσασα, ὑποβρύχια τὰ πράγματα τέθεικε. δηλώσει δὲ ταῦτα ὁ λόγος ἤδη σαφῶς.

η'. Σικελιῶται πρὸς τοσαύτην ῥοπὴν καὶ ἀνανταγώνιστα τῶν Ῥωμαίων φρονήματα οὐχ οἷοί τε ὄντες ἀντικαθίστασθαι, τὰς πόλεις ἀπολιπόντες τὰς δυσχωρίας ὑπῆεσαν, καὶ ἐπὶ τόπων ἐπικαίρων ἠθροίζοντο. κρημνώδης γὰρ ὡς τὰ πολλὰ καὶ δενδρώδης ἡ νῆσος, ἱκανή τε τῷ βουλομένῳ φρουρὰν αὐτοσχέδιον ἐπιχορηγεῖν. ὁ τοίνυν Μανουὴλ, δέον αὐτῷ τὰς πόλεις παρειληφότα φρουρεῖν καὶ χώραν, ὅση εὔβοτος ἦν καὶ ἱππήλατος, ἀπείργειν τε τὰς φυγάδας χιλῶν καὶ τῶν ἄλλων βρωτῶν· οὕτω γὰρ τῷ λιμώττειν τρυχόμενοι δυεῖν θάτερον ἔπαθον ἄν, ἢ Ῥωμαίοις ἑαυτοὺς ἐνεχείρισαν, ἢ σπάνει τῶν ἀναγκαίων διαπεφωνήκεισαν· ὁ δὲ, ὁρμητίας τε ὢν, καὶ σφαδάζων θυμῷ καὶ νεότητι, τὸ δραστήριον δὲ καὶ ἐπήβολον οὐ πάνυ δεόντως προσκεκτημένος, ταῖς προ-

randum hominem, quamvis spadonem, ducem praeposuit; equestri militiae Manuelem, consobrinum suum, et ipsum patriciorum dignitate ornatum, virum calentis ingenii, rigidum, caeco impetu ferri consuetum. Hi postquam tramisso mari supero Siciliam attigerunt, exposito exercitu aciem instruxerunt, tanta felicitate usi a principio, ut primo quasi incursu nobiles ac praeclaras Syracusas Himeramque occuparent, praeterque ea Taurominium et Leontinos incruenti tenerent. Verum tantum aberat, ut infida fortuna in finem usque eis velificans aspiraret, ut valide infesteque reflans fluctibus res eorum obrueret. Id oratio iam dilucide demonstrabit.

8. Siculi cum tantae vi atque insuperabilibus Romanorum animis resistere non possent, relictis oppidis angustias montium subierunt, locis idoneis conglobati. Nam aspera plerumque arboribusque vestita est insula, atque praesidium tumultuarium iniicere volenti peropportuna. Manuel igitur, cum debuisset capta oppida atque regionem, quatenus pascua erat atque equitabilis, custodire, fugitivosque pabulo cibariisque reliquis prohibere: sic enim fame exhaustis duorum alterum necessario evenisset, ut vel se ipsos Romanis traderent, vel interirent necessariorum penuria: is vero, ut erat temerarius, animis et iuventute ferox, industria et intellectu

βάσαις ἤδη νίκαις ὑπὲρ τὸ εἰκὸς ἐπαρθεὶς, διὰ τῶν ἐπισφαλῶν A. C. 967
ἐκείνων χώρων ἐπῄει, τοὺς φυγάδας ἀνερευνώμενος. ἄρτι δὲ κα- I. N. 4
τὰ τὴν δυσχωρίαν διαλυθείσης τῆς φάλαγγος, καὶ διὰ σκοπέλων
καὶ χηραμῶν ἀσυντάκτως χωρούσης, προλοχίσαντες τοὺς ἄνδρας
οἱ βάρβαροι, πατάγῳ καὶ ἀσήμοις φωναῖς τῶν λόχων διανίσταντο,
καὶ αὐτοῖς αἰφνίδιον ἐπετίθεντο. οἱ δὲ τῷ ἀπροσδοκήτῳ κατα-
πλαγέντες, καὶ μηδὲ τὸ ἡλιακὸν φῶς τῷ συνηρεφεῖ τῆς λόχμης
ἐῶμενοι καθορᾶν, εἰς φυγὴν ἀπέκλιναν· οἱ δὲ βάρβαροι ἐπιτε-
θέντες ἀνῄρουν τούτους ἀνηλεῶς, ὥς τινα θύματα· τηνικαῦτα
δὲ κτείνειν τοὺς ἄνδρας ἀπείχοντο, ὅτε τούτοις ἥ τε δύναμις καὶ C
ὁ θυμὸς ἀπηγόρευσεν. ἀνῃρέθη δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Μανουήλ· ὅσοι
δὲ τῶν Ῥωμαίων τὰ ξίφη διέφυγον, ζωγρίαι πρὸς τῶν Ἀγαρη-
νῶν ἡλίσκοντο. οἱ δὲ, ἐπεὶ τὸν πεζὸν στρατὸν παρεστήσαντο,
ἐπὶ τὴν ἠιόνα ταχυδρομήσαντες, ἵνα αἱ Ῥωμαϊκαὶ τριήρεις ὑφώρ- Fol. 290 v.
μουν, ἐγκρατεῖς ἐξ ἐφόδου τῶν πλείστων ἐγένοντο· ἥλω δὲ καὶ
ὁ Πατρίκιος Νικήτας, καὶ δορυάλωτος τῷ τῶν Ἄφρων κατάρχοντι
παρεπέμπετο. ἐκ γοῦν τοσούτου τοῦ στρατοῦ ὀλίγοι τινὲς δια-
δράντες καὶ εὐαρίθμητοι, ὡς τὸν αὐτοκράτορα Νικηφόρον ἀφί-
κοντο· ὁ δὲ τὴν ἀπώλειαν διενωτισθεὶς τῆς τοιαύτης στρατιᾶς,
ἠνιάθη μὲν καὶ τὴν ψυχὴν ἤλγησε τῷ τοσούτῳ πταίσματι καὶ
ἀλλοκότῳ συμβάματι. ὑπολογιζόμενος δὲ τῶν ἀνθρωπίνων πρα- D
γμάτων τὸ ἄστατον, γενναίως ἔφερε τὸ συμβὰν, ἰσχυρογνώμων
τις ὤν, καὶ ἐν δυσκολίᾳ πραγμάτων διασώζειν εἰδὼς τὴν ψυχὴν

1. ἐπαρθεὶς. Vid. supra 36. B. ταῖς κατὰ Ῥωμαίων ἤδη προβά-
σαις νίκαις ἐπαιρόμενοι.

parum praeditus: superioribusque victoriis praeter modum elatus, per sa-
lebrosa loca illa successit, fugientes investigans. Iam vero in angustiis
dissoluta phalange, ac per scopulos specusque incomposite transeunte,
praestolantes illis insidiatores barbari, strepitu inconditisque vocibus e late-
bris consurgunt, ipsos derepente adoriuntur. Nostri, nec opinata re con-
turbati, cum vix solis lucem prae continuatione frondium videre possent,
fugae se mandaverunt: quos barbari irruentes crudeliter conciderunt, vi-
ctimarum ritu; neque prius occidere milites desierunt, nisi cum eos vires
et ira deficerent. Ibidem ipse Manuel interfectus est: Romanorum quot-
quot gladii aciem effugerunt, vivi ab Agarenis capti sunt. Hostes, terre-
stribus copiis deletis, ad littus decucurrerunt, ubi Romanae triremes in an-
coris stabant, quarum plerisque primo impetu potiti sunt. Captus quoque
et Nicetas patricius, Afrorumque regi transmissus. Ita ex tanto exercitu
pauci imminuto numero elapsi ad Nicephorum Imperatorem pervenerunt:
qui tantarum copiarum interitu cognito contristatus quidem est animoque
tam magnam calamitatem indoluit eventumque sic inauspicatum. Nihilomi-
nus reputans rerum humanarum instabilitatem, ut erat firmo animo praedi-
tus, quem erectum difficilibus temporibus conservabat, fortiter casum tu-

ἀταπείνωτον. Αὖθις δὲ κατὰ τῶν τὴν Συρίαν οἰκούντων Ἀγαρηνῶν ἐξήρτυε τὸν στρατόν.

A. M. 6476 Ind. 11 A. C. 967 I. N. 5 P. 42 Θ'. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον, ἄρτι τῆς θερινῆς τροπῆς μεταβαλλούσης ἐπὶ τὸ μετόπωρον, ἔσεισεν ὁ Θεὸς μέγα, ὡς καὶ οἰκίας καὶ ἄστη ἀνατραπῆναι. Κλαυδιούπολίν τε, τὸ εὐδαιμονέστατον χωρίον τῶν Γαλατῶν, τότε συνέβη, κατεριπωθεῖσαν ἐκ τῆς ἀνυποστάτου κινήσεως καὶ ἐνόσεως, αἰφνίδιον τῶν οἰκητόρων τάφον γενέσθαι, καὶ πολλοὺς τῶν ἐπηλύδων παρατυχόντας ἐν ἀκαρεῖ διαφθαρῆναι. αἴτιον δὲ τῆς τοσαύτης ἐνόσεως καὶ κινήσεως ἀτμοὺς μὲν οἱ μαθηματικοὶ καὶ ἀναθυμιάσεις μυθολογοῦσί τινας, ἐναποκλειομένας τοῖς κόλποις τῆς γῆς, αὖθίς τε εἰς πνεῦμα καταιγίδος συνισταμένας, ἐπεὶ μὴ ἀθρόον συμβαίνει τὴν διαπνοὴν τούτων ἐκτρέχειν, διὰ τὴν τῶν πόρων στενότητα, συνειλεῖσθαί τε καὶ περιδινεῖσθαι, καὶ τὰ κοῖλα περιδονεῖν μετὰ σφοδρᾶς τῆς κινήσεως, καὶ τὸ ἐπιπροσθοῦν καὶ περιέ- B χον ἅπαν σαλεύειν, ἕως ἂν ἐκ τοῦ τέως εἴργοντος διεκπνεύσωσι, καὶ πρὸς τὰ ἔξωθεν ἐξατμισθέντα εἰς τὸν ὁμογενῆ διασκεδασθεῖεν ἀέρα. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἡ τῶν Ἑλλήνων εἰκαιομυθία πρὸς τὸ ταύτῃ δοκοῦν ἐξηγήσατο. ἐγὼ δὲ τῷ θείῳ Δαβὶδ συνεπόμενος, ἐπισκοπῇ φαίην τοῦ Θεοῦ πρὸς ἡμᾶς τὸν τοσοῦτον κλόνον ἐγγίνεσθαι, ὅταν ἐπὶ τοῖς ἡμῶν ἐπαγρυπνήσῃ ἐπιτηδεύμασι, παρὰ τὸν θεῖον δρωμένοις θεσμὸν, εἴ πως ἀλλὰ ταύτῃ δείσαντες ἄνθρωποι τῶν μὲν φαύλων ἔργων ἀφέξοιντο, ἀνθέξοιντο δὲ τῶν

13. πόνων cod. 22. εἴ πως ἀλλὰ est iam supra 11. B. 23. ἀνθέξοντο cod.

lit. Ita rursus adversus Agarenos Syriam habitantes adornavit exercitum.

9. Eadem tempestate, inter solstitium aestivale et autumnum, terraemotus exstitit magnus, adeo ut aedes quoque et oppida everterentur. Atque evenit, ut Claudiopolis, ditissimus locus Galatiae, tunc intolerabili motu et quassatione diruta, simul et repentina civium sepultura fieret, et multos advenarum ibi deprehensos opprimeret. Cuius tam magnae commotionis quassationisque causam esse vapores atque halitus quosdam fabulantur mathematici, in gremio terrae conclusos: hos posthac in spiritum procellosum coëuntes, ubi non omnem simul contigerit perflatum emittere, ob spiraminum angustias, ideo constipari, circumagi, loca cava vehementi incitatione commovere, superiecta et circumiecta quaeque quatefacere, donec ex claustris perrumpentes forasque exhalati in cognatum sibi aërem diffundantur. Verum haec Graecorum vaniloquentia ex probabilitate eiusmodi explicavit. Equidem Davidem, divinum virum, consecutus, respectu dixerim Dei ad nos talem concussionem existere, quando nostrae invigilat vitae, divinae legi adversanti, si forte tunc saltem territi homines, pravis

ἐπαινετῶν. ἀλλ᾽ οὕτω μὲν ἡ Κλαυδιούπολις τῇ τοῦ σεισμοῦ βίᾳ A. M. 6476
ἐκ βάθρων ἀνετράπη τότε πᾶσα, καὶ συνεχύθη, τῆς ὀργῆς τοῦ Ind. 11
Θεοῦ ἐκπιοῦσα τὸ ποτήριον ἄκρατον. παρὰ τοῦτον δὲ τὸν ἐνιαυ- A. C. 967
τὸν, θερείας ὥρας κατὰ τὸ μεσαίτατον, ἄρτι τοῦ ἡλίου τῷ καρ- I. N. 5
κίνῳ προσεπιβαίνοντος, ὄμβρος ἐν Βυζαντίῳ κατερράγη καὶ τοῖς C
προσομοροῦσιν αὐτῷ, οἷον οὐ συνέβη κατενεχθῆναι τὸ πρότε-
ρον. κλινούσης γὰρ τῆς ἡμέρας (παρασκευὴ δὲ ἦν) ἀρξάμενον Fol. 291 r.
τὸ δεινὸν εἰς ἐννάτην ὥραν κατέληγεν· οὕτω δὲ ῥαγδαία τις ἡ
ὑέτισις κατεφέρετο, ὡς μὴ σταγόνας ὁρᾶν ὀμβριζομένας κατὰ τὸ
σύνηθες, ἀλλά τινας ἐπικλύζοντας ὕδασιν ὀχετούς. οὐχ ὑπελεί-
φθη γοῦν τῶν σηκῶν ἢ τῶν περιπύστων οἴκων, ὅστις ἄνωθεν ἐκ
τῆς ὀροφῆς οὐκ ἐπληροῦτο τοῦ ὕδατος, καίτοι τῶν κατοίκων μύ-
χθῳ ἀπαντλούντων αὐτὸ πρὸς τὰ ἄμφοδα· τὸ μὲν ἀπέῤῥεε, τὸ D
δ᾽ ἐπέῤῥεε, καὶ ἀκαταγώνιστον ἦν τὸ δεινόν. ἐπὶ τριῶν οὖν ὡρῶν
διαστήματι κατέσχεν ὁ ὑετὸς, καὶ ἦν ὁρᾶν ποταμοὺς πελαγίζον-
τας διὰ τῶν τῆς πόλεως στενωπῶν, καὶ τὸ παρασυρόμενον τῶν
ἐμψύχων διαφθείροντας. οἱ δὲ ἄνθρωποι ἐλεεινῶς ἀπεθρήνουν
οἰμώζοντες, κατακλυσμὸν αὖθις ἐπισκῆψαι κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν τε-
θρυλλημένον ὑποτοπάζοντες· ἀλλ᾽ ἡ συμπαθὴς καὶ φιλάνθρω-
πος πρόνοια ἶριν διὰ τῆς νεφέλης ἐρείσασα, τῇ ταύτης ἀναλάμ-
ψει τὴν τοῦ ὑετοῦ κατήφειαν διεσκέδασε, καὶ αὖθις τὸ τῆς φύ-
σεως σύγκριμα ἐπὶ τὴν προτέραν κατάστασιν ἐπανήγετο. συνέβη P. 43
δὲ καὶ αὖθις ὄμβρον καταῤῥαγῆναι τεθολωμένον καὶ σύμμικτον

12. ἐκπληροῦτο cod. Auctor fortasse scripserat ἐξεπληροῦτο sive ἐκπληροῖτο.

actibus abstinentes, ad laudabiles seso conferant. Sed Claudiopolis hoc, quem diximus, modo vi terraemotus a fundamentis eversa tunc tota est, atque confusa, irae divinae epotans merum poculum. Eodem anno, aestate plane media, sole iam cancrum ineunte, imber fuit Constantinopoli locisque finitimis, qualem nunquam antea contigit defluxisse. Etenim vergente die (erat autem dies Veneris) incipiens malum sub horam nonam desiit: tamque vehemens incubuit pluvia, ut non guttas videres, ut fit, delabentes, sed quasi quasdam aquis repletas fistulas. Neque profecto ullum templum neque omnino nobilium aedium ulla relicta est, quin superne ex tecto aqua impleretur; tametsi hanc quidem habitatores operose in vias transfundebant: sed quantum effluxerat, tantum denuo affluebat, ut sine remedio esset malum. Ita trium horarum spatio obtinuit imber: conspiciebantur amnes aestuantes per vicos urbis, et quicquid animantium secum raptaverant extinguentes. Homines autem miserabiliter flebant lamentantes, quod diluvium iterum ingruere quale nobile illud fuerat verebantur: verum commiserans hominumque amans providentia, arcu per nubem expanso, illo refulgente imbris tristitiam dissipavit, rursusque naturae fabricam in pristinum statum reduxit. Tametsi posterius quoque accidit, ut iterum imber deflueret

τέφρᾳ, ὡς ἐπὶ καμινιαίας αἰθάλης, καὶ χλιαρὰν δὲ παρεῖχε τοῖς ἐπαφωμένοις αὐτοῦ τὴν ποιότητα.

A. M. 6476 Ind. 11 A. C. 968 I. N. 5 ι'. Ὁ δὲ βασιλεὺς Νικηφόρος (αὖθις γὰρ ὁ λόγος ἐπάνεισιν, ἔνθεν τὸ ἴχνος ἀπέκλινε), τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀνειληφὼς δύναμιν, ἐπὶ τὴν ἐπὶ Συρίας Ἀντιόχειαν ἔθει, καὶ χάρακα ταύτῃ πηξάμενος, ἐπείπερ ἀποχρώντως ἔχουσα τῶν ἀναγκαίων ἐτραχηλία, καὶ γαυρουμένη ἐκ τοῦ εὐθέος σπείσασθαι οὐκ ἠνείχετο, μὴ βουλόμενος αὐτὴν ἑλεπόλεσι κατεριπῶσαι· ἤδει γὰρ κατὰ μικρὸν τροπαίοις καὶ μηχαναῖς ταύτην παραστησόμενος, ὀλίγον αὐτῇ καιρὸν παρακαθισάμενος, καὶ ταῖς φάλαγξι καὶ τῷ κόσμῳ τῶν ὅπλων τοὺς ἔνδον καταπλήξας οὐχ ἥκιστα· ἐκεῖθεν ἀπάρας τὴν μεσογαίαν διῄει, ἣν καὶ Παλαιστίνην καλοῦσιν, εὐδαίμονα πᾶσαν καὶ ῥέουσαν μέλι καὶ γάλα, κατὰ τὴν θείαν γραφήν· ἐν δεξιᾷ δὲ τὴν Κιλικίαν εἶχε καὶ τὰ παράκτια. τὴν Ἔδεσσαν οὖν κατειληφὼς, κἀν τῷ σηκῷ τῶν θείων Ὁμολογητῶν εἰσεληλυθὼς καὶ τὸ θεῖον ἐξευμενισάμενος, τὴν στρατιὰν διανέπαυεν. ἠκηκόει γὰρ, τὴν ἐν κεράμῳ τοῦ Σωτῆρος καὶ Θεοῦ ἐκτυπωθεῖσαν μορφὴν ἐν τῷδε τῷ φρουρίῳ παρακατέχεσθαι. ἐκτυπωθῆναι δέ φασι τοῦτον τὸν τρόπον. Θαδδαίου τοῦ ἀποστόλου Ἀβγάρῳ πρὸς τοῦ Σωτῆρος τῷ τῆς Ἐδέσσης ἀποσταλέντος τοπάρχῃ, ὡς αὐτὸν τῆς συνεχούσης παρέσεως διὰ τοῦ θεανδρικοῦ ἀπαλλάξειεν ἐκτυπώματος, ἐνταυθοῖ παροδεύοντος τὸν πέπλον, ᾧ τῆς αὐτοῦ μορφῆς τὸ εἶδος

19. *Αὐγάρῳ* cod. 22. *παροδεύοντος τ. πέπλ.* Soloecismum, quem a Leone admissum non dubito, tollere possis virgula posita post *τὸν τρόπον* et puncto post *παροδεύοντος*: *cum Thaddaeus — a Servatore missus — ibi praeteriret. Sudarium* etc.

turbidus favilla quasi ex fornacium fuligine mixtus, tepidamque declararet tangentibus suam naturam.

10. Nicephorus autem Imperator (iam enim oratio eo revertitur, unde vestigium inflexerat), Romanis assumtis copiis, ad Antiochiam in Syria magnis itineribus contendit; castrisque ad urbem positis, cum necessariis rebus abunde instructa superbiret, praeque arrogantia evestigio deditionem facere recusaret, ipse vero nollet eam machinis admotis diruere, sciens brevi se illam victoriis apparatuque bellico obtenturum, si modo exiguo temporis spatio obsideret, copiisque atque ordine exercitus oppidanos vehementius terruisset: inde motis castris regionem mediterraneam pervasit, quam item Palaestinam vocant, opimam totam, mel et lac fluentem, secundum sacram Scripturam: a dextra autem habuit Ciliciam, oramque maritimam. Ibi cum Edessam occupasset, atque, in templum divinorum Confessorum ingressus, numen prece placasset, exercitum refecit. Audiverat enim effigiem Servatoris ac Dei nostri, tegulae impressam, hoc in oppido asservari. Quam expressam esse aiunt hunc in modum. Thaddaeus, divinus duodecimvir, cum a Servatore ad Abgarum Edessae regulum esset missus, ut eum a diuturno languore per deohumanam impressam effigiem liberaret,

ἀῤῥήτως ὁ Χριστὸς ἀνετύπωσε, κεράμοις ἐν ἀποκειμένοις πρὸ A. M. 6410
τοῦ ἄστεος κατακρύψαι, ὡς ἐς τὴν ὑστεραίαν ἐναποληψομένους Ind. 11
τοῦτον ἐκεῖθεν. συνέβαινε δὲ κατὰ πᾶσαν τὴν νύκτα φωτὶ τοὺς A. C. 968
κεράμους ἀμηχάνῳ καταλάμπεσθαι. πρωῒ δὲ τὸν μὲν Θαδδαῖον L. N. 5
ἀνειληφότα τὸν πέπλον ὁδοῦ τῆς προκειμένης ἔχεσθαι· τὸν δὲ κέ- Fol. 291 v
ραμον, οὗπερ ἔτυχε προσψαύσας ὁ πέπλος, τὸν θεανδρικὸν τοῦ D
Σωτῆρος τύπον ἀκραιφνῶς ἐναπομάξασθαι. τοῦτον ἀνειληφότες
οἱ βάρβαροι ἐν θαύματι καὶ σεβάσματι παρὰ τὸ φρούριον διεφύ-
λαττον. τότε δὲ Νικηφόρος ὁ βασιλεὺς, ἑξελὼν τὸ ἄστυ, τὸν
τοιοῦτον σεπτὸν κέραμον ἐκεῖθεν ἀνείληφε, καὶ χρυσῷ καὶ λίθοις
θήκην διασκευάσας μετέπειτα, καὶ ταύτῃ περιστείλας τοῦτον σε-
πτῶς, ἐν τῷ τῆς Θεομήτορος ναῷ, τῷ κατὰ τὴν βασίλειον ὄντι
ἑστίαν, ἀνέθηκεν. ἐπεὶ δὲ τὸ Μέμπετζε παρείληφε φρούριον,
τὸν Λίβανον τὸ ὄρος ἐγκαρσίως ὑπερβὰς, τῇ Τριπόλει προσέσχεν,
ἣν ἐχυρὰν καὶ δυσάλωτον τῶν ἄλλων πόλεων διαφερόντως ἰδὼν, P. 44
ἐπεὶ καὶ αἱ νῆες αὐτῷ ἀντιπνοίαις ἀνέμων ἐκκρουόμεναι καθυστέ-
ρησαν, ταύτην παραδραμὼν τὸ Ἄρκα φρούριον ἔγνω πολιορκεῖν,
χρῆμα πλούτου· κατέχον ἔνδον ἀμύθητον. ἐντεῦθεν τρισὶ χάραξι
περιζώσας αὐτὸ, ἐπολιόρκει ἐῤῥωμενέστατα, καὶ ταῖς ἑλεπόλεσι
τὰ τούτου πυργώματα καθελὼν, ἐφ' ὅλοις ἡλίοις ἐννέα ἐπόρθησέ
τε, καὶ ἀμύθητον ἐκεῖθεν πλοῦτον συνεξεφόρησε· καὶ ἄλλα δὲ
φρούρια πλεῖστα εἷλεν αὐτοβοεί.

1. Fort. ἐνετύπωσε. 2. ἐναποληψομένους. Sic cod. 14. Τρίπολι cod. mendose. Fort. Leo, ut est poëticarum formarum studiosus, scripserat Τριπόλι.

ibi praeteriens sudarium, cui Christus suae figurae imaginem ineffabili miraculo impresserat, in tegulis loco remoto iacentibus pro oppido fertur abdidisse, ea mente, ut postridie eius diei id inde reciperet. Accidit autem, ut per totam noctem fulgore incredibili tegulae collucerent. Mane Thaddaeum resumto sudario perrexisse tenere suam viam; tegulam, quam casu sudarium contigisset, deohumanam Servatoris effigiem incorrupte expressam retinuisse. Illam ipsam, sublatam, barbari cum admiratione atque cultu in castro asservaverant. Tunc vero Nicephorus Imperator capto oppido eandem venerandam tegulam inde abstulit, auroque atque gemmis capsam fabricatus posterius, tegulam ibi reverentia adhibita inclusit, inque Deiparae templo, quod in aedibus Palatinis est, consecravit. Ipse postquam Mempetze arcem in deditionem acceperat, Libanum montem transverso itinere transgressus ad Tripolim exercitum admovit: quam ubi munitam atque expugnatu praeter caetera oppida difficilem vidit, simul quod naves reflantibus ventis reiectae morabantur, eam cursu praetervectus Arca castrum oppugnare statuit, quod copiam divitiarum incredibilem continebat. Ita oppidum tribus castris circumdatum acerrime adortus, postquam machinis muros deiecerat, per novem totos dies vastavit, atque ineffabiles inde exportavit opes. Item alia castella plurima primo impetu cepit.

A. M. 6477 Ind. 12 A. C. 968 I. N. 6 ια'. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα τῷ βασιλεῖ κατὰ τὴν Συρίαν ἐπράττετο, ἔκλειψιν συνέβη περὶ χειμερινὰς τροπὰς τοῦ ἡλίου γενέσθαι, οἵαν μηδέπω συνέβη γενέσθαι τὸ πρότερον, πλὴν ἐκείνην τὴν ἐπὶ τοῦ
B δεσποτικοῦ πάθους προβᾶσαν διὰ τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀπόνοιαν, ἣν ἐπλημμέλησαν, σταυρῷ τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν προσηλώ- 5
σαντες. τὸ δὲ τῆς ἐκλείψεως εἶδος τοιοῦτον συνέβαινεν. εἰκάδα δευτέραν ἤλαυνεν ὁ Δεκέμβριος, τετάρτῃ δὲ τῆς ἡμέρας ὥρᾳ, σταθηρᾶς αἰθρίας οὔσης, σκότος ἐπέσχε τὴν γῆν, καὶ οἱ διαφα-
C νεῖς τῶν ἀστέρων ἅπαντες κατεφαίνοντο. ἦν δὲ ὁρᾶν τὸν τοῦ ἡλίου δίσκον ἀλαμπῆ καὶ ἀφώτιστον, αἴγλην δέ τινα ἀμυδρὰν 10
καὶ ἰσχνὴν, ταινίας δίκην λεπτῆς, κατὰ τὸ ἄκρον κυκλόθεν τὸν δίσκον περιαυγάζουσαν. κατὰ μικρὸν δὲ τὴν σελήνην παραμείβων ὁ ἥλιος (ὡρᾶτο γὰρ αὕτη κατὰ κάθετον αὐτὸν ἀντιφράττουσα) τὰς ἰδίας ἀκτῖνας ἐξέπεμπε, καὶ φωτὸς αὖθις ἐπλήρου τὴν γῆν. τῷ καινῷ οὖν καὶ ἀσυνήθει τοῦ ὁράματος ἐκδειματωθέντες οἱ 15
ἄνθρωποι, τὸ θεῖον ἱκετηρίαις, ὡς τὸ εἰκὸς, ἐξιλάσκοντο. τότε καὶ αὐτὸς ἐγὼ τῷ Βυζαντίῳ ἐπεχωρίαζον, μετιὼν τὴν ἐγκύκλιον παίδευσιν. ὁ δὲ βασιλεὺς (δεῖ γὰρ τὸν λόγον τοῦ εἱρμοῦ ἐκτραπέντα ἐπ' αὐτὸν τοῦτον αὖθις ἐπαναγαγεῖν), ἐπεὶ τὰ τῶν ἐναν-
D τίων φρούρια εἷλεν ἀκονιτὶ, ἐπὶ τὴν Ἀντιόχου ἐπορεύετο παμ- 20
Fol. 292 r. πληθεὶ, καὶ πρὸ τῶν τειχῶν αὐτῆς πηξάμενος χάρακα, τοὺς στρατηγοὺς καὶ λοχαγοὺς συναγηοχὼς, ἐν περιωπῇ τε κατὰ τὸ ὕπαιθρον στὰς, ἔλεξε ταῦτα· „τὰ μὲν ἐπέκεινα ταύτης ἀνῳκι-

18. παίδευσιν. Vid. supra 40. A. B. 23. ταῦτα. Alius auctor dixisset τάδε.

11. Haec dum ab Imperatore in Syria geruntur, sub solstitio hiberno solis fuit defectio qualis nunquam antea accidit, praeter illam quae in passione dominica terris inducta est ob Iudaeorum dementiam, qua occaecati aedificatorem universi cruci affixerunt. Defectus specie tali erat. Vicesimus secundus dies agebatur mensis Decembris hora diei quarta, coelo sereno, cum tenebrae terrae offusae sunt, stellaeque lucidiores omnes se aperuerunt. Poterat videre unusquisque solis orbem sine splendore, lucis expertem, fulgoremque aliquem obscurum ac tenuem, fasciae angustae instar, extremis partibus per oram orbis circumlucentem. Paulatim vero sol praetergrediens lunam (apparebat enim haec ad perpendiculum illum obducens) pristinos radios emisit, luceque denuo complevit terram. Quo novo atque insolito spectaculo conturbati homines, numen, ut par erat, supplicibus votis placabant. Eadem tempestate ipse quoque Constantinopoli commorabar, operamque liberalibus disciplinis dabam. Imperator autem (oportet enim orationem e contextu egressam ad illum rursus reduci), adversariorum castellis nullo negotio captis, cum omnibus copiis Antiochiam profectus est, castrisque ad murum positis, tribunis centurionibusque convocatis, cum loco conspicuo sub divo constitisset, eiusmodi concionem habuit: „Remota

σμένα τῆς πόλεως φρούρια τῇ τῆς προνοίας ῥοπῇ καὶ τῇ σφῶν ἐμ- A. M. 6477
πειρίᾳ μετὰ τῆς προσούσης ἀνδρείας εἵλομεν, ὡς ἴστε, συστρα- Ind. 12
τιῶται, παρὰ πᾶσαν ὑπόνοιαν. καὶ χάριν ὁμολογῶ πλείστην A. C. 968
ὑμῖν, ὅτι πρὸς ἐμὲ τὸν ὑμῶν ἀφορῶντες ἡγεμόνα, οὐκ ὠκλάσατε I. N. 6
περί τε τῶν ἀηδῶν, ἃ πλεῖστα καὶ ἀπηχῆ ἐπιφέρειν οἶδεν ὁ πόλε-
μος, ἀλλ᾽ οὕτω μετὰ προθυμίας καὶ λελογισμένης ῥώμης διηγω- P. 45
νίσασθε, ὥστε μηδὲν, οἷς προβάλομεν τῶν φρουρίων, ὑπέρτε-
ρον γενέσθαι τῆς ὑμῶν ἀρετῆς, καὶ καταλειφθῆναι ἀνάλωτον.
οἶδα δὲ καὶ τὸ πρὸς τὴν κατασκαφὴν ταυτησὶ τῆς πόλεως πρόθυ-
μον ὑμῶν, ὅπως ὀργᾶτε καὶ σφαδάζετε ἡ στρατιὰ, ταύτην κατε-
ριπώσειν καὶ δῃώσειν πυρί. ἀλλ᾽ οἰκτός μέ τις ὑπεισέρχεται ταύ-
της, εἰ τρίτη τῶν περὶ τὴν οἰκουμένην τελοῦσα πόλεων, τῷ τε
κάλλει καὶ τῷ μεγέθει τῶν περιβόλων (ὁρᾶτε γὰρ εἰς ὅσον ὕψος
ἐπανατείνονται οὗτοι), ἔτι δὲ πλήθει τοῦ δήμου καὶ τῶν οἰκιῶν
ἀμηχάνοις κατασκευαῖς, ἐρείπιον κείσεται, καθά τι φρούριον πε-
νιχρόν. τὸ δὲ τὴν Ῥωμαϊκὴν στρατιὰν κατὰ τὴν ταύτης κατατρί- B
βειν ἐκπόρθησιν, καὶ τὰ ὑμῖν ὑποποιηθέντα τῷ πολεμεῖν αὖθις
διαφθείρειν τε καὶ λεηλατεῖν, οὔ μοι νοῦν ἔχειν δοκεῖ. ἐγὼ γὰρ
ἐκεῖνον μάλιστα φαίην κηδεμονικὸν στρατηγὸν, τὸν ταῖς ἐπεξελά-
σεσι καὶ διαμελλήσεσι τὴν τῶν ἐναντίων κακοῦντα χώραν καὶ δια-
φθείροντα· τὸν δέ γε τὴν οἰκείαν ταῖς τῆς στρατιᾶς ἐκδρομαῖς
καὶ αὖθις κατὰ χώραν ἀναστροφαῖς παραπολλύοντα καὶ ἐκτρίβον-

7. Leg. προσεβάλομεν, vel certe aut προὐβάλομεν aut προβάλλομεν.
11. δωήσειν (sic) cod.

ultra hanc urbem castella providentiae nutu usuque vestro in re militari, cum virtute coniuncto, expugnavimus, ut scitis, commilitones, praeter omnem opinionem. Quapropter gratiam me habere vobis plurimam confiteor, quod in me, ducem vestrum, intuentes ulli labori non succubuistis, quos plurimos molestosque imponere solet bellum, quodque potius tanta cum alacritate, consilio, fortitudine, rem gessistis, ut nullum cui nos admovimus castellum virtutem vestram superaverit, relictumque sit quin expugnaretur. Neque minus perspecta mihi est vestra exscindendae huius urbis cupiditas, quantopere expetatis optetisque vos, legiones, diruere illam incendioque vastare. Verum commiseratio me quaedam subit eius, si quidem urbs, quae tertium locum in orbe terrae obtinet, seu pulchritudinem atque magnitudinem moenium (videtis enim in quantam altitudinem ea surgunt), sive multitudinem populi aediumque infinitam supellectilem aspexeris, ruderibus obtecta iacebit, quasi castellum pauperculum. Neque magis exercitus Romani in ea evertenda commoratio, ut quae a nobis domita iam bello sint pessundentur iterum diripianturque, videtur mihi rationem habere. Etenim ego hunc potissimum dixerim diligentem ducem, qui irruptionibus, qui stativis adversariorum loca vexat atque perdit: sed si quis suos fines cum excursionibus tum domum reversionibus copiarum pessundat at-

A. M. 6477 Ind. 12 A. C. 968 I. N. 6 τα, τοῦτον ἀνόητον, μᾶλλον δὲ κακονούστατον ὀνομάζειν οὐκ ἂν ἀποκνήσαιμι· παρόμοιόν τι διεργαζόμενον τῶν τῇ παροιμίᾳ κωμῳδουμένων κυνῶν, οἳ τοὺς λύκους τῶν προβάτων ἀποσοβεῖν ἐποφείλοντες, καὶ τὰ βοσκήματα φυλάττειν ἀνεπιβούλευτον, οἱ δὲ, πρὸς τῷ μὴ ἀποσοβεῖν, μᾶλλον τῶν θηρίων αὐτοὶ διακόπτουσι καὶ διασπαράττουσιν. εἰ οὖν δοκεῖ καὶ πείθεσθέ μοι, ἐπείπερ ὁ λόφος ὀχυρώτατος οὑτοσὶ καταφαίνεται, καὶ κατάῤῥυτός ἐστιν ὕδασιν, ὡς ὁρᾶτε, τοῦτον δὴ τειχιστέον ἑξαυτῆς, καὶ ἵλην ἱππέων καὶ σπεῖραν πεζῶν ἐν αὐτῷ ἐατέον· ὥστε καθ' ἑκάστην ἐπεξελάσεσι καὶ καταδρομαῖς, καὶ τῶν ἐπιτηδείων διαρπαγαῖς τὴν Ἀντιόχου ταπεινώσωσι, καὶ εἰς ἀμηχανίαν δεινὴν κατακλείσαντες καὶ ἄκουσαν ἀναγκάσωσι, Ῥωμαίοις γενέσθαι ὑπόσπονδον." εἶπεν ὁ βασιλεὺς, καὶ λίθον ἐπωμισάμενος (ἦν γὰρ περὶ τὰ τοιαῦτα μετριοπαθής τε καὶ ταπεινὸς), ἄνεισιν ἐπὶ τὸν λόφον, πάσῃ τῇ στρατιᾷ οὕτω ποιεῖν διακελευσάμενος. ἦν οὖν ἰδεῖν ἐν τρισὶν ἡμέραις ἄστυ ἀνῳκισμένον ἐπὶ τὸν λόφον, εὐερκές τε καὶ ὀχυρώτατον. φάλαγγα τοιγαροῦν πεντακοσίων ἱππέων, καὶ σπεῖραν χιλίων πεζῶν ἐν τῷ φρουρίῳ καταλιπὼν, καὶ ἀποχρῶσαν χιλὸν αὐτοῖς ἀποσιτισάμενος, ἐντειλάμενός τε ὅσημέραι ἐκδρομὰς κατὰ τῆς Ἀντιοχείας ποιεῖν, καὶ τὸ παρατυχὸν μαχαίρας ἔργον καὶ προνομῆς ἀπεργάζεσθαι, αὐτὸς ἐκεῖθεν ἀπάρας πρὸς τὴν βασιλεύουσαν ἐπανέζευξε, καὶ μεγαλοπρεπῶς πρὸς τῶν ἀστικῶν ὑποδεχθεὶς ἐκεῖσε διέτριβεν.

Fol 292 v.

que conterit, hunc nulla vel potius mala mente praeditum dicere non reformido. Similiter enim facit ut canes in fabula notati, qui cum lupos ab ovibus repellere debeant, pecudesque ab insidiis tueri, praeterquam quod lupos non repellunt, ipsi magis quam hae belluae pecudes conscindunt atque dilaniant. Proinde, si vobis videtur mihique creditis, quandoquidem hic tumulus firmissimus videtur, irriguusque aquis est, illum evestigio communiamus, ala equitum et cohorte militum ibi relicta: ut quotidianis eruptionibus, decursionibus, alimentorum direptionibus, fractam Antiochiam, in angustiasque summas compulsam, vel invitam cogamus Romanorum se permittere ditioni." Hac oratione habita, Imperator, lapidem in humeros extollens (erat enim popularis in eiusmodi rebus ac modestus), ascendit in tumulum, toto exercitu idem facere iusso. Apparebat igitur trium dierum spatio castellum in tumulo exaedificatum, bene septum et munitissimum. Quo in castello postquam praesidium quingentorum equitum cohortemque mille militum cum cibariis idoneis reliquerat, iubens ut quotidie excursiones Antiochiam versus facerent, atque obvia quaevis caedibus rapinisque exinanirent, ipse inde castris motis ad urbem imperatoriam rediit, splendideque a civitate receptus ibi est commoratus.

ΛΕΟΝΤΟΣ ΔΙΑΚΟΝΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΑΣ Ε.

LEONIS DIACONI HISTORIAE

LIBER V.

ARGUMENTUM.

Nicephorus captos in Sicilia Romanos a Saracenis exposcit. Calocyres imperium affectat (Cap. 1). A quo excitati Russi Bulgariam invadunt (2). Nicephorus legatos mittit ad Bulgaros (3). Antiochia vi expugnata (4). Imperator funesto vaticinio commotus. Bardas, Nicephori pater moritur. Theophano insidias struit adversus coniugem (5). Ioannes Tzimisces in urbem arcessitus. Coniuratio ad caedem Imperatoris perpetrandam (6). Nicephorus crudeliter occisus (7). Eius ingenium et indoles (8). Ioannes Tzimisces rerum potitur. Nicephori corpus in regio sepulcro conditur (9).

α'. Ἀλλ' οὕτω μὲν, ἥπερ μοι ἤδη ἐρρήθη, ὁ αὐτοκράτωρ Νι- A. M. 6477
κηφόρος Συρίαν καὶ τὰ παράκτια ταύτης καταδραμὼν, καὶ τὸ Ind. 12
ἀντίξουν ἅπαν ἐκποδὼν ποιησάμενος, καὶ λείαν Μυσῶν θέμενος, A. C. 969
καὶ πλεῖστα πτολίσματα καθελὼν, κἂν τοῖς ἐπικαιροτάτοις τῆς I. N. 6
μεγάλης Ἀντιοχείας φρούριον ἐρυμνὸν δομησάμενος ἐν τρισὶν ἡμέ- P. 46
ραις καὶ πολίσας, ἐς τὸ Βυζάντιον ἐπανέζευξεν. Ἐντεῦθεν παρὰ
τὸν τῶν Καρχηδονίων ἀγὼν διεκηρυκεύετο, καὶ τὸ τοῦ ἐναγεστά-

7. τόν] τῶν cod.

1. Ita eo quo supra demonstratum est modo Nicephorus Imperator, Syriam oramque eius maritimam emensus, postquam obiecta omnia vel summoverat vel Mysorum praedam, ut aiunt, duxerat, plurimisque oppidis excisis in opportunissimis ad magnam Antiochiam locis castellum trium dierum spatio exaedificaverat atque instruxerat, Constantinopolim rediit. Inde ad Carthaginiensium praetorem oratores legans impurissimi atque impiissimi

A. M. 6477 Ind. 12 του καὶ ἀσεβεστάτου Μωάμεδ ξίφος δῶρον ἐξέπεμπεν, ὅπερ λάφυρον ἔκ τινος τῶν κατὰ Παλαιστίνην ἁλόντων φρουρίων ἀνείB ληφε, καὶ τὸν Πατρίκιον ἐξήτει Νικήταν, ὃν συνέβη τὸ πρότερον ἐν τῷ περὶ Σικελίαν τῶν Ῥωμαίων παίσματι δορυάλωτον ληφθέντα, τῷ τοιούτῳ τῶν Ἄφρων παραπεμφθῆναι κατάρχοντι, ὡς ὁ λόγος ἐδήλωσε. διὰ γραμμάτων οὖν ἐπέσκηπτεν, ὡς, εἰ ἐνδοιάσῃ πρὸς τὴν τοῦ Πατρικίου ἀπόδοσιν, καὶ οὐκ ἐξαυτῆς τοῦτον ἀνήσοι τε τῶν δεσμῶν, καὶ ὡς αὐτὸν παραπέμψῃ, πόλεμον ἀκήρυκτον ἤτω προσδοκῶν, καὶ πᾶσαν τὴν αὐτοῦ ἐπικράτειαν ἀνεκτριβῆναι, τοῖς Ῥωμαϊκοῖς δῃουμένην στρατεύμασι. ταῖς τοιαύταις οὖν ὁ Καρχηδόνιος ἐκδειματωθεὶς ἀγγελίαις, ὡς ἄλλαις τισὶ, κατὰ τὴν παροιμίαν, ἀπὸ Σκυθῶν ῥήσεσι, τόν τε C Πατρίκιον Νικήταν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ληφθέντας δορυαλώτους, καὶ ὅσους Ῥωμαίων ἐκ διαφόρων χώρων ἐν εἱρκταῖς πεδήτας παρακατεῖχε, δῶρον τῷ βασιλεῖ Νικηφόρῳ ἐξέπεμπε· δέος γὰρ αὐτὸν ὑπεισῆλθε, ἐκστρατείαν καὶ ἔκπλουν τούτου ἐνωτισάμενον. τὸ γὰρ ἀκαταγώνιστον τοῦ ἀνδρὸς, κἂν ταῖς μάχαις ἀνυπόστατον καὶ ἀπρόσιτον, καὶ ὅπως εὐπετῶς τὸ ἀντίπαλον ἅπαν ὡς ἔκ τινος θείας ῥοπῆς εὐείκτως κατεστρέφετο, ἔφριττόν τε πάντα ἔθνη P. 47 καὶ ἐτεθήπεσαν, καὶ οὐ πολέμιον ἔχειν, ἀλλὰ φίλον καὶ δεσπό- Fol. 293 r. την ἠπείγοντο. οὕτω μὲν δὴ ὁ Πατρίκιος Νικήτας καὶ οἱ λοιποὶ τῶν Ῥωμαίων αἰχμάλωτοι τῶν δεσμῶν ῥυσθέντες καὶ τῆς εἱρκτῆς, πρὸς τὸ Βυζάντιον ἐπανῆεσαν. ὁ δὲ βασιλεὺς Νικηφόρος ἥσθη

8. ἀνήσοι. Sic cod. Fort. ἀνῇ. 9. ἤτω. Sic cod. imperative: verti ac si esset ἤτο. 12. ἀπὸ Σκυθῶν ῥήσεσι. Vid. supra 28. A.

Moamethis gladium misit, quem pro manubiis ex aliquo captorum in Palaestina castellorum abstulerat Simul Nicetam patricium repetit, cui prius contigerat, ut in Siciliensi Romanorum clade captivus factus huic Afrorum principi transmitteretur, sicut narratio significavit nostra. Litteris autem denunciat, si cunctaretur patricium restituere, neque evestigio illum vinculis solutum ad se mitteret, ut bellum infinitum exspectaret, finesque ipsius omnes, a Romanis exercitibus direptos, vastatum iri. Quibus nunciis Carthaginiensis exterritus, quasi quibusdam Scythicis iussionibus, ut in proverbio est, tum Nicetam patricium, tum qui una cum illo captivi facti fuerant, et omnino Romanos quoscunque diversis locis in custodia vinctos asservabat, Nicephoro Imperatori dono misit. Formido enim illum incesserat, de terrestri navalique apparatu nostro audientem. Quippe invictam Imperatoris vim, intolerabile in praeliis atque inaccessum robur, quemadmodum nullo negotio adversarios quoslibet quasi divino quodam impulsu promte subigeret, verebantur omnes nationes atque obstupescebant, neque hostem habere illum, verum amicum ac dominum properabant. In hunc modum Nicetas patricius caeterique captivi Romani e vinculis eque custodia Constantinopolim reverterunt. Nicephorus autem Imperator, laetatus, ut par

τε, ὡς τὸ εἰκὸς, καὶ ἡμέραν ἦγεν ἑόρτιον, καὶ τὰς εὐχαριστη- A. C. 969
ρίους τῷ Θεῷ ἐπὶ τῇ τῶν ὁμοφύλων ἀπολυτρώσει ἀπεδίδου εὐχάς. I. N. 6
ἐν ᾧ δὲ ταῦτα κατά τε τὴν Συρίαν καὶ τὸ Βυζάντιον τῷ βασιλεῖ διεπράττετο, ὁ πρὸς τοὺς Ταυροσκύθας σταλεὶς βασιλικῷ νεύματι Καλοκύρης ὁ Πατρίκιος, κατὰ τὴν Σκυθίαν γενόμενος, καὶ τῷ τῶν Ταύρων κατάρχοντι φιλιωθεὶς, δώροις τε τοῦτον διαφθείρας καὶ λόγοις καταγοητεύσας ἐπαγωγοῖς (φιλοκερδὲς δὲ ἅπαν ἐκτόπως τὸ Σκυθικὸν, καὶ λίχνον ὅτι μάλιστα, καὶ ἐπιῤῥεπὲς πρὸς λημμάτων ὑπόσχεσιν καὶ ἀνάληψιν) ἐνέπεισε στρατιὰν συναγηοχότα βαρεῖαν, ἐλαύνειν κατὰ Μυσῶν· τούτους δὲ καταγωνισάμενον ὑποποιήσασθαι μὲν τὴν χώραν καὶ ταύτην παρακατέχειν εἰς ἴδιον ἐνδιαίτημα· αὐτῷ δὲ κατὰ Ῥωμαίων συνάρασθαι, ὅπως κατάσχοι τὴν βασιλείαν, καὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἡγεμονίας ἐπιτεύξοιτο. μεγάλας δὲ καὶ ἀνεκδιηγήτους τὰς ὠφελείας αὐτῷ πράξειν καθυπισχνεῖτο, ἐκ τῶν βασιλικῶν ταμείων συνεκφορήσαντα. B C

β'. Τούτων τῶν λόγων ὁ Σφενδοσλάβος ἀκουτισθεὶς (τοῦτο γὰρ πρὸς τῶν Ταύρων κατωνομάζετο) οὐχ οἷός τε ἦν ἐπισχεῖν τὴν ὁρμήν· ἀλλὰ, μετέωρος ταῖς ἐλπίσι τοῦ πλούτου γενόμενος, ὀνειροπολῶν τε τὴν τῆς χώρας κατάσχεσιν τῶν Μυσῶν, καὶ ἄλλως δὲ θερμουργός τε ὢν καὶ θρασὺς, ἀλκιμός τε καὶ ῥέκτης ἀνὴρ, πᾶσαν ἥβηδὸν ἡλικίαν τῶν Ταύρων πρὸς τὴν ἐκστρατείαν κατήπειγεν. ἑξήκοντα τοιγαροῦν χιλιαδῶν ἀκμαίων ἀνδρῶν στρατιὰν συναγείρας, ἐκτὸς τοῦ θητικοῦ, ἅμα τῷ Πατρικίῳ Καλο-

22. χιλιαδῶν. Sic cod.

erat, diem egit festum, gratasque Deo ob popularium liberationem persolvit preces. Haec dum in Syria atque in urbe ab Imperatore geruntur, Calocyres patricius, qui augusto nutu ad Tauroscythas missus fuerat, cum in Scythiam pervenisset, Taurorum Regi amicitia iunctus muneribus eum corrupit, verbisque blandis fascinato (lucri enim cupida est extra modum universa Scytharum natio, avidaque in primis, ac proclivis, sive promittas quaestum, sive suppedites) auctor fuit, ut gravi coacto exercitu contra Moesos proficisceretur: quibus debellatis ut regionem suae potestatis faceret, eaque pro domicilio ipse uteretur, sibi vero adversus Romanos opem ferret, ut imperio potiretur, Romanorumque principatum obtineret. Id si praestaret, magna et quae nec verbis exprimi possint emolumenta pollicetur se in illum ex sacro aerario collaturum.

2. Hanc orationem ubi Sphendoslabus audivit (sic enim a Tauris nominabatur), animi impetum cohibere non potuit: sed, divitiarum spe suspensus, agri Moesici possessionem somnians, cum alioquin ferventis animi esset et audax, fortis item et industrius vir, Taurorum pubem omnem ad eam expeditionem excitavit. Sexaginta igitur millium vigentium virorum conducto exercitu, extra impedimenta, una cum Calocyre patricio, quem

A. M. 6477 Ind. 12 κύρῃ, ὃν καὶ ὁμαίμονα προσήκατο φιλίας θεσμοῖς, ἐχώρει κατὰ Μυσῶν. ἄρτι δὲ παραπλέοντος τὸν Ἴστρον, καὶ πρὸς τὴν ἐπὶ
D τῆς ἠπείρου ἀπόβασιν ἐπειγομένου, αἰσθόμενοι τὸ δρώμενον οἱ Μυσοὶ, εἰς τρισμυρίων ἀνδρῶν συναγομένην φάλαγγα συνασπίσαντες ὑπηντίαζον. ἀλλ' ἐῤῥωμενέστατα τῶν πορθμείων ἀποβάντες οἱ Ταῦροι, τά τε σάκη προβαλόντες, καὶ τὰ ξίφη σπασάμενοι, ἐπιστροφάδην ἐπληττον τοὺς Μυσούς. οἱ δὲ, μηδὲ τὴν πρώτην ῥοπὴν ἐνεγκόντες, εἰς φυγαδείαν ἐτράποντο καὶ πρὸς τὸ Δορύστολον (ἐχυρὸν δὲ φρούριον τοῦτο Μυσῶν) ἀγεννῶς συν-
P. 48 εκλείοντο. τηνικαῦτα δὴ λέγεται καὶ Πέτρον, τὸν ἡγήτορα τῶν Μυσῶν, ἄνδρα θεοφιλῆ καὶ σεβάσμιον, τῷ ἀπροσδοκήτῳ τῆς τροπῆς περιαλγήσαντα, ἐπιληψίας πάθος περιπεσεῖν, καὶ ὀλίγον ἐπιβιώσαντα, τῶν τῇδε ὑπαπελθεῖν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν κατὰ τὴν
Fol. 293 v. Μυσίαν ἐπράττετο ὕστερον· ὁ δὲ τῶν Ῥωμαίων αὐτοκράτωρ Νικηφόρος, τὰ περὶ τῶν Ταύρων διαγνοὺς, καὶ ἄλλως δὲ παρὰ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν βιοτὴν μεμεριμνημένος τις ὢν, καὶ ἐγρηγορὼς, καὶ μὴ νευστάζων, μηδέ τισιν ἡδοναῖς ὅλως δουλούμενος (οὐδὲ γὰρ ἔχοι τις λέγειν, ὡς ἴδοι τοῦτον κωμάσαντα κἂν ἐν νεότητι), τότε παντοδαπός τις ἦν, καὶ τὴν πεζικὴν στρατιὰν ἐξήρτυε, καὶ
B τοὺς λόχους καθώπλιζε, καὶ τὴν ἱππικὴν φάλαγγα ἐς βάθος διέταττε, καὶ πανσιδήρους ἱππότας ἀπέφαινε. τάς τε μηχανὰς τὰς ἐφετηρίους τεκταινόμενος ἐπὶ τῶν τῆς πόλεως πυργωμάτων καθίδρυε, καὶ σειρὰν βαρυτάλαντον ἐκ σιδήρου πεποιημένην ἐπὶ

9. *Δορύστυλον* cod. 12. *πάθος*. Melius *πάθει*, nam *περιπίπτω* cum accusativo soloecismum arbitror. 22. Leg. *ἀφετηρίους*.

fratrem quoque amicitiae vinculis sibi adiunxerat, adversus Moesos movit. Ita cum iam ad Istrum appelleret, in terramque exscensionem pararet, re cognita Moesi exercitu ad triginta millia hominum confecto obviam venerunt. At animosissime e naviculis exscendentes Tauri, proiectis scutis gladiisque districtis, strenue ceciderunt Moesos. Hi, ne primam quidem impressionem ferentes, in fugam versi Dorystolum (munitum id oppidum Moesorum) flagitiose conclusi sunt. Quo eodem tempore Petrum dicunt, ducem Moesorum, virum religiosum atque venerabilem, nec opinata fuga gravius commotum, in morbum comitialem incidisse, cumque paulisper superfuisset ex hac vita migrasse. Verum haec in Moesia posterius acciderunt: Nicephorus autem Romanorum Imperator, ubi illa de Tauris intellexit, ut fuerat alioquin tota sua vita laboriosus, erectus, somno minime connivens, neque voluptatibus omnino serviens (neque enim quisquam potest dicere, se eum vel in adolescentia comessantem vidisse), tunc plurimis negotiis simul se dedit: pedestres copias instruebat armabat manipulos, equestrem aciem in altitudinem disponebat, cataphractis obtegebat equites. Item machinas missiles fabricatus per urbis propugnacula collocat, catenamque ponderosissimam e ferro factam ad turrim alligans, quam Centena-

τὸν πύργον ἐνδησάμενος, ὃν Κεντηνάριον κικλήσκειν εἰώθασιν, ἐπὶ φιτρῶν τε μεγίστων ἐφαρμοσάμενος, κατὰ τὸν Βόσπορον ἔτεινε, καὶ πρὸς τὸ τοῦ καταντιπέρας Καστελλίου πύργωμα ἀνῆψε. δραστήριος δὲ ὢν, καὶ βαθυγνώμων, εἴ καί τις ἄλλος, ὧν ἴσμεν, ἀνὴρ, ἀξύμφορον εἶναί οἱ διελογίζετο, εἰ πρὸς ἀμφότερα τὰ ἔθνη τὴν διαμάχην ἄροιτο. ξυνοῖσον οὖν ἐδόκει εἶναι αὐτῷ, εἰ τὸ ἓν ὑποποιήσῃ τῶν ἐθνῶν. οὕτω γὰρ ἐδόκει ῥᾷστα περιέσεσθαι τοῦ ἑνὸς, καὶ αὐτὸ θᾶττον καταγωνίσασθαι. C

γ'. Ἐντεῦθεν, ἐπεὶ τὸ παρὰ τῶν Ταύρων ἀπεγνώκει διακηρυκεύεσθαι (ᾔδει γὰρ τὸν Πατρίκιον Καλοκύρην ἅπαξ τῆς εὐθείας ἐκκλίναντα καὶ τῆς τούτου κυρίας ἀφηνιάσαντα, καὶ μέγα παρὰ τῷ Σφενδοσλάβῳ δυνηθέντα, μὴ εὐείκτως τῷ τούτου θελήματι σπείσασθαι), πρὸς τοὺς ὁμοθρήσκους Μυσοὺς ἐβουλεύσατο μᾶλλον πρεσβείαν στείλασθαι. καὶ δῆτα πρέσβεις ὡς αὐτοὺς ἔστελλε, τόν τε Πατρίκιον Νικηφόρον, ᾧ τὸ ἐπώνυμον Ἐρωτικὸς, καὶ Φιλόθεον, τὸν τῶν Εὐχαΐτων πρόεδρον, καὶ τῆς τε D θρησκείας αὐτοὺς ὑπεμίμνησκε (τὰ Χριστιανῶν γὰρ ἀναντιῤῥήτως πρεσβεύουσιν οἱ Μυσοὶ), καὶ παρθένους τοῦ βασιλικοῦ γένους ἐξῄτει, ὡς συνάψῃ ταύτας τοῖς τοῦ αὐτοκράτορος Ῥωμανοῦ παισὶ, καὶ ἀδιάῤῥηκτος ἐκ τοῦ κήδους ἥ τε πρὸς Ῥωμαίους καὶ τοὺς Μυσοὺς καταλλαγὴ καὶ φιλία ἐμπεδωθῇ. οἱ δὲ Μυσοὶ ἄσμενοι τὴν πρεσβείαν ἐδέχοντο, καὶ κόρας ἐξ αἵματος τοῦ βασι-

A. C. 969
I. N. 6

3. καταστελλίου cod. Sed est Castellum Galaticum: vid. Constantinop. Christian. 9. C., quod Theophanes Chronograph. 331. C. καστέλλιον τῶν Γαλάτων (sic) vocat. 4. εἴ καί τις] ἐκέτις cod. 9. ἐπεγνώκει cod. 12. εὐήκτως cod. 20. ἥ τε] εἴτε cod.

rium vocare solent, in palos praegrandes impositam per Bosporum tetendit, adque propugnaculum Castelli, quod e regione est, applicuit. Tamen nihilominus, ut erat impiger et in consiliis peracutus, si quis alius, de quibus accepimus, mortalium, haud ex re sua existimavit, si adversus utramque nationem bellum susciperet. Commodum ergo illi visum est, earum nationum alteram sibi conciliare. Sic enim existimabat, se parvo negotio superiorem fore contra alteram, eamque se brevi debellaturum.

3. Hinc, quandoquidem de compositione cum Tauris desperabat (sciebat enim patricium Calocyrem, qui a recta via semel declinasset, ipsiusque dominatum excussisset, cum multum apud Sphendoslabum posset, non facile ipsius voluntati morem gesturum), ad Moesos potius, iisdem atque ipse religionibus deditos, legare constituit. Proinde oratores ad illos misit, Nicephorum patricium, cognomento Eroticum, et Philotheum, Euchaitarum antistitem, communisque persuasionis eos commonefecit (Christianorum enim fidem citra controversiam colunt Moesi), virginesque generis regii ab iis poposcit, quas Romani Augusti filiis collocaret, ut ex affinitate inviolabilis inter Romanos ac Moesos conciliatio atque amicitia firmaretur. Moesi hilare legatione accepta puellas ex sanguine regio plaustris imposi-

A. M. 6477 Ind. 12 λικοῦ ἐπὶ ἁμαξῶν ἀναβιβάσαντες (εἰθισμένον δὲ γυναιξὶ Μυσῶν, ἐφ' ἁμαξῶν ὀχεῖσθαι), τῷ αὐτοκράτορι Νικηφόρῳ ἐξέπεμπον, ἀπαμῦναι σφίσιν ὅτι τάχιστα ποτνιώμενοι, καὶ τὸν τοῖς αὐχέσιν
P. 49 αὐτῶν ἐπικείμενον πέλεκυν τῶν Ταύρων ἀποτρέψαι καὶ κενὸν ἀπεργάσασθαι. καὶ κἂν ἐπήμυνε τούτοις, καὶ τρόπαια κατὰ τῶν Ταύρων ἐστήσατο, ἐπεὶ καὶ κατὰ πάντων, πρὸς οὓς ἂν τὴν Ῥω-
Fol. 294 r. μαϊκὴν ἀντεπήνεγκε δύναμιν. ἀλλ' ἀπὸ μικρᾶς ῥοπῆς αἰωρούμενα τὰ ἀνθρώπινα, καὶ ὡς ἔκ τινος εἰπεῖν λεπτῆς κρόκης ἐκκρεμαννύμενα, καὶ εἰς τὸ ἐναντίον εἴωθε περιχωρεῖν. ἀνεπισφαλῶς γάρ τινες οἴονται νέμεσίν τινα θείαν καὶ φθόνον ἀνθρώπινον τοῖς ἐπισήμοις καὶ ἀλκιμωτάτοις ἀνδράσι προσίστασθαι, σφάλλοντα τούτους, καὶ περιτρέποντα, καὶ εἰς τὸ μηδὲν συνελαύνοντα.
B οἷα δὴ καὶ τότε τῷ αὐτοκράτορι Νικηφόρῳ, κατὰ ῥοῦν αὐτῷ φερομένων τῶν πραγμάτων, καὶ ὡς οὐκ ἄλλῳ τῶν πρὸ αὐτοῦ ἡγεμονευσάντων, συμβέβηκεν. ἐγὼ δὲ τοῦτό φημι, ὅτι ἀμηχάνῳ τοῦ κρείττονος προμηθείᾳ ἤδη τοῖς ἀνθρώποις εὐροοῦντα τὰ πράγματα εἰς τοὐναντίον ἀντιπερίσταται, ὡς ταύτῃ παιδευθεῖεν θνητοὶ ὄντες καὶ πρόσκαιροι, καὶ μὴ περαιτέρω φυσῷεν τοῦ προσήκοντος. ἤδη γάρ τινες εὐπραγίαις ἐπιβάντες καὶ κατὰ τὰς
μάχας εὐδοκιμήσαντες, θεοὺς ἀνειπεῖν αὑτοὺς οὐκ ἐνάρκησαν,
C εἰς αὐτὴν τὴν πρόνοιαν ἐξυβρίσαντες. παράδειγμα τούτων οἱ τοῦ Ἀλωέως παῖδες Ὦτος καὶ Ἐφιάλτης, εἰς οὐρανοὺς κατὰ τὸν μῦθον πειρώμενοι ἀνελθεῖν, καὶ Ναβουχοδονόσορ ὁ Βαβυ-

5. ἐπίμυναι cod. 8. λεπτῆς] λευτῆς cod. 13. αὐτῶν cod. 14. φαιρομένων cod. Deinde post ἡγεμονευσάντων videtur deesse verbum. 20. ἂν εἰπεῖν cod.

tas (consueverunt autem mulieres Moesorum plaustris vehi) Nicephoro Imperatori miserunt: orant, quamprimum sibi subveniret, securim Taurorum, suis cervicibus impendentem, averteret, irritamque redderet. Ac profecto si opitulatus esset illis, item tropaea de Tauris constituisset, ut de omnibus, quibus Romana signa intulerat. Verum enimvero parvo momento suspensae res humanae, tenuique filo, ut ita dicam, sublatae, in contrariam quoque partem solent inclinari. Recte enim nonnulli opinantur, sicut malevolentiam quandam numinis, item invidiam hominum clarissimis potentissimisque viris adversari, eosque decipere, evertere, ad nihilum redigere. Quod idem tunc quoque Nicephoro Imperatori, cum secundo cursu illi omnia fluerent, magis quam ulli eorum qui ante principatum obtinuerint, accidit. Ego vero illud dico, singulari numinis providentia hominum secundas res in contrarium verti, uti sic discant, mortales se esse atque caducos, neque plus inflentur quam sit satis. Iam enim quidam prosperitatibus usi praeliisque clari Deos se praedicare non sunt veriti, ipsam providentiam lacessentes. Cuius rei exempla sunt Aloei filii Otus et Ephialtes, in coelum, si fabulam audimus, ascendere conati, et Nabuchodonosor Ba-

Fol. 299 v. ἀποτικτόμενον τῦφον τιθείς. φόρων τε ἀτέλειαν τῷ τῶν Ἀρμενιακῶν θέματι παρέσχεν· ἐκεῖθεν γὰρ ὥρμητο. τῆς δὲ ῥόγας ἐνστάσης, ἣν ἥ τε σύγκλητος καὶ τὸ τῆς πολιτείας εὐγενὲς καὶ ἐλλόγιμον παρὰ τῆς βασιλικῆς χειρὸς ἀποφέρεται, πᾶσι τοῖς ἠξιωμένοις ταυτησὶ τῆς δωρεᾶς, προῖκα τὴν ῥόγαν ἐπήυξησε,
C φιλοτίμῳ καὶ φιλαγάθῳ γνώμῃ κινούμενος.

A. M. 6478 Ind. 13 A. C. 970 I. I. 1 ς'. Ἤδη δὲ τῆς πρὸς Ὀρόντῃ μεγάλης Ἀντιοχείας πρὸς τοῦ αὐτοκράτορος Νικηφόρου ἁλούσης, καὶ τοῦ ἱεραρχοῦντος χηρευούσης (ὁ γὰρ τὸ πρότερον κατάρχων ταύτης Ἀγαρηνὸς τὸν πατριάρχην Χριστοφόρον, ἀποστολικὸν ἄνδρα τε καὶ θεσπέσιον, ἀνεῖλεν, ἀκόντιον κατὰ τῶν στέρνων αὐτοῦ διελάσας, ἔγκλημα τἀνδρὶ εἰς τὸν σωτῆρα Χριστὸν ἐπάγων εὐσέβειαν), ταύτης τὸν συνοικισμὸν προὐργιαίτερον ὁ βασιλεὺς Ἰωάννης ποιούμενος, διὰ σπουδῆς εἶχε καὶ πολὺς ἦν ἐγκείμενος, τῆς ἱεραρχίας ταύτης τὸν
D ἄξιον εὑρεῖν. ἁλόντι δὲ τούτῳ καὶ γνωματεύοντι, ἐπὶ νοῦν ἦλθεν ὁ ἐκ Κολωνείας Θεόδωρος, ἀνὴρ ἐξ ὀνύχων τὸν ἐρημικὸν καὶ ἀπράγμονα βίον αἱρετισάμενος, καὶ πολλοῖς ἱδρῶσιν ἀσκητικοῖς τὸ σαρκίον καταδαμάσας. τρίχινον γὰρ ῥάκος ἐνδιδυσκό-

18. εἰς τόν. Sic cod. Fort. hic deest τήν. 21. δέ. Fort. δή.

ad eos ascendens et accedens, aurum erogabat, ulcerosaque atque morbo confecta eorum membra fovere, quatenus licebat, non recusabat; idque cum maxime delicatus, lautusque cumprimis esset. Tanta nimirum miseratione ducebatur, laborantique naturae condolebat, si quando illis occurreret, maiestatem imperii et fastum purpurae flocci pendens. Vectigalium quoque immunitatem Armeniorum themati dedit: inde enim oriundus erat. Cumque roga instaret, quam senatus ac Reipublicae nobiles proceresque ex Imperat. manu reportare solent, omnibus qui illa largitione dignabantur, sponte rogam auxit, animo gloriae et virtutis studioso inductus.

6. Antiochia magna ad Orontem a Nicephoro Augusto capta, cum esset antistite sacrorum viduata (nam qui ante in ea dominatus erat Saracenus Christophorum patriarcham, apostolicum ac divinum virum, pilo per pectus adacto interfecerat, crimini ei dans pietatem in servatorem Christum), illius coniugio consulere cupiens, Ioannes Imperator magno studio ad id incumbebat, ut aliquem amplissimo huic sacerdotio dignum inveniret. Qua de re cum multum diuque cogitasset, venit ei in mentem Theodorus Coloniensis, vir qui a teneris unguiculis, solitaria ac quieta vita electa, multis asceticis sudoribus animi appetitiones edomuerat. Cilicia enim indu-

μενος, καὶ τούτῳ περικαλύπτων τὸν σίδηρον, ὃν ἔφερε τυραν- A. M. 6473
νῶν τὸ σωμάτιον, οὐ πρότερον αὐτὸ ἀπεσκευάζετο, πρὶν ἂν Ind. 13
διερρύη τε ὅλον, καὶ εἰς οὐδὲν ἐχρημάτιζε. λέγεται δὲ, τὸν τοι- A. C. 970
οῦτον μοναστὴν Νικηφόρῳ τε πρότερον, καὶ αὖθις Ἰωάννῃ, τὴν I. I. 1
τῆς βασιλείας θεοκλυτῆσαι ἀνάῤῥησιν. τοῦτον τῷ Βυζαντίῳ τότε
παρουσιάζοντα ὁ Ἰωάννης προσάγει τῷ Πολυεύκτῳ· ὁ δὲ, ἅμα
τοῖς ἐνδημοῦσι τῶν ἐπισκόπων τὸν ἄνδρα ἐξητακὼς, ἐφευρών
τε τὴν μὲν θύραθεν παιδείαν οὐ πάνυ ἠκριβωκότα, τήν γε μὴν P. 62
θείαν καὶ ἡμετέραν ἐξησκημένον φιλοτιμότατα, χρίει αὐτὸν πα-
τριάρχην Ἀντιοχείας. ὁ δὲ Πολύευκτος, μικρὰς ἡμέρας ἐπιβιοὺς
μετὰ τὴν Θεοδώρου προχείρισιν, μεταλλάττει τὸν βίον, μνη-
μεῖα τῇ ἐκκλησίᾳ καταλιπὼν τὰς τῶν ἀρετῶν εἰκόνας, καὶ τὴν
γνῶσιν τῆς θείας καὶ ἀνθρωπίνης σοφίας καὶ ἐπιστήμης, ἣν εἰς
ἄκρον ἐξήσκησε. τοῦ δὲ Πολυεύκτου ἐπὶ τρισκαίδεκα ἐνιαυτοὺς
τὰς τῆς πατριαρχίας ἡνίας ἰθύνάντος, καὶ πρὸς τὴν μακαρίαν
μεταναστάντος κατάπαυσιν, σπουδὴ ἐξεγένετο τῷ αὐτοκράτορι
Ἰωάννῃ, εἰς τὸν τῆς ἱεραρχίας θρόνον ἄνδρα ἐπιβιβάσαι τὸν
ἀρεταῖς καὶ τρόποις τῶν πολλῶν ὑπερφέροντα. τῇ γοῦν ὑστε- B
ραίᾳ ἐς τὴν βασίλειον αὐλὴν τοὺς ἱεράρχας εἰσκαλεσάμενος καὶ
τὴν σύγκλητον, ἔφησε τοιαῦτα·

ζ'. „Μίαν ἀρχὴν ἐξεπίσταμαι, τὴν ἀνωτάτην καὶ πρώτην, Fol. 300 r.
ἥτις ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὸ τοῦ ὁρατοῦ καὶ ἀοράτου
κόσμου παρήγαγε σύστημα. δύο δὲ τὰς ἐν τῷδε τῷ βίῳ γινώσκω
καὶ τῇ κάτω περιφορᾷ, ἱερωσύνην καὶ βασιλείαν, ὧν τῇ μὲν

11. προχείρησιν cod.

tus tunicula, hanc ferro, quod ad cruciandum corpus ferebat, superiectam, deponere non solebat, priusquam omnino diffluereet, ad nihilumque redigeretur. Idem dicitur monachus Nicephoro primum, deinde Ioanni, imperium praedixisse. Hunc, cum tunc Constantinopoli esset, Ioannes adducit ad Polyeuctum: qui una cum episcopis in urbe praesentibus viri scientiam examinans, ubi saecularibus quidem litteris haud ita excultum, in divinis vero et nostris studiosissime exercitatum invenit, consecrat eum patriarcham Antiochiae. Porro Polyeuctus, cum paucos dies a Theodori ordinatione superstes fuisset, ex humanis migrat, pro monumento ecclesiae virtutum simulacris, divinaeque et humanae sapientiae scientiaeque notitia, qua ad summum excultus fuit, relictis. Polyeucto annos tres et decem patriarchatus gubernacula moderato atque ad beatam vitam translato, operam dedit Ioannes Imperator, ut in sacerdotali throno virum virtutibus atque moribus multitudini antestantem collocaret. Postridie igitur, convocatis in palatium episcopis et senatu, dicere sic est exorsus:

7. „Equidem unam potestatem cerno, summam illam et principem, quae ex nihilo ad essentiam produxit visibilis et invisibilis mundi fabricam. Sed in hac vita et in terrestri hoc errore duas novi, sacerdotium

A. M. 6478 Ind. 13 τὴν τῶν ψυχῶν ἐπιμέλειαν, τῇ δὲ τὴν τῶν σωμάτων κυβέρνησιν ἐνεχείρισεν ὁ δημιουργὸς, ὡς ἂν μὴ τούτων χωλεύσοιτο μέρος, C ἄρτιόν τε καὶ ὁλόκληρον διασώζοιτο. τοίνυν, ἐπεὶ τὸ χρεὼν ὁ τὴν ἐκκλησίαν ἰθύνων ἐξέτισεν, ἔργον μὲν τούτου τοῦ ἀλαθήτου πέφυκεν ὀφθαλμοῦ, τὸν κατευμεγεθοῦντα πάντων εἰς τὴν λειτουργίαν τῶν θείων παραγαγεῖν, ᾧ καὶ πρὸ τοῦ πλασθῆναι τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν ἀνθρώπων διέγνωσται. αὐτὸς δὲ, οὗ πεῖραν ἀνδρὸς ἀναμφίλεκτον ἐκ τοῦ μακροῦ χρόνου παρείληφα, τοῦτον ἐπὶ τῶν θώκων ἀναβιβάζω τῶν ἐκκλησιαστικῶν· ὡς μὴ λάθοι κατὰ γωνίαν τὸν βίον διηντληκὼς ἄνθρωπος παντοδαποῖς προτερήμασι κλειζόμενος, ᾧ γε καὶ τὸ προορατικὸν ἐκ Θεοῦ δεδώρηται χάρισμα. πολλά γάρ μοι τῶν μελλόντων ἀνεῖλε θείᾳ ὁμφῇ, ἐκβάντα ἐν τοῖς καιροῖς αὐτῶν." εἶπεν ὁ βασιλεὺς, καὶ D εἰς μέσον παρήγαγε τὸν ἀναχωρητὴν Βασίλειον, ὃς ἐξ ὀνύχων τὸν μονήρη βίον αἱρετισάμενος, συχνοὺς ἀγῶνας ἱδρώτων ἀσκητικῶν ἐν ταῖς τοῦ Ὀλύμπου ἀκρωρείαις ἐπεδείξατο. τοῦτον ἐς τὴν πατριαρχικὴν ἑστίαν ἀνιέναι παρεκελεύσατο· τῇ δὲ ἐπιούσῃ (αὕτη δὲ ἦν ἀναστάσιμος ἡμέρα, καθ' ἣν τὴν ὀρθόδοξον πίστιν περὶ τῆς τῶν σεπτῶν εἰκόνων προσκυνήσεως οἱ θεῖοι πατέρες ἐκράτυναν) τὸ τῆς ἀρχιερωσύνης ὁ Βασίλειος χρίσμα δέχεται, καὶ οἰκουμενικὸς πατριάρχης ἀνακηρύττεται.

η'. Ἰωάννῃ δὲ τῷ αὐτοκράτορι πολλαῖς ταῖς φροντίσιν ἐτα- P. 63 λαντεύετο ἡ διάνοια, ποίᾳ δὴ προτέρᾳ δοίη τὴν ῥοπὴν ἐν τριόδῳ ἀπειλημμένος, καὶ μὴ παρενεχθείη τοῦ δέοντος. ἥ τε γὰρ σπάνις

atque imperium, quarum illi quidem animarum curam, huic corporum regimen tradidit opifex aedificatorque mundi, ut neutra pars his moderatoribus egeret, sed integra et incorrupta conservaretur. Nunc, quoniam fatale debitum is qui ecclesiam regebat, exsolvit, primo quidem ad illum oculum pertinet, cui abditum est nihil, et cui, vel antequam concepta sunt, studia hominum innotescunt, ut vir omnibus praestans ad rerum divinarum administrationem producatur. Ego vero virum, cuius a longo tempore indubitatum periculum feci, hunc in ecclesiasticam sedem proveho: ne lateat in angulo vitam tolerans vir omnis generis virtutum excellentiis clarus, cui et praenoscendi futura Deus donum concessit. Multa enim mihi eius generis divino edidit oraculo, quae temporibus suis evenerunt." Hac oratione habita, Imperator Basilium solitarium in medium produxit, qui, a tenero arrepta vita monastica, laborum asceticorum crebra certamina in verticibus Olympi ediderat. Hunc in patriarchales aedes iussit demigrare. Postridie eius diei (qui erat ea dominica, qua rectam fidem de cultu venerandarum imaginum sanxerunt divini patres) Basilius summi sacerdotii unctionem accipit, atque oecumenicus patriarcha renunciatur.

8. Ioanni vero Imperatori multis curis anceps pendebat animus, ad quam prius incumberet in trivio constitutus, neque a recto consilio aberra-

τῶν ἀναγκαίων καὶ ὁ λιμὸς ἐκβαθύνας, ἐπὶ τριετῆ καιρὸν τὴν A. C. 970
Ῥωμαϊκὴν ἀρχὴν ἐπεβόσκετο· ἐπέκειτο δὲ καὶ ἡ Ῥωσσικὴ κίνησις I. I. 1
οὐ χρηστὰς ὑποτιθεμένη ἐλπίδας, καὶ ἡ τῶν Καρχηδονίων καὶ
Ἀράβων κατὰ τῆς ἐπὶ Συρίαν Ἀντιοχείας, ἄρτι προσκτηθείσης
Ῥωμαίοις, καταδρομή. τὸ μὲν οὖν ἄμαχον κακὸν τοῦ λιμοῦ τῇ
σιταγωγίᾳ, ἣν ἐκ τῶν ἁπανταχῇ ἐμπορίων προνοίᾳ διὰ τάχους
συνήγαγε, διέλυσε, στήσας τὴν νομὴν τοῦ τοσούτου δεινοῦ. τὴν
δέ γε ὁρμὴν τῶν Ἀγαρηνῶν τῇ τῶν Ἑῴων στρατευμάτων παρα-
τάξει ἀνεχαίτισε, Νικολάου τοῦ Πατρικίου στρατηγοῦντος· ὅστε B
οἰκεῖος ὢν σπάδων τῷ βασιλεῖ, ἐμπειρίαν ἐκ πολλῆς μελέτης τῶν
ἀγώνων ἐκέκτητο. πρὸς μέντοι τὸν Σφενδοσλάβον, τὸν τῆς Ῥωσ-
σικῆς πανοπλίας κατάρχοντα, ἔγνω διακηρυκεύεσθαι. καὶ δὴ Fol. 300 v.
πρέσβεις ὡς αὐτὸν ἐκπέμπει, παραγγέλλων αὐτῷ, τὸν πρὸς τοῦ
αὐτοκράτορος Νικηφόρου ἐπὶ τῇ καταδρομῇ τῶν Μυσῶν ὑπεσχη-
μένον ἀνειληφότα μισθὸν, ἐπὶ τὰ σφῶν ἤθη καὶ τὸν Κιμμέριον
μετανίστασθαι Βόσπορον, τὴν δὲ Μυσίαν παραλιπεῖν, Ῥωμαί-
οις προσήκουσαν, καὶ ἀπόμοιραν τελοῦσαν Μακεδονίας ἀνέκα-
θεν. λέγεται γὰρ Μυσοὺς ἀποίκους τῶν ὑπερβορέων Κοτράγων, C
Χαζάρων τε καὶ Χουμάνων ὄντας, τῶν οἰκείων μεταστῆναι
ἠθῶν· ἁλωμένους δὲ κατὰ τὴν Εὐρώπην, ταύτην κατειληφέναι
καὶ κατοικῆσαι, Κωνσταντίνου, ᾧ Πωγωνάτος ἐπίκλησις, τότε
Ῥωμαίων ἡγεμονεύοντος· ὁμωνύμως δὲ τὴν χώραν ἀπὸ Βουλγά-
ρου (τοῦ σφῶν φυλάρχου) Βουλγαρίαν καλέσαι.

19. *Χαράρων* et *Χοννάβων* cod.

ret. Tunc enim annonae penuria, altaque fames iam triennium Romanum imperium depascebatur: imminebat Russorum motus, haud laetas spes ostendens, et Carthaginensium atque Arabum adversus Antiochiam Syriae incursus, quae Romanae ditioni nuper accesserat. Sed famis insuperabile malum commeatu ex omnibus ubique emporiis diligenter celeriterque subvecto dissolvit, gravis adeo mali vi inhibita. Saracenorum impetum Orientalium copiarum acie repressit, Nicolao Patricio duce: is, cum domesticus spado esset Imperatoris, multa exercitatione peritiam rei bellicae erat nactus. Cum Sphendoslabo, Russici exercitus principe, agere de pace statuit. Ita missis ad eum legatis denunciat, ut, accepta mercede invasionis Moesiacae a Nicephoro promissa, ad suas sedes et Cimmerium Bosporum se recipiat, Romanis Bulgariam, utpote ad ipsos attinentem, et quae antiquitus Macedoniae portio fuisset, relinquat. Nam dicuntur Bulgari, ex gentibus supra aquilonem habitantibus, Cotragis, Chazaris et Comanis, profecti, sedes patrias reliquisse, errantesque per Europam cepisse habitasseque eos fines tempore quo apud Romanos Constantinus cognomento Pogonatus imperabat, regionemque a Bulgaro (is genti praecerat) Bulgariam nominasse.

A. M. 6478 Ind. 13 θ'. Ἄιδεται καὶ ἕτερος περὶ τούτων λόγος, ὧδέ πη ἔχων· Ἰουστινιανοῦ, τοῦ Ῥωμαίων αὐτοκράτορος, ὑπὸ Λεοντίου ἐκτμηθέντος τὴν ῥῖνα καὶ κατὰ τὴν Χερσῶνα περιορισθέντος, ἐπεί-
D περ ἐκεῖθεν αὐτῷ διαδράναι πολυτρόπως ἐγένετο, ἐς τὴν Μαιώτίν τε ἀφικέσθαι, καὶ τὸ Μυσῶν ἔθνος προσεταιρίσασθαι, ἐφ' ᾧ, τήν τε βασιλείαν αὐτῷ ἀνασώσασθαι, καὶ μισθοὺς μεγάλους ἐναπολήψεσθαι. τοὺς δὲ ἕψεσθαί τε αὐτῷ, καὶ πρὸς αὐτοῦ, τῆς βασιλείας αὖθις ἐπειλημμένου, εἰληφέναι τὴν χώραν, ὅσην ὁ Ἴστρος ἐντὸς Μακεδόνων περιορίζει· καὶ τὴν μετοίκησιν ταύτῃ ποιήσασθαι, καὶ πολλὰ πολέμων ἔργα καὶ ἀνδραποδισμῶν προξενῆσαι Ῥωμαίοις, πολεμησείοντας ἀεὶ, καὶ τὰ Θρᾳκῷα κατατρέχοντας κλίματα. Ῥωμαίους δὲ ἀντεπιέναι τούτοις· τοὺς δὲ τὴν ἐκείνων οὐχ ὑφισταμένους ἀλκὴν, ἐπ' ἀμφιλαφῶν χωρίων λό-
P. 64 χμας καταδύεσθαι, καὶ ταῖς δυσχωρίαις τούτους καταγωνίζεσθαι. πολλῶν τοιγαροῦν ἐκ τοῦ κατ' ἐκείνου καιροῦ καταῤῥαγέντων πολέμων, καὶ γενναίων στρατηγῶν ὀλωλότων, Νικηφόρου τε, τοῦ παλαιτάτου αὐτοκράτορος, πεσόντος πρὸς τῶν Μυσῶν, παρὰ μόνου Κωνσταντίνου λέγεται Κοπρωνύμου ἡσσηθῆναι Μυσοὺς, καὶ αὖθις παρὰ τοῦ ἐγγόνου αὐτοῦ Κωνσταντίνου τοῦ τῆς Αὐγούστης Εἰρήνης υἱοῦ, καὶ τὰ νῦν δὲ πρὸς Ἰωάννου τοῦ αὐτοκράτορος, ὃς τὰς τῶν Μυσῶν πόλεις αἰχμῇ παρεστήσατο· οὐχ ἱστόρηται δέ τις Ῥωμαίων ἕτερος, τούτους ἐπὶ τῆς σφετέρας γῆς καταγωνισάμενος. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἅλις.

7. ἕψεσθαι. Sic cod. Fort. ἑπέσθαι. 14. τούτοις cod. Sed vide supra 13. D. 14. B. 26. D. et paulo inferius lin. 12. item 65. C. Linea autem proxima forte scribendum κατ' ἐκεῖνο.

9. Commemoratur etiam altera de illis narratio, eiusmodi: Iustinianum, Romanorum Augustum, a Leontio naso amputato Chersonem relegatum, postquam, dolo inde evadendi facultatem nactus, ad Maeotidem appulisset, Bulgarorum nationem ad suas partes pertraxisse, „restituerent sibi imperium, praemia huius rei magna percepturos." Secutos Bulgaros ab ipso, cum iterum in imperium venisset, accepisse regionem, quantam Ister cis Macedoniam ambit: huc migrationem fecisse, moxque multa bellorum incommoda, hominibus in servitutem raptis, induxisse Romanis, animis semper ad bellum erectis, Thraciae agros incurrentes. Romanos quidem ivisse contra; sed Bulgaros, quod illorum virtutem sustinere non possent, spatiis silvestribus in insidias se abdidisse, fraudeque locorum nostros vicisse. Cumque iam usque ab illius temporibus multa ibi bella commissa sint, fortibus ducibus occisis, ita ut Nicephorus quoque antiquior illo Augustus in acie adversus Bulgaros caderet, a solo Constantino Copronymo, deinde ab huius nepote Constantino, Irenes Augustae F., denique nostra memoria ab Ioanne Augusto, qui Moesorum oppida vi expugnavit, victos Bulgaros perhibent: neque ullus alius Romanorum exstitisse traditur, qui illos in ipsorum regione debellarit. Sed de his satis.

ι'. Ὁ δὲ Σφενδοσλάβος, ταῖς κατὰ τῶν Μυσῶν νίκαις ἐπὶ A. C. 970
μέγα αἰρόμενος, καὶ τῇ βαρβαρικῇ αὐθαδείᾳ ὑπέροπλα βρενθύ- I. I. 1
μενος (ἤδη γὰρ τὴν χώραν βεβαίως ἐκέκτητο), περιδεεῖς καὶ κα- B
ταπλῆγας Μυσοὺς τῇ ἐμφύτῳ ἀπηνείᾳ κατεργασάμενος (φασὶ γὰρ
τὴν Φιλίππου πόλιν τῷ πολεμεῖν ἑξελὼν, δισμυρίους τῶν ἐν τῷ
ἄστει ληφθέντων ὠμῶς καὶ ἀπανθρώπως ἀνασκολοπίσαι, καὶ ταύ- Fol. 301 r.
τῃ τὸ ἀντίξουν ἅπαν ἐκδειματῶσαι καὶ θεῖναι ὑπόσπονδον), ὑπερ-
αύχους καὶ αὐθάδεις τὰς ἀποκρίσεις τοῖς πρέσβεσι Ῥωμαίων ἐξέφε-
ρε· „μὴ γὰρ ἀφέξεσθαι τῆς χώρας, εὐδαίμονος οὔσης, εἰ μὴ ἐπὶ χρη-
μάτων πολυταλάντων καταβολῇ, καὶ ἀπεμπολήσει τῶν τε πόλεων C
καὶ τῶν ἀνδραπόδων, ὅσα τῷ πολεμεῖν ἐπεκτήσαντο. εἰ δ' οὐ βού-
λεσθαι Ῥωμαίους ταῦτα καταβαλεῖν, ἀλλὰ τῆς Εὐρώπης θᾶττον
ἀφίστασθαι, ὡς μὴ προσηκούσης αὐτοῖς, καὶ πρὸς τὴν Ἀσίαν
μετασκευάζεσθαι· ἄλλως γὰρ μὴ οἴεσθαι, Ταυροσκύθας εἰς σπον-
δὰς Ῥωμαίων ξυμβήσεσθαι." Ἰωάννης δὲ ὁ αὐτοκράτωρ, τὰς
τοιαύτας ἀποκρίσεις τοῦ Σκύθου δεξάμενος, καὶ αὖθις τοῖς προ-
απεσταλμένοις ἀμείβεται τάδε· „τὴν ἐκ πατέρων ἐς ἡμᾶς διαβᾶ-
σαν εἰρήνην ἀλώβητον καθ' ἣν Θεὸς ἐμεσίτευσεν, οὐ δεῖν οἰόμεθα
λύειν αὐτοί· ἅτε πρόνοιαν εἶναι πιστεύοντες τὴν τὸ πᾶν διευθύ- D
νουσαν, καὶ τὰ Χριστιανῶν πρεσβεύοντες ἔθιμα. διὰ ταῦτα εἰση-
γούμεθά τε ὑμῖν ὡς φίλοις, καὶ συμβουλεύομεν, ἑξαυτῆς ἀπαλ-
λειν τῆς μηδέν τι προσηκούσης χώρας ὑμῖν, καὶ μὴ διαμέλλειν,
μηδ' ἀναδύεσθαι, εἰδότας, ὡς εἰ μὴ καταπειθεῖς ταύτῃ τῇ ὀνη-
σιφόρῳ ξυμβουλῇ γένοισθε, οὐχ ἡμᾶς, αὐτοὺς δὲ, λύειν τὰς

10. Sphendoslabus, Bulgarica victoria elatus, et barbara audacia magnos spiritus sumens (iam enim firme regionem tenebat), cum timidos Bulgaros attonitosque insita crudelitate reddidisset (nam, cum Philippopolim bello cepisset, hominum millia viginti in oppido comprehensorum crudeliter more barbaro palis suffixisse dicitur, sicque, quoscunque ad illum diem restitissent, vehementer perculsos in deditionem accepisse), superba et audacia responsa legatis Romanorum dedit: „Nunquam fore, ut regione fertili se abstineret, nisi post grandis pecuniae pensionem, factaque redemtione oppidorum et captivorum, quotquot bello cepissent. Quam si pecuniam Romani pendere nollent, quin decederent illico ex Europa, in quam ius haberent nullum, in Asiam transirent: non aliter sese putare, Russos cum Romanis pacem facturos." Ioannes Augustus ubi a Scytha hoc responsum tulerat, per remissos legatos haec renunciat: „Pacem iam usque a patrum tempore ad nos perductam, quamque inconcussam interventu suo Deus conservavit, minime a nobis arbitramur dissolvi debere: quod credimus providentiam esse cuncta administrantem, quodque Christianorum statuta profitemur. Quare suademus vobis ut amicis, et hortamur, e provincia neutiquam ad vos pertinente statim abeatis, sine ulla mora aut recusatione, persuasissimum habentes, salutari huic consilio si minus vos obsequentes exhibueritis, non nos, sed vosmetipsos, turbare pacem anti-

A. M. 6478 Ind. 13 ἀνέκαθεν συντεθείσας σπονδάς. καὶ μή γε δόξωμεν μεγαλαύχους ταύτας τὰς ἀποκρίσεις ποιεῖν. ἐν Χριστῷ γὰρ θαῤῥοῦμεν τῷ ἀθανάτῳ Θεῷ, ὡς, εἰ μὴ τῆς χώρας ἀπέλθοιτε, καὶ ἄκοντες παρ' ἡμῶν ταύτης ἀπελαθήσεσθε. οἶμαι γάρ σε μὴ λεληθέναι
P. 65 τὸ τοῦ σοῦ πταῖσμα πατρὸς Ἴγγορος, ὅστε τὰς ἐνόρκους σπονδὰς παρὰ φαῦλον θέμενος, σὺν μεγάλῳ κινήματι καὶ μυρίοις σκάφεσι κατὰ τῆς βασιλευούσης ἐκπλεύσας, μόλις σὺν δέκα λέμβοις ἐς τὸν Κιμμέριον ἀφίκετο Βόσπορον, αὐτάγγελος τῶν οἰκείων γεγονὼς συμφορῶν. καὶ παρίημι τὸν αὖθις οἰκτιστον μόρον ἐκείνου, παρὰ τοὺς Γερμανοὺς ἐκστρατεύσαντος, καὶ πρὸς ἐκείνων ληφθέντος, καὶ φυτῶν στελέχεσι προσδεθέντος, καὶ εἰς δύο διαμερισθέντος τμήματα. καὶ σὲ γοῦν οὐκ οἶμαι πρὸς τὴν σὴν ἐπαναζεῦξαι πατρίδα, εἴ γε τὴν Ῥωμαϊκὴν παντευχίαν κατὰ σοῦ
B χωρεῖν ἀναγκάσειας, ἀλλ' αὐτόθι διαφθαρήσεσθαι πανσυδεί, ὡς μηδὲ πυρφόρον ἐς Σκυθίαν ἀφικέσθαι, τὰς κατασχούσας ὑμᾶς ἀπευκταίους ἀπαγγελοῦντα τύχας." ὁ δὲ Σφενδοσλάβος, ἐπὶ ταῖς τοιαύταις ἀποκρίσεσι σχετλιάσας, τῇ τε βαρβαρικῇ μανίᾳ καὶ ἀπονοίᾳ παραφερόμενος, ἀντέλεξε τοιαῦτα· ,,οὐδεμίαν ἀνάγκην τὸν αὐτοκράτορα Ῥωμαίων ὡς ἡμᾶς ἀφικέσθαι ὁρῶ κατεπείγουσαν· διὸ μὴ κάμῃ, μέχρι τῆσδε τῆς γῆς ἀφικόμενος·
Fol. 301 v. αὐτοὶ γὰρ ὅσον οὔπω πρὸ τῶν τοῦ Βυζαντίου πυλῶν πηξόμεθα τὰς σκηνὰς, καὶ καρτερὸν χάρακα ταύτῃ περιβαλοῦμεν, ἐξιόντα τε τοῦτον, εἴ γε καὶ καρτερήσει πρὸς τοσούτων πόνων διαγωνί-

1. Fort. μεγαλαύχως. 23. Leg. τοσοῦτον πόνον.

quitus confectam. Neque arrogantius hoc nos responsum reddere putandum est. Nam in Christo Deo immortali futurum esse confidimus, uti, nisi sponte ex regione decedatis, vel inviti inde a nobis eiiciamini. Nec te oblitum existimo cladis patris tui Ingoris, qui cum, iuratas pactiones pro nihilo putans, ingenti apparatu magnaque lintrium vi infesta navigatione petiisset reginam urbium, ipse domesticae cladis nuncius factus, aegre cum naviculis decem ad Cimmerium Bosporum est reversus. Praetereo luctuosum eius interitum, cum bello Germanis illato ab ipsis captus est, ad arborumque truncos alligatus in duas partes discerptus. Neque teipsum, si Romanam armaturam contra te proficisci coëgeris, domum reversurum esse reor, sed in illa ipsa regione una cum omnibus copiis delectum iri adeo, ut ne una quidem ignifera navis in Scythiam sit elapsura, quae diros casus vestros nunciet." Sphendoslabus, stomachatus tali responso, barbaricoque furore atque insania abreptus, ita respondit: „Nullam equidem necessitatem video Imperatorem Romanorum cogentem, ut ad nos veniat; quapropter ne defatigetur, in hanc terram proficiscens: namque ipsi mox ad Byzantii portas collocabimus tabernacula, munito vallo urbem cingemus, ipsum erumpentem, si pergit tantae aerumnae obniti, fortiter excipiemus, factis-

σασθαι, γενναίως ὑποδεξόμεθα, διδάξομέν τε τοῖς ἔργοις αὐ- A. C. 970
τοῖς, ὡς οὐ βάναυσοί τινες ἀποχειροβίωτοι, ἀλλ' αἱμάτων ἄν- I. I. 1
δρες τυγχάνομεν, τοῖς ὅπλοις τὸ δυσμενὲς καταγωνιζόμενοι· εἰ C
καὶ αὐτὸς ἐξ ἀγνοίας κατὰ τὰ σκιατραφοῦντα γύναια τὴν Ῥωσσι-
κὴν ἡγεῖται ἀλκὴν, καὶ, ὥς τινα νήπια ὑπομάζια μορμολυκείοις
τισὶ, ταύταις ταῖς ἀπειλαῖς ἡμᾶς πειρᾶται δεδίττεσθαι."

ια'. Τούτων τῶν ἀπονενοημένων τοῦ ἐκεῖθεν λόγων ὁ βασι-
λεὺς διενηχθεὶς, ἔγνω, μὴ διαμέλλειν, ἀλλὰ πάσῃ σπουδῇ τὰ
ἐς τὸν πόλεμον ἐξαρτύεσθαι, ὡς ἂν προτερήσοι τὴν πρὸς ἐκεῖνον
ἄφιξιν, ἐπιτειχίσοι τε τούτῳ τὴν κατὰ τῆς βασιλευούσης ἐπίθε-
σιν. εὐθὺς οὖν ἴλην γενναίων καὶ νεανικῶν ἀνδρῶν ἐκλεξάμενος, D
ἀθανάτους τε τούτους κατονομάσας, περὶ αὐτὸν εἶναι διεκελεύ-
σατο. ἐντεῦθεν τὸν Μάγιστρον Βάρδαν, ᾧ Σκληρὸς ἡ ἐπίκλησις,
ὁμαίμονα τῆς ἀποιχομένης Μαρίας, τῆς τοῦ τοιούτου βασιλέως
συνεύνου, τυγχάνοντα, δραστήριον ἄνδρα καὶ τὴν ἀλκὴν γεν-
ναιότατον· καὶ τὸν Πατρίκιον Πέτρον, τὸν πρὸς τοῦ αὐτοκρά-
τορος Νικηφόρου στρατοπεδάρχην προχειρισθέντα διά τε τὴν
προσοῦσαν αὐτῷ ἀρετὴν, καὶ τὰ κατὰ τοὺς πολέμους ἀνδραγα-
θήματα (λέγεται γάρ ποτε Σκυθῶν τὴν Θρᾴκην καταδραμόντων,
ἐπεὶ ἐξ ἀντιπάλου τὸν Πέτρον, καίτοι τομίαν ὄντα, μετὰ τοῦ
συνεπομένου στίφους ξυνέβαινεν αὐτοῖς ἀντιτάττεσθαι, τὸν τῶν P. 66
Σκυθῶν ἀγὸν, πελώριον ἄνδρα, καὶ ἐς τὸ ἀσφαλὲς τεθωρακι-
σμένον, παρὰ τὸ μεταίχμιον ἐξιππάσασθαι, κοντὸν ἐπιμήκη κρα-
δαίνοντα, προσκαλεῖσθαί τε τὸν βεβουλημένον αὐτῷ ἀντιτάττε-

2. κάναυσοι cod. 24. Fort. προκαλεῖσθαί.

que ipsis docebimus, non ex faece sellulariorum manibusque victitantium nos esse, sed viros sanguinis, armis hostes debellantes; si quidem iste per imprudentiam ex mulierculis per umbracula latitantibus Russicum robur existimat, utque lactentes pueros larvis nescio quibus, huiusmodi nos minis terrere tentet."

11. Imperator, cum illius tam vesanum responsum auribus accepisset, intellexit, non cunctandum esse, sed summo studio omnia ad bellum paranda, ut illius invasionem praeveniret, eique aditum praecluderet ad reginam urbium. Statim turma generosorum adolescentium eligitur: hos immortales nominat: ad latus sibi praesto esse iubet. Dein Magistrum militiae Bardam, cui Sclerus cognomen, fratrem Mariae, quae Imperatori nupta ante decesserat, virum strenuum singulari virtute: hunc et Petrum Patricium, iam a Nicephoro Augusto ob eius virtutem pulcherrimaque in bellis edita facinora castris praefectum (nam, cum Scythis Thraciam incursantibus cum legione sua Petrus, quamvis spado, se obiecisset, Scytharum dux, homo immani corpore, bene loricatus, trabalem hastam contorquens, in medium intra duas acies equo provectus ad pugnam provocasse dicitur, qui cum

A. M. 6478 Ind. 13 σθαι· τὸν δὲ Πέτρον, ἀλκῆς καὶ μένους παρ' ὑπόνοιαν ὑποπλησθέντα, τὸν ἵππον τε σφοδρῶς κεντρίσαι τοῖς μύωψι, καὶ τὸ δόρυ κραταιῶς διαγκυλησάμενον, ἀμφοτέραις ὅσαι κατὰ τοῦ στέρνου τὸν Σκύθην· οὕτω δὲ γενέσθαι τὴν ἀντέρεισιν καρτερὰν, ὡς ἀντιτορῆσαι, καὶ διαμπερὲς κατὰ τὸ μετάφρενον διαπτῆναι, μὴ ἀντισχόντα τὸν ἀλυσιδωτὸν θώρακα, ἀλλ' ἄναυδον τὸν πε- B λώριον ἐκεῖνον προσαραχθῆναι τῇ γῇ· καὶ τούτῳ τῷ καινῷ καὶ ξένῳ θεάματι καταπλαγῆναί τε τοὺς Σκύθας, καὶ πρὸς φυγὴν ἀπιδεῖν)· τούτοις τοῖς στρατηγοῖς παρήγγειλεν ὁ βασιλεὺς, τὰς δυνάμεις ἀνειληφότας ἐπὶ τὴν ὅμορον καὶ ἀγχιτέρμονα τῆς Μυ- Fol. 302 r. σίας διαβαίνειν· ἐκεῖ τε διαχειμάζειν, καὶ γυμνάζειν τὴν στρατιὰν, καὶ τὸν χῶρον περιέπειν, ὡς μή τις εἴη τούτῳ λώβη ταῖς ἐκδρομαῖς τῶν Σκυθῶν· ἔς τε τὰς ἐπαύλεις καὶ τὰ ἤθη τῶν δεσμενῶν διγλώσσους ἄνδρας ἐκπέμπειν Σκυθικὸν ἠμπισχημένους ἱματισμὸν, ὡς τὰ σφῶν διαβούλια γνοῖεν, καὶ βασιλεῖ ταῦτα κατάφωρα γίγνοιντο. τὴν τοιαύτην οὖν φάσιν πρὸς τοῦ βασιλέως C ειληφότες, τὴν Εὐρώπην καταλαμβάνουσιν.

ιβ'. Ταυροσκύθαι δὲ, τὴν τούτων ἐνωτισθέντες διάβασιν, ἀπόμοιραν τῆς σφετέρας στρατιᾶς διαιρέσαντες, Οὔννων τε καὶ Μυσῶν πλῆθος ταύτῃ προσεταιρίσαντες, κατὰ Ῥωμαίων χωρεῖν ἐκπεπόμφεσαν. ἄρτι δὲ τὴν τούτων ἐπήλυσιν ὁ Μάγιστρος Βάρδας αἰσθόμενος, καὶ ἄλλως γενναῖός τε καὶ ῥέκτης τυγχάνων ἀνὴρ, τότε δὲ σφαδάζων θυμῷ καὶ ῥώμης ὁρμῇ, τοὺς ἀμφ' αὐ-

5. διαπτῆναι. Ex Iliad. E. 99. 13. ἤθη. Possis quoque scribere hic πλήθη, quod est infra D. lin. 1. Tamen nihil mutavi. 23. ἀφ' αὐτόν cod.

eo congredi vellet: Petrum, robore assumto animique magnitudine, quae omnium exspectationem vinceret, calcaribus equo acriter admotis et lancea fortiter vibrata, ambabus eam manibus in Scythae pectus adegisse; itaque validum fuisse ictum, ut perforato corpore cuspis ad dorsum pervolaret, hamis conserta lorica haudquaquam prohibita, immanisque hostis nulla voce emissa humi sterneretur: quo novo miroque spectaculo territos Scythas fugam respexisse): hos duces Imperator iussit assumtis numeris in vicina et finitima descendere Moesiae, iisque in locis hiberna constituere: copias diligenter exercerent, obirent regionem, ne quid calamitatis ex Russorum incursionibus acciperet: per stationes et loca hostium viros utramque linguam callentes emitterent Scythico more vestitos, qui de eorum consiliis cognoscerent, unde ea patefierent Imperatori. Eiusmodi mandatis ab Imperatore acceptis, Europam legati ingrediuntur.

12. Russi, cum de eorum transitu audissent, partem exercitus, cui Hunnorum Bulgarorumque multitudinem adiunxerant, in Romanos praemittunt. Audito eorum adventu, Bardas Magister militum, cum et alias virum strenuum fortemque se exhibuisset, tum maxime ea occasione magno animo impetuque incitatus, coacto electorum circa se agmine, signa movit,

τὸν λογάδας συνειληφὼς, πρὸς τὴν τῶν ἐναντίων ἠπείγετο συμ- A. C. 970
πλοκήν. καὶ δὴ Ἰωάννην τὸν Ἀλακᾶ εἰσκαλέσας, εἰς κατασκο- I. I. 1
πὴν ἀπέστειλεν, ἀθρῆσαί τε τοὺς Σκύθας, καὶ τὸ τοῦ πλήθους D
εἰκάσαι ποσὸν, καὶ καθ' ὃν αὐλίζοιντο τόπον, καὶ ὅ,τι πράτ-
τοιεν· πέμπειν τε τὴν ταχίστην ὡς αὐτὸν, καὶ πάντα διαγγέλ-
λειν, ὡς συσκευάσοι, καὶ ἐκτάξοι τὴν στρατιὰν πρὸς τὸν πόλε-
μον. Ἰωάννης δὲ, τοὺς ἑπομένους λογάδας ἀνειληφὼς, κατὰ
τάχος ἐπὶ τοὺς Σκύθας ἱππάσατο· τῇ δὲ ὑστεραίᾳ παρὰ τὸν
Μάγιστρον στέλλει, ἐπισπεύδων τοῦτον ἰκέσθαι μετὰ τοῦ πλή-
θους· μὴ πόρρω γὰρ, ἀλλ' ἐγγύθεν, τοὺς Σκύθας αὐλίζεσθαι.
ὁ δὲ, τῶν τοιούτων λόγων διακούσας, τριχῇ διατάξας τὴν φά-
λαγγα, τῇ μὲν ἐφέπεσθαι παρήγγειλε κατὰ μέτωπον, ταῖς δὲ
κατὰ τοὺς ἐγκαρσίους προλοχίζειν δρυμούς· τηνικαῦτα δὲ τῆς P. 67
ἐνέδρας διεκθέειν, ὁπηνίκα τῆς σάλπιγγος, τὸ ἐνυάλιον ἐπηχού-
σης, διακούσαιεν. ταῦτα τοῖς λοχαγοῖς παρακελευσάμενος, κα-
τὰ στόμα τοῖς Σκύθαις ἀντεπῆει, κραταιῶς διαγωνιζόμενος.
ἐπλεονέκτει δὲ πλήθει τὸ στράτευμα τῶν ἐναντίων, ὑπὲρ τοὺς
τρισμυρίους τελοῦν· οἱ γὰρ τῷ Μαγίστρῳ συνεφεπόμενοι, μετὰ
τῶν λόχων, οὐ πλέονες τῶν μυρίων ἐτύγχανον. τῆς δὲ συμπλο-
κῆς γενομένης παρ' ἀμφοτέρων, ἔπιπτον οἱ νεανικώτεροι. ἐνταῦ-
θα δὴ λέγεται τῶν τινα Σκυθῶν, ἀλκῇ καὶ σώματος ὄγκῳ γαυ-
ρούμενον, τῆς ἀμφ' αὐτὸν ἀποκριθέντα φάλαγγος ἐξιππεῦσαί τε,
καὶ τῷ Βάρδᾳ ἐπιδραμεῖν, καὶ ξίφει τοῦτον πλῆξαι κατὰ τῆς B
κόρυθος· κενὴν δὲ γενέσθαι τὴν τοῦ ξίφους καταφοράν, τοῦ

3. ἀθροῖσαί cod.

ut cum hostibus decerneret. Ioannemque Alaca advocatum speculandi gratia cum mandatis praemisit: „observaret Scythas, de eorum numero coniecturam faceret, et quo in loco consedissent, quidque agerent: quibus perspectis, mitteret quam celerrime ad se, remque omnem nunciaret, ut ipse conclamatis vasis pararet exercitum ad conflictum." Ioannes, assumtis electis, qui sequebantur, celeriter ad Scythas adequitat: postridie eius diei ad Magistrum militum mittit: hortatur, „veniat cum vi belli; non longe abesse Russos; propius castra habere." Quibus auditis, exercitum tripertitur Bardas: partem medio itinere sequi se iubet, duas alteras per nemora a latere obiecta locat: edicit, „ex insidiis erumpant, simul ac tubae, classicum canentis, sonitum audissent." Quae cum tribunis mandasset, recta in Russos vadit: fortiter praelium committit. Superabat multitudine hostilis exercitus, quippe in quo supra triginta millia bellatorum numerarentur: Bardae milites, cum his qui in insidiis latebant, ad decies mille erant, nec amplius. Iam inter duas acies cominus res gerebatur, caede fortiorum facta, cum Russorum aliquis (sic fama perhibet), viribus vastitatequo corporis fisus, admisso equo ex turma sua procurrens, impetu in Bardam facto galeam eius gladio ferit: sed inanis evadit ictus, lamina in casside

A. M. 6478 Ind. 13 ἀθέρος ἀναγναμφθέντος τῇ κνῃ, καὶ ἀλλαχόσε τῇ ταύτης στεγανότητι περιολισθήσαντος. Κωνσταντῖνος δὲ ὁ πατρίκιος, σύναιμος τῷ Βάρδᾳ τελῶν, ἄρτι τῷ ἰούλῳ τὴν γένυν ἐπιχνοάζων, πελώριός τε πεφυκὼς τῷ σώματι, καὶ τὴν ἰσχὺν δυσεκβίαστος καὶ ἀκαταγώνιστος, τὸ ξίφος σπασάμενος ἵεται τὸν Σκύθην βα-
Fol. 302 v. λεῖν· ὁ δὲ, τὴν φορὰν αὐτοῦ ὑπειδόμενος, ἐκκλίνει τὴν πληγὴν, κατ' ἰσχίον ὑπτιάσας τοῦ ἵππου. δέχεται δὲ ταύτην παρὰ τὸν αὐχένα ὁ ἵππος, ὃν διαμπερὲς ἀποτέμνεται· ὁ δὲ Σκύθης, ἅμα
C τῷ ἵππῳ κατενεχθεὶς, πρὸς τοῦ Κωνσταντίνου ἐναποσφάττεται.

ιγ'. Τῆς δὲ μάχης τῇδε κἀκεῖσε μετακλινομένης, καὶ συχνὰς καὶ ἀμφιταλάντους μεταβαλλούσης ῥοπὰς ἐφ' ἑκάτερα, τὸ ἐνυάλιον ὁ Βάρδας ἐνηχεῖν ἐγκελεύεται, τά τε τύμπανα θαμινὰ παταγεῖν· τῆς δὲ φάλαγγος ἐκ τῶν λόχων ἐξαναστάσης κατὰ τὸ σύνθημα, καὶ κατὰ νώτου τῶν Σκυθῶν γενομένης, δέος τε αὐτοῖς εἰσῄει καὶ πρὸς φυγαδείαν ἀπέκλιναν. μήπω δὲ γεγεννημένης λαμπρᾶς τῆς διώξεως, τῶν ἐπιφανῶν τις Σκυθῶν, μεγέθει σώ-
D ματος καὶ ὅπλων λαμπρότητι πεφυκὼς τῶν ἄλλων ἀριπρεπὴς, κατὰ τὸ μεταίχμιον περιῄει, ἐπ' ἀλκὴν τοὺς ἑταίρους ἐπιῤῥωνύς. τοῦτον Βάρδας ὁ Σκληρὸς ἐξιππασάμενος παίει κατὰ τῆς κεφαλῆς, καὶ μέχρι τοῦ ζωστῆρος τὸ ξίφος διήλασε, μήτε τοῦ κράνους αὐτῷ ἐπαρκέσαντος, μήτε τοῦ θώρακος τὴν τῆς χειρὸς ἐπισχόντος ἰσχὺν, ἢ τὴν τοῦ ξίφους τομήν. διχῇ δὲ τούτου διατμηθέντος καὶ προσαραχθέντος τῇ γῇ, Ῥωμαῖοι μὲν ὑφ' ἡδονῆς ἐπηλάλαξαν, καὶ πρὸς ἀλκὴν ἐπερῤῥώσθησαν· Σκύθαι δὲ, τῷ καινῷ καὶ ἀλλοκότῳ τῆς πληγῆς ἀποδειλιάσαντες, σὺν οἰμωγῇ τὸν συνασπισμὸν διαλύσαντες, εἰς φυγαδείαν ἐτρά-

retusa, et ob eius duritiem alia parte delabente. At Constantinus e patriciorum numero, Bardae frater, iam prima lanugine malas fuscans, grandi corpore adolescens, viribusque, vi et impetu omnia vincens, stricto mucrone invadit Scytham: is, illius plagam extimescens, corpore ad clunes equi resupinato, vitat ictum. Hunc equus collo accipit, quod totum resecatur: Scytha, una cum equo humi ruens, a Constantino conficitur.

13. Iam certamine modo huc modo illuc se inclinante, crebriusque mutante utrobique variam fortunam, classicum Bardas cani iubet, tympana ictu crebro pulsari: consurgit (id convenerat signum) ex insidiis acies, Scytharumque terga invadit, qui, timore perculsi, in conversionem inclinant. Necdum erat manifesta fuga, cum nobilis aliquis Russus, magnitudine corporis et armorum fulgore praeter alios excellens, inter infesta signa circumcursaret, ad virtutem suos cohortans. Huic Bardas Sclerus adequitans caput percussit, adque cinctum usque gladium adegit, neque galea eum repellente, neque thorace manus robur cohibente, gladiive secturam. Quo bifariam discisso humique deiecto, conclamant prae gaudio Romani, animosque sumunt: Russi, novo hoc portentosoque ictu territi, ululatu sublato

ποντο. οὓς ἐπισπόμενοι Ῥωμαῖοι μέχρι βαθείας ἑσπέρας ἀνῄ- A. C. 970
ρουν ἀνηλεῶς. κατὰ τοῦτον δὴ λέγεται τὸν ἀγῶνα πεντήκον- I. I. 1
τα καὶ πέντε Ῥωμαίων ἄνδρας τεθνάναι, τραυματίας δὲ γε- P. 68
νέσθαι συχνούς, καὶ ἵππων κατακοντισθῆναι τοὺς πλέονας·
Σκυθῶν τε ὑπὲρ τοὺς δισμυρίους διαφθαρῆναι. ἀλλ᾽ ἡ μὲν
πρὸς τοὺς Σκύθας γεγενημένη τότε Ῥωμαίων διαμάχη εἰς τοιοῦ-
τον ἐτελεύτα τὸ τέλος. Ἰωάννης δὲ ὁ αὐτοκράτωρ τὰς Ἀσίας
δυνάμεις εἰς τὴν Εὐρώπην διὰ τοῦ Ἑλλησπόντου περαιοῦσθαι
κατήπειγεν, ἐς τἀπὶ Θρᾴκης τε καὶ Μακεδονίας διαχειμάζειν
χωρία, καὶ τοῖς ὅπλοις ὅσημέραι γυμνάζεσθαι, ὡς μὴ ἀπόμα-
χοι εἶεν ἐπὶ τὸν τῶν ἀγώνων καιρὸν, μειονεκτοῦντες ἐν τῇ μάχῃ B
τῶν δυσμενῶν· περιμένειν δὲ τὸν τοῦ ἦρους καιρόν. ἐκείνου γὰρ
ἤδη ἐκ τῆς χειμερινῆς κατηφείας προκύπτοντος, καὶ εἰς σταθη-
ρὰν αἰθρίαν τὸ κοσμικὸν κατάστημα μεταβάλλοντος, αὐτόν τε
βασιλέα ὡς αὐτοὺς ἀφικέσθαι, τὰς ἀμφ᾽ αὐτὸν δυνάμεις ἐπαγό-
μενον, καὶ πανσυδεὶ τοῖς Ταυροσκύθαις συμπλέκεσθαι.

12. δυσμενῶν. Vid. supra 31. C.

solutis ordinibus fugae sese mandant. Quos persecuti Romani ad serum usque crepusculum sine misericordia ceciderunt. Fama est, hoc praelio e Romanis mortuos esse milites quinque et quinquaginta, sauciatos quam multos, equorum plerosque confossos: Scytharum plus viginti millia periisse. Hunc finem habuit Romanorum cum Russis tunc commissa pugna. Et iam urgebat Asiaticos numeros Ioannes Augustus in Europam per Hellespontum traiiciendos, „hiemarent per Thraciae et Macedoniae tractus, quotidieque se in armis exercerent, ne, incumbenti certamini minus idonei, ab hostibus in pugna funderentur: vernumque tempus exspectarent. Ubi enim post hiberni coeli tristitiam ver emergens in constantem serenitatem mutaret mundi faciem, Imperatorem ipsum affore, cum universis qui comitatum sequerentur, omnemque belli molem in Scythas versurum."

ΛΕΟΝΤΟΣ ΔΙΑΚΟΝΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΑΣ Ζ.

LEONIS DIACONI HISTORIAE

LIBER VII.

ARGUMENTUM.

Bardae, Leonis Phocae filii, seditio (Cap. 1). Ioannes, suppliciis sumtis de cognatis eius, ad ipsum litteras mittit (2). Bardas Sclerus adversus seditiosos missus (3). Eius epistola ad Bardam ducem, qui superbe respondet (4). Bardas dux a suis destitutus (5) in castellum confugit (6). Bellum inter Romanos et Bulgaros, Zoë Augusta imperante. Simeonis, Bulgarorum principis, insperata victoria (7). Deditio Bardae Phocae (8). Russi Macedoniam vastant. Ioannes Tzimisces Theodoram, Constantini Imperatoris filiam, uxorem ducit (9).

A. M. 6479 Ind. 14 A. C. 971 I. I. 2 Fol. 303 r. P. 69

α'. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα Ἰωάννῃ τῷ βασιλεῖ κατὰ τῶν Ῥῶς διεσπούδαστο, Βάρδας ὁ Δοὺξ, ὁ τοῦ Κουροπαλάτου μὲν Λέοντος υἱὸς, Νικηφόρου δὲ τοῦ αὐτοκράτορος αὐτανεψιὸς, ἐς νεωτερισμὸν ἀσυμφανῶς ἀποκλίνας, ἐξ Ἀμασείας, καθ' ἣν περιώριστο, φυγαδείᾳ ἐχρήσατο, Θεοδώρου Βάρδα τε καὶ Νικηφόρου, τῶν Πατρικίων καὶ αὐταδέλφων, ἐς τοῦτο συναραμένων αὐτῷ· οἳ ἐκ τῆς ἐνεγκαμένης αὐτοὺς Παρσακούτης ἐπίκλησιν εἰλήφεσαν Παρσακουτηνοὶ, ἐξάδελφοι τῷ Δουκὶ Βάρδᾳ τυγχάνον-

3. αὐτανεψὸς cod.

1. Dum in his Ioannes Imperator erat contra Russos occupatus, Bardas Dux, Leonis Curopalatae filius, Nicephori Augusti ex fratre nepos, res novas occulte molitus, Amasea, quo ablegatus erat, fugam fecit. Cuius rei adiutores habuit Theodorum Bardam et Nicephorum, patricios atque fratres inter se: qui ex patria Parsacuta cognomen Parsacutenorum traxe-

τες. τῆς οὖν Ἀμασείας ὑωρὶ τῶν νυκτῶν λαθρηδὸν ὁ Δοὺξ ἀπο- A. M. 6479
δρὰς, διὰ τῶν προετοιμασθέντων ἀμοιβαίων ἵππων ἐς τὴν τῆς Ind. 14
Καππαδοκίας ἀφῖκτο Καισάρειαν. ἐνταῦθα δὴ ἐπὶ εὐαριθμήτοις A. C. 971
ἡμέραις ἐναυλισάμενος, πλῆθος ἀπονενοημένων ἀνδρῶν ἐπ' ἀπο- I. I. 2 B
στασίαν ῥεπόντων συνειλόχει, τῶν ἐκ γένους αὐτῷ καὶ συνήθων
μάλιστα συνεισρεόντων ὁσημέραι. καὶ γὰρ ταῖς καινοτομίαις ἐκ-
τόπως οἱ ἄνθρωποι χαίρειν εἰώθεσαν, δόξης ὀνειροπολουμένης
ἐλπίσι, τιμαῖς τε ἀξιωμάτων, καὶ χρημάτων διανομαῖς ὑπαγό-
μενοι. συνεκρότουν δὲ τὴν ἀποστασίαν, συναγηοχότες πάσῃ C
σπουδῇ τὰ στρατεύματα, οἵ τε ῥηθέντες Παρσακουτηνοὶ, καὶ
Συμεὼν, ὃς γεωργὸς ἀμπέλων καθεστηκὼς, ἐκ τῆς ἐργασίας αὐ-
τῆς τὸ ἐπώνυμον εἴληφεν, Ἀμπελᾶς κατονομασθείς· ἀνὴρ ἐξ
ἀσήμων μὲν φυῆς καὶ τῶν ἀγενῶν, ἀνδρείᾳ δὲ καὶ χειρῶν ἰσχύϊ
μηδενὶ εἴκων τῶν ἐπ' ἀλκῇ καὶ ῥώμῃ μεγαλαυχουμένων ἀνδρῶν.
ἐπεὶ δὲ ἱκανὸν ὁ Βάρδας περὶ αὑτὸν ἐώρα στίφος συνερρύηκὸς,
ὡς οἷόν τε εἶναι καὶ εἰς συνασπισμὸν ἀῤῥαγῆ παρατάττεσθαι, ἐξ
ἀντιπάλου τε διαμιλλᾶσθαι τοῖς ἀντιπίπτουσι, τὸ μελαμβαφὲς
παραιτησάμενος πέδιλον, τὸ ἐρυθρὸν παραυτίκα μετημφιάσατο, P. 70
καὶ Ῥωμαίων αὐτοκράτωρ ἀναφανδὸν ἀνερῥήθη πρὸς τῶν συστα-
σιωτῶν. χρημάτων οὖν διανομὰς ὑπισχνεῖτο, καὶ ἀξιωμάτων
παρεῖχε τιμὰς, ταξιάρχους καὶ στρατηγοὺς προβαλλόμενος, ἀρ-
χάς τε τὰς εὐκλεεῖς, ὅσας καὶ βασιλεὺς εἰώθει τοῖς εὔνοις φιλο-
τίμως προτείνεσθαι. συνεκρότει δὲ τὴν ἀποστασίαν καὶ Λέων

3. ἀφῖκτο. Sic cod.: ut supra, 53. B. 7. Fort. ὀνειροπολούμενοι. Activum adhibet 70. C.

rant. Erant hi Bardae Ducis consobrini. Is igitur Dux, intempesta nocte clam Amasea elapsus, iumentis mutatoriis ante dispositis Caesaream Cappadociae pervenit. Ubi paucos dies commoratus turbam desperatorum hominum ad resque novas propensorum collegit, in primis confluentibus eo quotidie qui erant cum illo vel genere vel familiaritate coniuncti. Etenim extra modum tunc turbis gaudere solebant homines, spe falsae gloriae, et honoribus officiorum, atque pecuniarum partitione prolectati. Firmabant hanc rebellionem, coactis omni diligentia copiis, tum quos dixi Parsacuteni, tum Simeon, qui, cum cultor vinearum exstitisset, ex ipso opificio cognomen invenit, vocatusque Ampelas est: vir parentibus ortus quantumvis obscuris et ignobilibus, virtute autem manuumque fortitudine nemini de iis, qui ob vim et robur praedicantur, postponendus. Bardas, ubi manum idoneam circa se collectam vidit, ut iam posset et castra facere, et armis contra adversarios decertare, remotis nigris calceamentis rubra evestigio induxit, aque conspiratis Imperator Romanorum renunciatus aperte est. Iamque pecuniae distributiones pollicebatur, conferebat honores officiorum, tribunos, duces, magistratus amplissimos creabat, quales Imperator consuerat fidelibus liberaliter offerre. Obsecundabat item huic seditioni Leo Curo-

A. M. 6479 Ind. 14 Κουροπαλάτης, ὁ τοῦ Βάρδα τοκεὺς, ἐς μὲν τὴν νῆσον Λέσβον φρουρούμενος, διὰ Στεφάνου δὲ, τοῦ ἐπισκόπου Ἀβύδου, τοῖς Μακεδόσι χρήματα καὶ τιμὰς ὑπισχνούμενος, καὶ δέχεσθαι αὐτὸν ἐκ τῆς νήσου ἀναγόμενον προτρεπόμενος, καὶ συνεπιτίθεσθαι, καὶ συνεργάζεσθαι αὐτῷ τὴν τοῦ Ἰωάννου τῶν ἀνακτορίων καθαίρεσιν.

β'. Ὁ δὲ βασιλεὺς, τὸν τοιοῦτον γνοὺς νεωτερισμὸν, διεταράχθη μὲν, ὡς τὸ εἰκὸς, ἀπτέρῳ δὲ τάχει τὸν ἐπίσκοπον Στέφανον ἐκ τῆς Ἀβύδου ἀναγαγὼν, τοῖς δικαστηρίοις ἐκδίδωσι. τῶν δὲ πραγμάτων ἐξελεγχθέντων καὶ καταφανοῦς γεγονότος τοῦ Fol. 303 v. δράματος, τὸν μὲν τῇ συνόδῳ τῶν ἐπισκόπων παρέπεμψεν, ἔκπτωσιν τῆς ἱερωσύνης ὑποστησόμενον. Λέοντα δὲ τὸν Κουροπαλάτην, καὶ Νικηφόρον, τὸν τούτου υἱὸν, τῇ τοῦ θανάτου ὑπαγαγόντων ψήφῳ τῶν δικαστῶν, ὁ βασιλεὺς, πρὸς τὸ φιλανθρωπότερον ἀποκλίνας, οὐκ ἔκτεινε· τὰς δὲ ὄψεις ἀμφοτέρων, κατὰ τὴν Λέσβον στείλας, ἐπήρωσε. καὶ ἡ μὲν τῷ Κουροπαλάτῃ πρὸς τὴν Εὐρώπην τότε μελετηθεῖσα διάβασις ἐς τοῦτο τὸ τέλος κατέληξε, τοιαύτην μὲν αὐτῷ τὴν ποινὴν προξενήσασα, συχνοὺς δὲ τῶν φίλων χρημάτων καὶ οἴκων στερήσασα, ὅσοι τὴν ἐκείνου συμβουλὴν ἐπὶ καθαιρέσει τοῦ βασιλέως προσήκαντο. ὁ δὲ Βάρδας, ἅπαξ ἀποκλίνας εἰς τυραννίδα, ἀπριὲξ εἴχετο ταύτης, τῇ τε περὶ αὐτὸν πολυχειρίᾳ γαυρούμενος, καὶ ταῖς φάλαγξι βρενθυόμενος, καὶ ὅσον οὔπω τὴν τῆς βασιλείας κατάσχεσιν ὀνειροπολῶν. καὶ δῆτα τὴν Ἀσίαν κατατρέχων, τῶν μὴ σπενδομένων αὐτῷ πυρπολῶν τὰς οἰκίας, λείαν ἐτίθει Μυσῶν.

palates, Bardae pater, in insula Lesbo custoditus. Is per Stephanum, Abydi episcopum, Macedonibus pecunias dignitatesque promiserat, hortatus, ut sese ex insula elapsum reciperent, pariterque rebellione facta ad exturbandum imperio Ioannem operam conferrent.

2. At Imperator, intellecto eiusmodi motu, conturbatus ut par erat, incredibili celeritate Stephanum episcopum, Abydo raptum, iudiciis tradidit. Eumque crimine convictum, in lucem prolatis dolis, ad synodum episcoporum transmisit, ut ibi sacerdotio moveretur. Leonem Curopalatem autem, Nicephorumque huius filium, capitis a iudicibus condemnatos, Imperator, ad lenitatem revocata mente, non interfecit, luminibusque duntaxat ambos, Lesbon ablegatos, orbavit. Huiusmodi exitum habuit Curopalatae tunc meditatus in Europam traiectus, ut cum ipsi talem poenam induceret, tum etiam amicos illius, complures sane, fortunis domibusque exturbaret, si qui consilii eius de Imperatore tollendo fuissent participes. Atenim Bardas, semel ad rebellionem prolapsus, fortissime in ea perseverabat; elatusque multitudine hominum circa se coacta, confisus copiis, instantem possessionem imperii somniabat. Ita Asiam pervadens, domicilia cuiusque, qui in fidem eius non venerat, igne subdito praedam Mysorum habuit.

βασιλεὺς δὲ πρὸς αὐτὸν γράφει ταῦτα· „Τὸν ἔναγχος γεγενημένον A. C. 971
πρὸς ἕω νεωτερισμὸν ἀκηκοότες, οὐ τῆς σῆς γνώμης ἔργον το- I. I. 2
σοῦτον ἡγούμεθα, ὅσον τῆς τῶν συναραμένων σοι ἀπονοίας καὶ
τρόπου βαρβαρικοῦ, οἵ γε πάντως ὑπὸ θεοβλαβείας παρακρο-
τούμενοι, ἐς τοσοῦτον κίνδυνον ἑαυτοὺς ἐμβαλεῖν οὐκ ἐνάρκη-
σαν· καὶ ταῦτα εἰδότες, ὡς τοῖς νεωτερειῆν ἀνῃρημένοις καὶ ἀν-
τίπαλον ἐξ αὐθαδείας αἴρειν χεῖρα Ῥωμαίων αὐτοῖς αὐτοκράτορ-
σιν, οὐδεμία τις εἰς παραίτησιν ὑπολέλειπται πρόφασις, ὁπη-
νίκα τοῖς ὅπλοις καταγωνισθέντες, ἔκδοτοι ταῖς ποιναῖς P. 71
ὑπάγονται. ἡμεῖς τοιγαροῦν ἐμφυλίῳ αἵματι μιᾶναι τὴν γῆν εὐ-
λαβούμεθα. εἰ γὰρ βουληθῶμεν τοῖς ὅπλοις τοὺς ἀποστάτας
ἀμύνεσθαι, οὐκ ἂν φθάνοιμεν (σὺν Θεῷ δὲ εἰρήσθω) οἰκτρῶς
αὐτοὺς κατακαίνοντες. τίς γὰρ ἀτέραμνος οὕτω καθέστηκεν,
ὡς ὑποστῆναι τὴν ῥοπὴν τοῦ ἡμετέρου κινήματος, καὶ μὴ εὐθὺς
ὑποδειλιάσας πρὸς φυγὴν ἀπιδεῖν; τοιγαροῦν παραινοῦμεν ὑμῖν,
πρὸ τῶν ὀλεθρίων ἑλέσθαι τὰ σώζοντα, καὶ ἕως πρόκειται συγ-
γνώμης καιρὸς, τὰ ὅπλα ῥίψαντες εἴξατε τῷ κράτει τῆς βασι-
λείας ἡμῶν, ἀμνηστίαν ὑμῖν τοῦ τοσούτου τολμήματος καὶ συγ-
γνώμην, ἐπὶ μάρτυρι τῷ Θεῷ, ἀναντίῤῥητον ἀπονέμοντι. πάν- B
τως δὲ καὶ αἱ κτήσεις ἀθιγεῖς ὑμῖν ἀφεθήσονται, καὶ ἀπαρεγχεί-
ρητοι. παραινοῦμεν λοιπὸν, τῆς τοιαύτης ἀνασφήλαντας μέθης
τῆς δεδομένης ἀμελλητὶ σωτηρίας ἀντιποιήσασθαι. εἰ δὲ σκιμα-
χοῦντες τῇ τυραννίδι τὴν ῥοπὴν ἀπονείμητε, ὑμῖν μεταμελήσει

6. *νεωτερειῆν.* Videtur id esse apud Leonem infinitivus praesentis cuiusdam *νεωτερειέω* (sic). Vid. 57. C.

Scripsit autem ad eum Imperator ita: „Cognoscentes de motu per Orientem nuper facto, non tam tui consilii rem arbitramur, quam amentiae barbariaeque sociorum tuorum, qui, penitus dira stoliditate capti, in tantum periculum inferre sese non dubitaverunt: quasi vero ignorent, illis qui, rebus novis studentes, in ipsos Romanorum principes infestam manum sustulerint, nullam relinqui excusationis veniam, quando armis victi traditique poenas subeant. Nos, mi Barda, civili sanguine terram cruentare veremur. Quin si vellemus armis in seditiosos animadvertere, sine mora (pace numinis dixerim) ad acerbum eos interitum redigeremus. Etenim quis est tam pervicax, ut vim impressionis nostrae sustineat, neque statim animo demisso fugam spectet! Proinde hortamur vos, a perniciosis consiliis uti ad salutaria vos transferatis, et, dum relictus remissioni locus est, abiectis armis, potentiae cedatis Maiestatis nostrae, impunitatem vobis tanti conatus veniamque, teste Deo, irrevocabilem tribuenti. Neque minus fortunae vestrae intactae vobis relinquentur, atque integrae. Suademus ergo, ut, ex hac temulentia resipiscentes, oblatam salutem incunctanter capessatis. Nam, si vano incoepto rebellioni auxilium praebetis, poe-

A. M. 6479 Ind. 14 Vol. 304 r. τῆς ἀβουλίας, ὁπηνίκα ψήφῳ τῶν νόμων ταῖς θανασίμοις ποιναῖς παραπέμποισθε."

γ'. Ταύτην ὁ Φωκᾶς Βάρδας ἀπειληφὼς τὴν γραφὴν, ἀντίγραφα μὲν οὐκ ἠξίωσεν ἀντεπιστεῖλαι πρὸς βασιλέα· λοιδορησάμενος δὲ αὐτὸν, καὶ βδελυρὸν καὶ ἀλάστορα ὀνομάσας, καὶ τοῦ γένους ἀποκαλέσας παλαμναῖον αὐτόχειρα, τῶν τυραννείων κατιέναι παρήγγειλεν. αὐτῷ γὰρ μᾶλλον ἀνήκειν τὴν τῆς ἡγεμονίας C ἀρχὴν, Καίσαρα πάππον κομπάζοντι, καὶ θεῖον αὐτοκράτορα. ὃν, φησὶ, μὴ πτοηθέντα τὸν τῆς δίκης ἀκοίμητον ὀφθαλμὸν, παρὰ τὴν χαμαιρρῖφῆ στρωμνὴν ἐναποσφάξαι, δίκην βοσκήματος· τὸν φύντα δὲ καὶ τὸν φίλτατον ὁμαίμονα, τὰ πύματα παθόντας δεινὰ, ἐπ' ἀδήλοις καὶ ἀναποδείκτοις προφάσεσι τοῦ γλυκυτάτου στερῆσαι φωτός· οἷς τιμωρὸν πάντως αὐτὸν ἐπαφῆσειν τὴν δίκην, τοῦ ὁμογνίου αἵματος ἑπταπλασίως ἐκτίσοντα τὸ ἀνταπόδομα, τῷ πανολεθρίᾳ τὸ γενναῖον καὶ ἡρωϊκὸν φῦλον παραπέμψαι σκαιωρήσαντι. τῶν οὖν τοιούτων ἀπονενοημένων λόγων ὁ αὐτοκράτωρ Ἰωάννης ἐνωτισθεὶς, καὶ γνοὺς, ἀνίατα τὸν ἄνδρα D νοσεῖν, ἠπειγμένον τε πρὸς διαρπαγὰς καὶ φόνους μετὰ τῶν ἐπισπομένων συνωμοτῶν ἀπηνῶς καὶ ἀφιλανθρώπως χωρεῖν, συνεῖδε, μηκέτι διαμέλλειν ἢ ῥᾳθυμεῖν, ὡς μὴ τῇ τοιαύτῃ ῥᾳστώνῃ καιρὸν σχοίη τὸ τοῦ ἀποστάτου ἑταιρικὸν, καὶ πόλεις πορθεῖν, καὶ εἰς μεῖζονα ἐξολισθήσοι ἀπόνοιαν· ἀλλ' ἐκ τῶν ἐνόντων, ὅποι παρείκοι, ἀντικαθίστασθαι κραταιῶς, καὶ τοὺς

22. Fort. ἐξολισθαίνειν, s. ἐξολισθήσειν, soloecismo Leoni non insolito.

nitebit vos temeritatis, quando legibus iudicati ad poenam capitalem ducemini."

3. Quibus litteris acceptis, Bardas Phocas responsum ad Imperatorem dare haud dignatus est: sed, insectatus eum ut impurum et scelestum, suae gentis tetrum parricidam vocat, deque imperio iubet decedere. „Suum esse potius, rempublicam regere, qui avum Caesarem, qui patruum Imperatorem iactare possit." „Hunc," aiebat, „ab hoste impio, pervigilem iustitiae oculum minime verenti, in cubili humi strato velut victimam iugulatum esse: patrem, fratremque carissimum, cruciamentis acerbissimis affectos, ob incertas causas minimeque convictos dulcissima orbatos esse luce: ad parentandum omnino his nunc se mitti a iustitia, ut pro cognatorum sanguine septemplicem retributionem persolvat illi, qui praestanti nobilitate bellicaque laude familiae interitum esset machinatus." Quibus desperatis vocibus auditis, Ioannes Imperator, certior factus, insanabili hominem caecitate captum festinanter ad direptiones caedesque crudelitate atque inhumanitate summa cum asseclis conspirantibus pergere, statuit, non amplius cunctari aut quiescere, ne eiusmodi desidia locum daret factioni defectoris tum urbium populandarum, tum ad maiorem insaniam prolabendi: verum totis viribus, quacunque daretur occasio, resistere, adventantesque repellere. Proinde

πελάτας ἀμύνεσθαι. Βάρδαν οὖν, τὸν κατ' ἐπωνυμίαν Σκληρόν, A. C. 971
ἄνδρα λίαν ἐκτόπως νεανικὸν καὶ δραστήριον, οὗ τὴν σύναιμον I. I. 2
Μαρίαν κοινωνὸν ἔσχε βίου τὸ πρόσθεν ὁ Ἰωάννης, χάλλει καὶ
σωφροσύνῃ ἐς μέγα κλέους ἦκουσαν (ἔφθη δὲ ταύτην ὁ πικρὸς P. 72
κατεργασάμενος θάνατος)· τοῦτον ἐν Μαγίστροις τελοῦντα καὶ
τῶν ἐπὶ Θρᾴκης στρατευμάτων ἐπιστατοῦντα, καὶ τὴν τῶν Ῥῶς
σφαδάζουσαν κατὰ τῶν Ῥωμαίων ἐπήλυσιν γενναίως ἀποτειχί-
ζοντα, μετὰ τὴν ἀριστείαν, ἣν ἔναγχος ἀνεδήσατο τοὺς Σκύθας
τρεψάμενος, ἧπέρ μοι ἤδη δεδήλωται, μεταπεμψάμενος ὁ βα-
σιλεὺς καὶ στρατηλάτην ἀνακηρύξας κατὰ τῶν στασιωτῶν, ἐς
τὴν Ἀσίαν ἐξέπεμψεν· ἐντειλάμενος, εἰ οἷόν τε εἶναι, μὴ μιᾶ-
ναι τὴν γῆν, ὅτι μὴ πᾶσα ἀνάγκη, τῷ τῶν ὁμοφύλων αἵματι·
ἀλλὰ τιμῶν ὑποσχέσεσι καὶ χρημάτων διανομαῖς καὶ πίστεσιν B
ἀπαθείας ὑπαγαγέσθαι τοὺς τῷ ἀποστάτῃ συναπαχθέντας. ἐνε-
χείριζε δὲ αὐτῷ καὶ τόμους, κατασεσημασμένους ἐκ χρυσοῦ
σφραγῖσι βασιλικαῖς, οἷς ἐνεγέγραπτο ταξιάρχων καὶ στρατηγῶν
καὶ Πατρικίων τιμαί. τούτοις ἐγκελευσάμενος δεξιοῦσθαι τοὺς
γνωσιμαχοῦντας, καὶ ἀθετοῦντας τὴν τοῦ τυράννου αὐθεντίαν,
καὶ πρὸς τὴν τοῦ βασιλέως ἀποκλίνοντας δούλωσιν. ὁ δὲ στρα- Fol. 304 v.
τηλάτης Σκληρὸς, τὸν Βόσπορον περαιωθεὶς καὶ κατειληφὼς τὸ
Δορύλαιον, ἐνταῦθα τὸν στρατὸν ἀνεκαλεῖτο, καὶ ἐς φάλαγγα
καθίστη, καὶ ταῖς καθ' ἡμέραν μελέταις ἐγύμναζεν. ἤδη δὲ καὶ
ἀποχρῶσαν ὁρῶν τὴν ἐπισυναχθεῖσαν στρατιὰν, ὡς εἶναι ἱκανὴν
ἐξ ἀντιπάλου παρατυχὸν τοῖς ἐναντίοις συμπλέκεσθαι, τῷ Δουκὶ C

14. ὑπαγάγεσθαι cod. 16. ἐνεγέγραπτο. Sic cod. 23. ὡς ἐξ ἱκανὴν ἐξ cod.

Bardam, cognomento Sclerum, virum insigniter fortem ac strenuum, cuius sororem Mariam, forma atque castitate praeter caeteras nobilitatam feminam, ante in matrimonio habuerat Ioannes (tametsi hanc quidem acerba perculerat mors): illum igitur inter Magistros militantem exercitibusque Threïciis praefectum, cum Russorum in Romanos effervescentium impetum acriter repelleret, post victoriam, quam nuper Scythis fusis reportaverat, ut demonstratum iam abs me est, accersivit Imperator, ducemque contra rebelles renunciatum in Asiam transmisit. Simul mandavit, si fieri posset, terram, nisi summa sit necessitas, civium sanguine ne inquinaret: verum ut honorum promissione, pecuniarum largitionibus et pactione impunitatis quotquot una cum defectore ruissent, reduceret. Ex quo illi item codicillos tradidit, sigillis imperatoriis ex auro insignitos, in quibus scriptae erant tribunorum, ducum, patriciorum nominationes. His munerari eos mandaverat, qui, poenitentia ducti, spretoque tyranni dominatu, in Imperatoris fidem se conferrent. Ita Sclerus Magister, cum transmisso Bosporo Dorylaeum pervenisset, eo copias evocat, in unumque contractas quotidianis exercitationibus subigit. Postremo, ubi vidit, idoneam circa se collectam manum, quae iam posset, occasione oblata, signa cum adversariis conferre,

A. M. 6479 Ind. 14 *Βάρδᾳ καὶ συγκηδεστῇ (ἀδελφὴν γὰρ τοῦ Φωκᾶ Κωνσταντῖνος Πατρίκιος, ὁ τοῦ Σκληροῦ σύναιμος, σύζυγον εἶχε) δηλοῖ ταῦτα·*

δ'. „Ἐπισφαλῶς ἐβουλεύσω καὶ λίαν ἐπικινδύνως, ἀναίδην κατὰ τῶν κρατούντων ἀπαυθαδισάμενος, καὶ τὴν ὀλέθριον μελε- 5
τήσας τυραννίδα, καὶ ὅπλα κατὰ τῶν ὁμοφύλων ἀράμενος, καὶ καταμιάνας ἱερῶν οἴκων ἕδη ταῖς τῶν ἀπαιδεύτων συνωμοτῶν προνομαῖς. εἰς κενὸν ἠπατήθης, Πατρίκιε, λέοντα νύσσων κοι-
D *μώμενον, τὸν ἀήττητον αὐτοκράτορα. οἶδας γὰρ, ὡς ἐν ταῖς μάχαις ἐπιφανεὶς οὗτος, πολυάνθρωπα στρατόπεδα ἐκ τῆς φή-* 10
μης καὶ μόνης ἐτρέψατο. πῶς οὖν, διεφθαρμένων ἀνδρῶν συμβουλίαις ἀναπεισθείς, εἰς τοιοῦτον ὄλισθον ἐνσέσεικας σεαυτόν; ἀλλ', εἰ δοκεῖ, πείσθητί μοι, ὡς συγκηδεστῇ, καὶ φιλοῦντι, καὶ τὰ λῴονα συμβουλεύοντι· καὶ ἀπώθου τὴν κακίστην τυραν-
νίδα, καὶ τῆς σωτηρίας ἀντιλαβοῦ, συγγνώμην τοῦ σφάλματος 15
αἰτησάμενος (ἐγὼ δὲ αὐτὸς ἐγγυῶμαι, μηδέν σε πείσεσθαι τῶν ἀηδῶν, οὔτε πρὸς τοῦ κρατοῦντος, οὔτε πρὸς ἄλλου τινός, ἀλλὰ καὶ τῷ συνεπομένῳ σοι στίφει ἀμνηστεία τῆς προπετείας
P. 73 *δοθήσεται)· καὶ μὴ βουληθῇς τὸν θυμὸν ἐξοπλίσαι κατὰ σοῦ τὸν βασιλικὸν, ὃς ἀπαραίτητός ἐστι τοῖς εὐγνωμονεῖν οὐκ ἐθέ-* 20
λουσι. τῶν σεαυτοῦ λοιπὸν γενόμενος λογισμῶν μὴ προῇ τὴν ἐσχάτην ἄγκυραν, ἀλλ', ἕως τὸ φιλάνθρωπον πρόκειται, ἄσπασαι τοῦτο, ὅπερ εἰσαῦθις ἐπιζητῶν οὐχ εὑρήσεις, καὶ πολλὰ καταθρηνήσεις, σαυτὸν τῆς ἀβουλίας μεμφόμενος." Ὁ δὲ Φωκᾶς

21. *πρόει* cod. Fort. *πρόες*.

Bardae Duci, affini suo (quippe sororem Phocae Constantinus Patricius, Scleri frater, in matrimonium duxerat), haec significat:

4. „Consilium iniisti temerarium et insigniter periculosum, quando, impudenter in dominos contumax, calamitosam rebellionem meditatus, motis adversum cives armis sacrarum aedium delubra immanium coniuratorum direptionibus contaminasti. Falsa spe inductus, Patrici, leonem dormientem, invictum principem, irritasti. Non es nescius, illum in praeliis apparentem amplissimos exercitus vel sola fama in fugam convertisse. Qui igitur fit, ut, perditorum hominum consiliis obtemperans, in eiusmodi laqueos te ipse indueris! Sed, si videtur, mihi crede, ut affini, ut amico, ut ea suadenti, quae tibi maxime conducant: reiice a te hanc nefariam rebellionem, capesse salutem, delicti venia expetita (ego hoc tibi spondeo, non solum nihil te diri passurum, neque a domino nostro, neque ab alio quoquam, verum etiam manui, quae tecum sit, impunitatem inconsiderantiae datum iri): neque velis in te armare indignationem imperatoriam, inexorabilem prorsus illis, qui sanae mentis esse nolunt. Redi igitur ad ingenium tuum, noli dimittere ultimam ancoram, et, dum in promtu est misericordia, amplectere illam, quam posthac requirens haud obtinebis, teque ipsum tunc, multum conquestus, temeritatis accusabis." Cu-

Βάρδας, τὴν δύναμιν ἀναλεξάμενος τῆς γραφῆς, ἀμείβεται A. C. 971
ταῦτα· „Ἀγαθόν τι χρῆμα καὶ θεῖον εἶναι τὴν συμβουλὴν ἐξεπί- I. I. 2
σταμαι, παλαιῶν βίβλους παραναγνοὺς καὶ αὐτός· ἰσχύειν δὲ
tum venerunt, quo erat copiae Russicae compulsum robur. Qui, intus acriter se defendentes, eos qui per portulam se immittebant, obtruncabant, militesque sic ad centum quinquaginta, fortes viros, oppresserunt. Qua re cognita, Imperator equo admisso accurrens, cohorte praetoria omni vi in hostem niti iussa, ubi non multum profici posse intellexit (propterea quod non pauci angusta portula intromissi aque Tauroscythis excepti parvo negotio gladiis confecti interibant), inconsiderato Romanorum impetu represso, ignem undique per propugnacula in regiam immitti iussit. Magna flamma emicante, et obvia quaeque celeriter consumente, Russi tectis egressi plus VII M. numero, in loco patenti aulae constipati, defensionem parabant. His Imperator Bardam Sclerum Magistrum cum cohorte expedita obiecit: neque vero Sclerus, postquam illos suo fortissimorum militum agmine circumsepserat, huic rei defuit. Ita praelio commisso tametsi Russi acriter resistebant, ita ut eorum nemo tergum verteret, tamen Romani virtute et exercitatione belli superiores facti omnes confixerunt. Eodem praelio Moesi quamplures ceciderunt, qui hostibus auxilio fuerant, Romanis infensi, quod adventus ho-

A. M. 6480 Ind. 15 Σφέγκελος δὲ παρὰ τὸν Σφενδοσθλάβον ᾤχετο, φυγῇ μετ' ὀλίγων κλέψας τὴν σωτηρίαν· αὖθις δὲ ἀνῃρέθη, ὥσγε μοι ἤδη εἰρήσεται. ἀλλ' οὕτω μὲν ἡ Πραισθλάβα, ἐν δυσὶν ἡλίοις ἁλοῦσα, ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐγένετο.

η'. Ἰωάννης δὲ ὁ αὐτοκράτωρ, τὴν στρατιὰν, ὡς τὸ εἰκὸς, φιλοφρονησάμενος, διανέπαυε, καὶ τὴν θείαν ἀνάστασιν τοῦ Σωτῆρος αὐτόθι ἑώρταζεν. ἔκ τε τῶν δορυαλώτων Ταυροσκυθῶν τινας ἀποκρίνας ὡς τὸν Σφενδοσθλάβον ἐξέπεμπε, τὴν τῆς πόλεως ἅλωσιν ἀπαγγελοῦντας αὐτῷ καὶ τὴν τῶν ἑταίρων ἀναίρεσιν, φράζειν τε, μὴ διαμέλλειν, ἀλλ' αἱρεῖσθαι τὴν ταχίστην δυοῖν θάτερον· ἢ τὰ ὅπλα καταθέσθαι καὶ τοῖς κρείττοσι πειθαρχεῖν, καὶ τῶν τετολμημένων συγγνώμην αἰτεῖν, ἀφιστάμενον ἐξαυτῆς χώρας τῆς τῶν Μυσῶν· ἢ, τοῦτο μὴ βουλομένου, ἀλλ' εἰς τὴν σύντροφον αὐθάδειαν ἀποκλίναντος, παντὶ σθένει ἐπιοῦσαν τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀμύνεσθαι δύναμιν. ταῦτα μὲν ἀπαγγέλλειν Σφενδοσθλάβῳ παρήγγειλεν· αὐτὸς δὲ, ὀλίγων ἡμερῶν ἐνδιατρίψας τῇ πόλει, καὶ ταύτης τὰ πεπονηκότα ὀχυρωσάμενος, καὶ φρουρὰν Fol. 310 v. ἀποχρῶσαν καταλιπὼν, Ἰωαννούπολίν τε ταύτην ἐπὶ τῷ ἑαυτοῦ καλέσας ὀνόματι, πανστρατὶ τὴν ἐπὶ τὸ Δορύστολον ἴετο. ὅπερ Κωνσταντῖνος, ὁ ἐν βασιλεῦσιν ἀοίδιμος, ἐκ βάθρων ἐδείματο, καὶ εἰς ὃ νῦν ὁρᾶται κάλλος καὶ μέγεθος ἤγειρεν, ὁπηνίκα τὸ σταυρικὸν σημεῖον κατηστερισμένον ἐν οὐρανῷ θεασάμενος, Σκύθας δυσμενῶς ἀντιτεταγμένους αὐτῷ καὶ μανικῶς ὁρμῶντας κατεπολέμησε. πάρεργον δὲ τῆς ὁδοῦ τήν τε καλουμένην Πλίσκου-

13. Male βουλομένους cod. 21. ὁρᾶται. Vid. supra 79. B.

stium ad se causa exstitissent. Sphencelus cum paucis, ad Sphendosthlabum clam elapsus, fuga sibi peperit salutem: eum posterius periisse mox demonstrabitur. In hunc modum Praesthlaba, biduo expugnata, in potestatem Romanorum venit.

8. Ioannes Imperator exercitui honestatibus, ut par erat, ornato requiem dedit, divinamque Servatoris resurrectionem eo in loco celebravit. Inde ex Scythis captis delectos aliquot ad Sphendosthlabum misit, qui oppidi expugnationem suorumque interitum nunciarent, dicerentque, sine mora duarum rerum, utra ei magis cordi esset, eam eligeret: aut, armis positis, victoribus obsequeretur, petitaque arrogantiae venia confestim Moesia decederet; aut, id si nollet, seque ad domesticam pervicaciam converteret, ut omni vi ab adventantibus Romanorum copiis se tueretur. His ad Sphendosthlabum datis mandatis, paucos dies in oppido commoratus, quod, collapsis moenium partibus communitis, iustoque praesidio relicto, Ioannopolim suo nomine appellaverat, omnibus copiis Dorystolum ire contendit. Hanc urbem Constantinus, hymnis inclytus princeps, a fundamentis construxit, adque eam, quae hodie suspicitur, speciem et amplitudinem excitavit, illo tempore quo, crucis signum sideris instar coelo inscriptum conspicatus, Scythas hostiliter sibi oppositos furioseque ruentes debellavit. Imperator autem Pli-

βαν καὶ Δίνειαν εἷλεν ὁ βασιλεὺς, καὶ συχνὰς τῶν πόλεων, αἳ A. C. 972
τῶν Σκυθῶν ἀφηνιάσασαι Ῥωμαίοις προσέθεντο. Σφενδοσθλά- I. I. 3
βος δὲ, τὸ κατὰ τὴν Πραισθλάβαν πάθος γνοὺς, ἤσχαλλε μὲν καὶ ἤχθετο, οὐκ ἀγαθὸν οἰωνὸν τοῦ μέλλοντος τοῦτο τιθέμενος· τῇ δὲ Σκυθικῇ ἀπονοίᾳ παρακροτούμενος, καὶ ταῖς κατὰ Μυ- D
σῶν νίκαις γαυρούμενος, εὐπετῶς ᾤετο καὶ τὴν Ῥωμαϊκὴν καταγωνίσασθαι δύναμιν.

Θ'. Ὁρῶν δὲ Μυσοὺς τῆς ἐκείνου μὲν ἑταιρείας ἀφηνιάζοντας, τῷ δὲ βασιλεῖ προσχωροῦντας, πολλὰ γνωσιμαχήσας, καὶ ἀνασκοπήσας, ὡς, εἰ πρὸς Ῥωμαίους οἱ Μυσοὶ ἀποκλίνειαν, οὐκ εἰς καλὸν αὐτῷ τελευτήσει τὰ πράγματα, τοὺς γένει καὶ δυναστείᾳ διαφέροντας συνειλοχὼς τῶν Μυσῶν, εἰς τριακοσίους ἀριθμουμένους, ὠμὸν καὶ ἀπάνθρωπον κατ' αὐτῶν ἐμελέτησε P. 86
τόλμημα. δειροτομήσας γὰρ πάντας ἀπέκτεινε· τὴν δ' ἄλλην πληθὺν πεδήσας συνέκλεισεν ἐν εἱρκταῖς. αὐτὸς δὲ τὴν τῶν Ταυροσκυθῶν πανοπλίαν συναγαγὼν, εἰς ἑξήκοντα χιλιάδας συναγομένην ἀνδρῶν, Ῥωμαίοις ἀντετάξατο. ἐν ᾧ δὲ ὁ βασιλεὺς σχολαιότερον τὴν πρὸς αὐτοὺς ἐπεποίητο ἄφιξιν, τινὲς παραβόλῳ τόλμῃ παρακροτούμενοι τῶν θρασυτέρων, τῆς Ῥωσικῆς ἀποῤῥάγέντες φάλαγγος, ἐς λόχον ἐκάθιζον, καὶ δὴ τῶν προδρόμων τινὰς ἐκ τοῦ ἀφανοῦς ἐπελάσαντες ἔκτειναν. ὧν ὁ αὐτοκράτωρ ἐῤῥιμμένα παρὰ τὴν ἀταρπιτὸν τὰ πτώματα κατιδὼν, τῷ ῥυτῆρι τὸν ἵππον ἐπισχὼν, σχετλιάσας τε τὴν τῶν ὁμοεθνῶν ἀπώλειαν, B

16. *συναγομένην*. Nota inopiam aut negligentiam orationis in *συναγαγὼν* et *συναγομένην*. 18. *ἄφιξιν*. *αὔξησιν* cod.

scubam quae vocatur et Dineam obiter ex itinere cepit, itemque oppida alia non una, quae, excusso Scytharum imperio, in fidem se Romanorum permiserunt. Sphendosthlabus, clade ad Praesthlabam cognita, graviter quidem rem tulit, proque omine parum bono habuit: tamen, ut erat Scythica amentia inflammatus, simul quod victoriae de Moesis extulerant animum, Romanas opes item parvo negotio se fracturum existimabat.

9. Ita cum animadvertisset, Moesos alienatis a sua clientela voluntatibus Imperatori accedere, variis sententiis distractus, ac reputans, res suas, si ad Romanos Moesi deficerent, exitum minime felicem habituras, in Moesos, qui inter caeteros genere atque opibus praestabant, ad numerum ccc conquisitos, nefarium atque inhumanum facinus admisit. Omnes enim cervicibus abscisis interfecit: reliquam multitudinem vinctam in custodias inclusit. Ipse, omnibus Tauroscytharum coactis copiis, quarum summa erat circiter hominum millia sexaginta, adversus Romanos aciem constituit. Ad quam cum Imperator remissiore itinere adventaret, quidam animosiores caeca audacia incitati, ab exercitu Russico digressi, cum in insidiis consedissent, impressione ex inopinato facta antecursores aliquot oppresserunt. Quorum Imperator proiecta praeter viam corpora conspicatus, equum freno

A. M. 6480 Ind. 15 ἀνιχνεύειν τοὺς τοῦτο δεδρακότας ἐκέλευε. τῶν δὲ πεζεταίρων τοὺς δρυμοὺς καὶ τὰς λόχμας καταδραμόντων σπουδῇ, καὶ τοὺς πελάτας ἐκείνους συνειληφότων, εἰς ὄψιν τε πεπεδημένους παραγαγόντων τῷ βασιλεῖ, αὐθωρὸν κατασπαθίζειν τούτους προσέταττεν. οἱ δὲ, μηδὲν μελλήσαντες, ξίφεσιν ἄρδην ἐμέλισαν ἅπαντας. ἅρτι δὲ τῶν στρατευμάτων ἐς τὸν πρὸ τοῦ Δορυστόλου χῶρον συνελθόντων, ὃ καὶ Δρίστραν κικλήσκειν εἰώθεσαν, Ταυροσκύθαι μὲν ἔγχεσι καὶ θυρεοῖς τὰς φάλαγγας C πυκνώσαντες, καὶ οἷον πυργώσαντες, τοὺς δυσμενεῖς παρὰ τὸ Fol. 311 r. μεταίχμιον ἔμενον. Ῥωμαίους δὲ κατὰ μέτωπον ἀντιτάξας ὁ βασιλεὺς, καὶ τοὺς πανσιδήρους ἱππότας κατὰ θάτερον κέρας παραστησάμενος, τούς τε τοξότας καὶ σφενδονήτας ἐξόπισθεν ἐπιστήσας, καὶ θαμινὰ βάλλειν ἐγκελευσάμενος, ἐπῆγε τὴν φάλαγγα.

ί. Τῶν δὲ στρατοπέδων εἰς χεῖρας ἀλλήλοις συναραχθέντων, καὶ σφοδρᾶς τῆς μάχης καταῤῥαγείσης, ἰσοπαλὴς παρὰ τὰς πρώτας προσβολὰς ὁ ἀγὼν τέως ἐν ἀμφοτέροις ἐγίνετο. Ῥῶς μὲν γὰρ δεινόν που καὶ σχέτλιον τιθέμενοι, εἰ δόξαν παρὰ τῶν προσοί- D κων ἐθνῶν ἔχοντες, ἐν ταῖς μάχαις ἀεὶ τῶν ἀντιπάλων κρατεῖν, νῦν ὑπὸ Ῥωμαίων αἰσχρῶς ἡττηθέντες ταύτης ἐκπέσοιεν, ἐκθύμως διηγωνίζοντο. Ῥωμαίοις δὲ αἰδώς τις εἰσῄει καὶ νέμεσις, εἰ τὸ ἀντίξουν ἅπαν ὅπλοις καὶ τῇ σφῶν ἀρετῇ καταστρεφόμενοι, νῦν ἀπέλθοιεν, παρὰ πεζομαχοῦντος ἔθνους, ἱππάζεσθαι μηδόλως εἰδότος, καταγωνισθέντες, ὥς τινες ἔργων μάχης ἀνάσκητοι, καὶ

7. Δρῆστραν (sic) cod.

sustinuit, deploratoque civium interitu percussores investigari iussit. Speculatores silvas dumetaque diligenter scrutati, aggressores illos comprehensos ac vinctos in conspectum Imperatoris producunt; at ille evestigio interfici eos iussit. Ita speculatores impigre districtis gladiis ad unum omnes conciderunt. Cum in campo ante Dorystolum, quod item Dristram appellare consuerunt, iam propius abessent exercitus, Tauroscythae cuneos suos hastis scutisque rigentes condensatosque, adeo ut murorum speciem haberent, in aciem explicant: opperiuntur hostes. Romanos ex adverso ita disposuit Imperator, ut equites cataphractos in utroque cornu collocaret; sagittarios, funditores, sine intermissione tela coniicere iussos, a tergo subiiceret. His ita constitutis, signa inferri imperat.

10. Exercitus cum manum undique consererent, commisso acerrime praelio a primo congressu aequo Marte diu dimicatum est. Russi enim, graviter et acerbe ferentes, si laudem, qua apud gentes finitimas floruissent, reportatae semper in praeliis victoriae, nunc turpiter a Romanis fusi amitterent, magna contentione rem gerebant. Romanis contra turpitudinis invidiaeque verecundia subibat, si, adversariis omnibus armis et virtute subactis, in praesentia a gente peditibus praeliante, equitandi autem usum omnino nullum habente, tanquam aliquot bello inexercitati tirunculi victi

τοσοῦτον αὐτοῖς ἐν ἀκαρεῖ κλέος οἰχήσεται. τὰς τοιαύτας δὴ δό- A. C. 972
ξας παρ᾽ ἑαυτοῖς ἐντρέφοντα τὰ στρατεύματα θαῤῥαλέως διηγω- I. I. 3
νίζοντο· καὶ Ῥῶς μὲν τῇ συντρόφῳ θηριωδίᾳ καὶ τῷ θυμῷ στρα-
τηγούμενοι, μετὰ ῥύμης κατὰ Ῥωμαίων ἐφήλλοντο, οἷον ἐνθου- P. 87
σιῶντες καὶ βρυχώμενοι· Ῥωμαῖοι δὲ μετ᾽ ἐμπειρίας καὶ τεχνικῆς
ἐπιστήμης αὐτοῖς ἀντεπήεσαν. καὶ συχνοὶ παρ᾽ ἀμφοτέρων ἔπιπτον
τῶν μερῶν, καὶ μέχρι μὲν δείλης βαθείας ἀμφιτάλαντος ἡ νίκη
ἐδόκει, τῇδε κἀκεῖσε μεταφερομένης τῆς μάχης. ἤδη δὲ τοῦ
φωσφόρου καταφερομένου πρὸς δυσμὰς, τὴν ἵππον ὁ βασιλεὺς
ἀνὰ κράτος αὐτοῖς ἐπιῤῥάξας, ἐμβοήσας τε, Ῥωμαίους ὄντας
ἐπὶ τῶν ἔργων τὴν σφῶν ἀρετὴν ἐπιδείκνυσθαι, τῶν ἀνδρῶν
ἐπέῤῥωσε τὰ φρονήματα. ἐπέβρισαν γὰρ ἐκτόπῳ φορᾷ, καὶ οἱ B
σαλπιγκταὶ τὸ ἐννάλιον ἐπηλάλαξαν, καὶ βοή τις ἀθρόα παρὰ
Ῥωμαίων ἤρθη. Σκύθαι δὲ, τὴν τούτων οὐκ ἐνεγκόντες ῥοπὴν,
ἐς φυγὴν ἔκλιναν καὶ πρὸς τὸ τεῖχος συνώσθησαν, πολλοὺς τῶν
σφετέρων παρὰ ταύτην ἀποβαλόντες τὴν μάχην. Ῥωμαῖοι δὲ,
τὰ ἐπινίκια παιωνίσαντες, ἐν εὐφημίαις εἶχον τὸν αὐτοκράτορα·
ὁ δὲ ἀξιωμάτων τότε διανομαῖς καὶ δεξιώσεσιν ἑστιάσεων ἐφιλο-
φρονεῖτο τούτους, καὶ προθυμοτέρους ἐπὶ τὰς μάχας εἰργάζετο.

abirent, tantaque sibi gloria puncto temporis eriperetur. Eiusmodi rationes animo agitantes exercitus summa vi confligebant: ita tamen, ut Russi, innutrita feritate atque iracundia ducti, temere Romanos assilirent, fanaticorum ritu rugientes; nostri illis usu ac scientia artis militaris obviam irent. Plurimis ex utraque parte occisis, cum usque ad multam vesperam victoria incerta videretur, ac modo hi modo illi propellerentur, vespero iam ad occasum vergente, Imperator equitatum in illos magna vi immisit; simulque cohortatus, ut tanquam Romani vernaculam virtutem factis declararent, animos militum confirmavit. Incubuerunt enim impetu singulari, tibicines bellicum concinunt, clamor undique a Romanis tollitur. Quorum impressionem cum Scythae sustinere non possent, fugae se commiserunt inque muros sunt compulsi, multis suorum in hac pugna amissis. Romani, victoriales cantus fundentes, Imperatorem laudibus ferebant: ipse eos officiorum tum distributione epularumque communicatione remuneravit, alacrioresque ad praelia reddidit.

ΛΕΟΝΤΟΣ ΔΙΑΚΟΝΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΑΣ Θ.

LEONIS DIACONI HISTORIAE

LIBER IX.

ARGUMENTUM.

Imperator castra accurate muniri iubet. Secundum proelium equestre (Cap. 1). Tertium proelium ad Dorystolum. Lalaconis virtus (2). Leo Curopalates imperium occupaturus clam Byzantium petit (3). Mox deprehensus excaecatur (4). In quarto proelio ad Dorystolum Ioannes Curcuas a Russis occiditur (5). Quintum proelium. Foedae et cruentae Russorum superstitiones (6). Consilium militare Sphendosthlabi (8). Ultimum proelium ad Dorystolum (8). Ioannes ipse inclinatam aciem restituit. S. Theodorus in acie Romanorum conspectus (9). Insignis Romanorum victoria (10). Pax inter Russos et Romanos composita. Sphendosthlabi forma et figura (11). Russi in patriam redeuntes a Patzinaeis opprimuntur. Imperator triumphans Constantinopolin intrat (12).

A. M. 6480 Ind. 15 A. C. 972 I. I. 3 Fol. 311 v. P. 88

α'. Ἅρτι δὲ ἡμέρας διαυγαζούσης, ἐρυμνῷ χάρακι τοῦτον τὸν τρόπον ὁ βασιλεὺς τὸ στρατόπεδον ἐκρατύνετο. γεώλοφός τις χαμαίζηλος τοῦ Δορυστόλου ἐκ διαστήματος κατὰ τὸ πεδίον ἀνίσταται. ἐν τούτῳ τὸ στράτευμα διασκηνισάμενος, ταφρείαν ἀνορύττειν κυκλόθεν ἐκέλευε· τόν τε χοῦν ἐκφοροῦντας ἐς τὴν τὸ 5

4. Fort. διασκηνησάμενος.

1. Ubi primum illuxit, Imper. firmo vallo in hunc modum castra communivit. Tumulus parum editus ante oppidum Dorystolum, ad planitiem versus surgit. Ibi collocatis castris fossam circumduci iussit, humum egestam in oram fossae castra ambientem comportari, aggeri in iustam altitudinem ex-

στρατόπεδον ταινιοῦσαν τῆς τάφρου ὀφρῦν ἀποτίθεσθαι, ἐς ὕψος δὲ ἀποχρῶν αἰρομένων τῶν χωμάτων ἄνωθεν καταπηγνύειν τὰ δόρατα, ἐπερείδειν τε τούτοις τοὺς θυρεοὺς ἀλλήλων ψαύοντας· ὡς ἀντὶ τείχους χρηματίζειν τήν τε τάφρον καὶ τὸν ἐκφορηθέντα χοῦν τῷ στρατεύματι· καὶ μὴ ἐνὸν εἴη τοῖς ἐναντίοις ἔνδον διαβαίνειν, ἀλλ' εἴργεσθαι τῆς ἐφόδου τῇ τάφρῳ ἐγχρίπτουσιν. εἰθισμένον δὲ Ῥωμαίοις, ταύτῃ τὴν σφῶν ἐπὶ τῆς πολεμίας διατίθεσθαι ἔπαυλιν. ἐπεὶ δὲ τὸν χάρακα τοῦτον τὸν τρόπον ἐκρατύνατο, τῇ ἐπιούσῃ ἐκτάξας τὴν στρατιὰν τῷ τείχει προσέβαλλε. Σκύθαι δὲ, τῶν πύργων προκύπτοντες, βέλη καὶ χερμάδας, καὶ ὅσα ἐκηβόλα πέφυκεν ὄργανα, κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἠφίεσαν φάλαγγός. οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ σφενδόναις καὶ βέλεσι Σκύθας ἠμύναντο κάτωθεν. καὶ μέχρι τῶν τοιούτων ἀκροβολισμῶν ἀμφοτέροις ἡ μάχη περιῆστατο, καὶ Ῥωμαῖοι μὲν ἐπὶ τὸν χάρακα ἦσαν, καὶ δεῖπνον εἵλοντο· Σκύθαι δὲ, κλινούσης ἡμέρας, ἔφιπποι τοῦ περιβόλου ἐξῆσαν, τότε πρώτως φανέντες ἐφ' ἵππων ὀχούμενοι. ἄφιπποι γὰρ παρὰ τοὺς πολέμους ἀεὶ χωρεῖν εἰώθεισαν, ἀνασκήτως ἔχοντες τῶν ἐφιππίων ἐπιβαίνειν, καὶ τοῖς πολεμίοις ἀνταγωνίζεσθαι. Ῥωμαῖοι δὲ, σπουδῇ τοῖς ὅπλοις φραξάμενοι καὶ τῶν ἵππων ἐπιβάντες, τούς τε κοντοὺς ἀνειληφότες (ἐπιμήκεις δὲ τούτους παρὰ τὰς μάχας μεταχειρίζονται), μετὰ ῥύμης καὶ βιαίου ὠθισμοῦ αὐτοῖς ἐπελαύνουσιν. οἱ δὲ, μηδὲ τοῖς ῥυτῆρσι τοὺς ἵππους χαλιναγωγεῖν ἐπιστάμενοι, πρὸς τῶν Ῥωμαίων κατακοντιζόμενοι, νῶτα δόντες εἰς τὸ τεῖχος κατεκλείοντο.

A. M. 6480 Ind. 15 A. C. 972 I. I. 3

B

C

P. 89

2. αἰρομένῳ cod. 12. Malim ἠμύνοντο. 18. τῶν ἐφίππων cod. Fort. auctor scripserat, τοῦ ἐφ' ἵππων ἐπιβ., quod iteratur statim post. Alterum praetuli, quo Leo tautologia levaretur.

presso hastas superne infigi, hisque scuta inter se continuata superponi: ut pro muro exercitui tum fossa tum egestus agger esset; neque facultas ulla hostibus daretur intro irrumpendi, utque, si fossae se induissent, aditu arcerentur. Is Romanorum castra in regione hostili disponendi mos est. Perducta sic munitione, postridie eius diei aciem instructam ad murum admovet. Scythae, e turribus prospectantes, tela, saxa, et quaecunque tormentis mitti possunt, in phalangem Romanam coniiciunt. Hi fundis sagittisque Scythas submovent, ipsi inferius constituti. Neque ultra eiusmodi iaculationes progressa erat pugna, cum Romani in castra reversi corpora curaverunt: Scythae, vergente die, coeperunt cum equitatu ex moenibus prodire, tuncque primum in equis sedentes apparuerunt. Consueverant enim semper pedibus praelium inire, quod nullum habent neque in sellas ascendendi neque ex equo cum hostibus pugnandi usum. Romani celeriter arma capiunt, insessisque equis et arreptis contis (quibus praelongis in praeliis utuntur), acriter magno impetu procurrunt. Ita hostes, cum ne regere quidem habenis equos scirent, a nostris confixi terga verterunt, intraque muros sunt conclusi.

A. M. 6480 Ind. 15 β'. Τηνικαῦτα δὴ καὶ αἱ τῶν Ῥωμαίων πυρφόροι τριήρεις μετὰ τῶν σιτηγῶν πορθμείων διὰ τοῦ Ἴστρου ἐφάνησαν ἀναπλέουσαι· ἃς Ῥωμαῖοι μὲν ἰδόντες ἀῤῥήτου χαρμονῆς ὑπεπλήσθησαν, Σκύθας δὲ δέος ἦρει, τὸ ἐπιφερόμενον αὐτοῖς ὑγρὸν πῦρ δεδιότας. ἠκηκόεισαν γὰρ πρὸς τῶν γεραιτέρων τοῦ σφῶν ἔθνους, ὡς τὸν μυριόστολον στρατὸν Ἴγγορος, τοῦ τὸν Σφενδοσθλάβον τεκόντος, Ῥωμαῖοι τῷ τοιούτῳ Μηδικῷ πυρὶ κατὰ τὸν Εὔξεινον ἐξετέφρωσαν. ἐντεῦθεν σπουδῇ τὰ ἑαυτῶν συναγαγόντες ἀκάτια, πρὸ τοῦ περιβόλου τοῦ ἄστεος εἵλκυσαν, ἵνα παραῤῥέων ὁ Ἴστρος τὸ θάτερον τοῦ Δορυστόλου περικλύζει πλευρόν. ταῦτα αἱ πυρφόροι νῆες κυκλόθεν ἐφρούρουν, ὡς μὴ εἴη Σκύθαις ἐνὸν, αὐτῶν ἐπιβεβηκόσιν, ἐπὶ τὴν σφῶν ἀνασώζεσθαι γῆν. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ Ταυροσκύθαι, τοῦ ἄστεος ὑπεκδύντες, κατὰ τὸ πεδίον ἐτάξαντο, ποδηνεκεῖς θυρεοὺς προβαλλόμενοι καὶ θώρακας ἀλυσιδωτούς. Ῥωμαῖοι δὲ καὶ αὐτοὶ τοῦ χάρακος ὑπεξ- Fol. 312 r. ἦεσαν ἐς τὸ ἀκριβὲς τεθωρακισμένοι· καὶ καρτερῶς ἄμφω τὰ μέρη διηγωνίζοντο, καὶ ἀμφίδοξος ἡ νίκη ἐδόκει, ἄλλοτε θατέρου μέρους ὠθοῦντος. ἐπεὶ δέ τις Ῥωμαίων τῆς φάλαγγος ἀποῤῥαγεὶς τὸν μετὰ Σφενδοσθλάβον τρίτον παρὰ Ταυροσκύθαις τιμώμενον Σφέγκελον, ἐκθύμως τότε διαγωνιζόμενον, κατηκόντισεν, ἄνδρα γιγαντώδη καὶ νεανικόν· ἐπὶ τῷ τούτου πτώματι διαταραχθέντες Ταυροσκύθαι βάδην τοῦ πεδίου ὑπενόστουν καὶ πρὸς τὸ ἄστυ ἠπείγοντο. τηνικαῦτα καὶ Θεύδωρος, ὁ τὴν κατεπωνυμίαν Λαλάκων, ἀνὴρ κατά τε ἀλκὴν καὶ σώματος ῥώμην

13. ὑστερέᾳ cod. 21. ἐπεὶ τὸ τούτου πτώματι cod.

2. Eodem tempore triremes igniferae Romanorum cum navibus frumentariis adverso Istro adnavigantes conspiciebantur: quas nostri videntes incredibili sunt laetitia affecti, nec minus Scythae perturbati, quod impositum navibus madidum ignem verebantur. Audierant enim a maioribus natu gentis, quemadmodum maximam classem Ingoris, patris Sphendosthlabi, Romani eodem Medico igne in Ponto combussissent. Ita celeriter lenunculos suos contractos ante muros oppidi subduxerunt, qua praeterfluens Ister alterum latus Dorystoli alluit. Eosdem igniferae nostrae naves circumcirca observabant, ne Scythis facultas daretur, conscensis scaphis, in suam se regionem recipiendi. Postero die Tauroscythae, ex oppido egressi, aciem in planitie instruxerunt, scutis ad pedes usque pertinentibus et loricis hamatis tecti. Item Romani castris progressi sunt bene loricati: et acriter utrimque pugnatum est, incerta victoria, altero alterum propellente. Ubi vero Romanorum aliquis ex phalange procurrens Sphencelum, qui tertio post Sphendosthlabum loco a Tauroscythis honorabatur, animose tunc praeliantem confixit, virum vasto corpore et audacia iuvenili: huius casu perturbati Tauroscythae e planitie pedem referre, inque oppidum se recipere coeperunt. Eodem praelio Theodorus cognomento Lalaco, homo ob robur corporis, quod summum erat in illo, metuendus et

δυσάντητος καὶ ἀκαταγώνιστος, πλείστους τῶν δυσμενῶν σιδηρᾷ κορύνῃ ἀπέκτεινεν. ἰσχύϊ γὰρ χειρὸς ταύτην καταφέρων, αὐτῇ κυνῇ καὶ τὴν ταύτῃ περιστελλομένην συνέθλαττε κεφαλήν. ἀλλ' οὕτω μὲν τότε Σκύθαι, τὰ νῶτα δόντες, διὰ τοῦ ἄστεος ὑπενόστησαν. Ῥωμαίους δὲ ὁ βασιλεὺς, τὸ ἀνακλητικὸν ἐπαυλεῖν ἐγκελεύσας, συνεκαλεῖτο ἐπὶ τὸν χάρακα, οὓς δώροις καὶ προπόσεσιν ἐθεράπευε, προθυμοποιῶν, ῥωμαλέως ἐπὶ τοὺς πολέμους χωρεῖν. A. C. 973 I. I. 3

γ'. Ἐν τούτῳ δὲ τῶν πραγμάτων ἠωρημένων, καὶ τῆς μάχης ἔτι συνεστηκυίας, Λέων Κουροπαλάτης, ὁ τοῦ αὐτοκράτορος Νικηφόρου ὁμαίμων, ἐπὶ τὴν κατὰ Λέσβον Μήθυμναν ἅμα Νικηφόρῳ τῷ υἱῷ φρουρούμενος, ὡς μοι ἤδη δεδήλωται, χρυσῷ τοὺς φρουροὺς διαφθείρας, ἐς ἀποστασίαν ἀπέκλινεν, ἀσινεῖς ἔχων τὰς κόρας τῶν ὀφθαλμῶν. ὁ γὰρ ἐκτυφλοῦν τὸ πρόσθεν αὐτὸν προτραπείς, εἴτε κατ' ἐντολὴν τοῦ βασιλέως τοῦτο πεποιηκὼς (ὑπονοεῖται γὰρ καὶ τοῦτο· τεκμήριον δὲ, ὅτι μετὰ τὴν τοῦ δράματος διάγνωσιν κακῶν ἀπαθὴς ὁ ἄνθρωπος ἔμεινεν), εἴτε καὶ οἴκτῳ τῆς τοσαύτης ἐπικαμφθεὶς συμφορᾶς, τὰς μὲν βλεφαρίδας ἐκείνου κατέκαυσεν, ἀσινεῖς δὲ καὶ ἀκηράτους τὰς κόρας παρέλιπε. τότε γοῦν εἰς ἀκάτιον ὁ Κουροπαλάτης ἐμβὰς, τῇ κατ' ἀντιπέρας Βυζαντίου χθονὶ λελῃθότως προσώρμισεν, ἐπί τι φροντιστήριον, ὃ Πηλαμὺς κέκληται, κρυπτόμενος. ἐκεῖθέν τε διά τινος τῶν οἰκείων τοῖς φίλοις καὶ γνωστοῖς τὴν αὐτοῦ καταμηνύει ἄφιξιν. οἱ δὲ παντὶ σθένει συνάρασθαι οἱ διωμολόγουν, καὶ πλῆθος συναθροίσειν ἐνόπλων ἀν- P. 90 B

3. κυνῇ] κοινῇ cod. συνέθλαττε. Lege aut συνέθλα, aut συνέθλασε. 14. αὐτῶν cod.

inexpugnabilis, hostes numero plurimos clava ferrea interfecit. Quam manu tam valenti demittebat, ut simul et galeam et caput illa tectum confringeret. In hunc modum Scythae, fuga facta, in oppidum reverterunt. Romanos Imperator, receptui cani iubens, in castra revocavit: ubi donis eos conviviisque accepit, animosque ad strenue ineundam pugnam maiores fecit.

3. Eatenus dubio rerum exitu, flagrante etiam bello, Leo Curopalates, Nicephori Imperatoris frater, quem Methymnae in Lesbo insula asservatum esse supra demonstravi, custodibus pecunia corruptis, rebellavit: quippe illaesas habebat oculorum pupillas. Etenim cui prius fuerat eius excaecatio mandata, is sive Imperatoris iussu (suspicantur et hoc, ob rationem illam, quod re patefacta homo impunitus permansit), sive misericordia motus tantae calamitatis, cilia eius combussit, pupillas illaesas et intactas reliquit. Ita Curopalates, conscenso lembo, ad oram contra Constantinopolim clam appulit, inque monasterio, quod Pelamys vocatur, se occultavit. Inde mittit certum hominem, qui amicis et familiaribus nunciaret se venisse. Hi suum auxilium pro viribus pollicentur: manum armatorum sese coacturos;

A. M. 6480 Ind. 15 δρῶν, καὶ τὰς τῆς βασιλικῆς ἑστίας κλεῖς ὑφελέσθαι, δι' ὧν αὐτῷ εὐπετῶς ἡ ἐς τὰ βασίλεια γένοιτο πάροδος. καὶ δῆτα ἔργου εἴχοντο, καὶ τὴν διὰ λόγων ὑπόσχεσιν καὶ δι' ἔργων ἀνύττειν ἐπεχείρουν, μηδόλως μελλήσαντες. ἐντεῦθεν δή τινα τῶν βασιλικῶν κλειδούχων δωρεαῖς ὑποποιησάμενοι, κηρῷ τὰς κλεῖς ἐκτυποῦν ἔπεισαν, C καὶ αὐτοῖς ἐπιδοῦναι τὸν κηρόν. καὶ ὃς, οὐδὲν ἀναδὺς, τυπώσας Fol. 312 v. τὸν κηρὸν ἐπεδίδου· οἱ δὲ, βάνανσον μισθωσάμενοι, τὰς κλεῖς ἐφ' ἑστίας ὡς τάχος ἐχάλκευσαν.

δ'. Ἐπεὶ δὲ πάντα τούτοις κατὰ γνώμην, ὥς γε ἐδόκει, ἐχώρει, τὸν Κουροπαλάτην ἐκάλουν περαιοῦσθαι τὸν Βόσπορον, καὶ καταίρειν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον. ὁ δὲ, τῶν νυκτῶν ἀωρὶ νεὼς ἐπιβὰς καὶ τῇ ἀκροπόλει προσσχὼν, ἐκεῖθεν διά τινος πυλίδος ὑπὸ τὴν τοῦ ἁγίου Φωκᾶ τελεθούσης ἑστίαν, ἔνδον εἰσῄει τοῦ ἄστεος, τὴν τῆς ἡγεμονίας ἀρχὴν ἤδη κατέχειν ἐν ταῖς χερσὶν ὀνειροπολῶν. D τῷ δὲ, ἀντὶ πορφυρίδος λαμπρᾶς, καὶ σκήπτρων χρυσῶν, καὶ τυραννίδος, ἣν ὡς μὴ ὤφελεν ἐμελέτησεν, ἐκτύφλωσιν πικρὰν καὶ ὑπερορίαν μακρὰν, καὶ δήμευσιν τῶν οἰκείων ἡ τύχη ἐσκαιωρεῖτο, ἐπιγελῶσά που τοῖς ἐλπιζομένοις τἀνδρὶ, ὡς οὐκ ἐν ἐχυρῷ κειμένοις, ἀλλ' εἰς τοὔμπαλιν αὐτῷ περιτρεπομένοις, καὶ χαλεπὴν τῶν ἀτυχημάτων ἐπικυλίνδουσι συμφοράν. ἄρτι γὰρ, ἐπείπερ κατ' οἰκόν τινος τῶν ὑπηρετουμένων αὐτῷ ἐν τοῖς τοῦ Σφορακίου μέρεσι καθῆστο, τοὺς συνωμότας συνελθεῖν ἐκδεχόμενος, εἷς τῶν ἑφεπομένων αὐτῷ, τῆς ἑστίας ὑπεξελθὼν, πρόσ- P. 91 εισι τῶν συνήθων τινὶ, βασιλικῆς ἱστουργίας ὄντι μελεδωνῷ, τὴν

12. προσχὼν cod. 13. τελεσούσης cod. 15. τῷ] τὸ cod. 22. καθείσθω cod.

claves palatii surrepturos, per quas facilis ei fieret in sacrum limen ingressus. Proinde suscipiunt negotium: quod verbis erant polliciti, nil morati re perficere conantur. Persuadent uni ex ostiariis palatinis donis inducto, ut in cera claves imprimeret, ceram sibi communicaret. Is, promtus ad rem, ceram informatam tradit: coniurati, opificem conducentes, claves celeriter domi cudendas curant.

4. Cum omnia ex sententia, ut rebantur illi, successissent, vocant Curopalatem, ut, traiecto freto, Constantinopolim appelleret. Is nocte intempesta navi conscensa ad arcem delatus, ibi per portulam, quae sub S. Phocae est, urbem intrat, imperium iam se manibus tenere somnians. Verum huic pro fulgente purpura, pro sceptro aureo, pro tyrannide, quam infausto omine machinabatur, excaecationem diram, longinquum exilium, publicationem bonorum parabat fortuna, irridens spem hominis, quae nimium fallax in contrariam partem evasit, acerbamque illi malorum miseriam intulit. Dum enim in aedibus cuiusdam ex facientibus secum in regione Sphoracii desidet, coniuratorum conventum praestolans, aliquis asseclarum, aedibus elapsus, ad familiarem ipsius, textrini Augusti procuratorem, acce-

τοῦ Κουροπαλάτου ἐνδημίαν μηνύων αὐτῷ, καὶ τὸ δρᾶμα ἀνα- A. C. 972
καλύπτων, καὶ προσλιπαρῶν συνάρασθαι αὐτοῖς μετὰ τοῦ τὴν I. I. 3
ἱστουργικὴν αὐτουργοῦντος συστήματος. ὁ δὲ τὴν ταχίστην βοη-
θεῖν ἐπηγγέλλετο, καὶ ἀναστὰς ὡς τὸ περὶ αὐτὸν πλῆθος καλέ-
σας ἀπῄει. παρὰ Λέοντα δὲ τὸν Πατρίκιον καὶ πλωΐμου Δρουγ-
γάριον ἀφικόμενος, ὃς τότε παρὰ βασιλέως τὴν τοῦ Βυζαντίου
ἐκεχείριστο πρόνοιαν, πάντα τούτῳ δηλοῖ· καὶ ὡς ὁ Κουροπα-
λάτης ἐκ τῆς ὑπερορίας ἀναχθείς, ἐπηλύτης τε ὢν, καὶ κατά
τινα οἰκουρῶν ἑστίαν, ὅσον οὔπω βούλεται τυραννεῖν. ὁ δὲ τῷ B
ἀθρόῳ τῆς ἀγγελίας καταπλαγείς, εἶτ' αὖθις ἀνενεγκὼν (ἦν δὲ
σταθηρὸς ἐν περιστάσεσι, καὶ τὰ δέον δραστήριος ἐν ἀπόροις
ἐξευρεῖν), τὸ περὶ αὐτὸν στῖφος ἀνειληφὼς, ἐξαυτῆς τῇ οἰκίᾳ,
καθ' ἣν ὁ Κουροπαλάτης κατήγετο, ἐπιτίθεται. ἐπεὶ δὲ ἔγνω τὸ
καθ' αὑτὸν δρᾶμα κατάφωρον ὁ Κουροπαλάτης καὶ ἔκδηλον γε-
γονὸς, διά τινος παραθύρου μετὰ τοῦ υἱοῦ ὑπεκδὺς Νικηφόρου,
ἐς τὸν θεῖον καὶ μέγαν καταφεύγει σηκὸν, ἱκέτης ἐλεεινὸς ἀντὶ
σοβαροῦ τυράννου καὶ ἀλαζόνος ὁρώμενος. ὃν ἐκεῖθεν οἱ περὶ
τὸν Δρουγγάριον ἀποσπάσαντες, εἰς ἀκάτιόν τε ἅμα τῷ υἱῷ Νι-
κηφόρῳ ἐμβαλόντες, πρὸς τὴν λεγομένην Καλώνυμον νῆσον πε-
ριορίζουσι· κελεύσει τε βασιλικῇ αὖθις πρὸς τοῦ αὐτοκράτορος
ἐκ Μυσίας ἐνηνεγμένῃ ἀμφοτέρους ἀποτυφλοῦσι, καὶ τὴν τού-
των περιουσίαν δημεύουσιν.

ε'. Ἀλλ' οὕτω μὲν τῷ Κουροπαλάτῃ Λέοντι τὰ τῆς τυραν- Fol. 313 r.
νίδος εἰς δεινὸν καὶ ὀλέθριον κατέληξε τέλος. οἱ δὲ Ῥῶς συνα- C

8. ἐπιλύτης cod. 10. ἀνενεγκών. Vid. supra 24. C. 21. ἐνηνεγμένης cod.

dit: nunciat, Curopalatem venisse: consilio patefacto rogat, ut sibi cum corpore textorum auxilio sit. Hic se cito praesto illi fore spondet, surgens tanquam officium vocaturus abit. Verum, ad Leonem Patricium classis Drungarium introductus, cui ab Imperatore erat Constantinopolis commissa cura, ibi omnia defert: Curopalatem, de exilio reversum, in urbe commorari, domo aliqua se continere, nec quicquam propius esse quam ut regnaret. Perculsus subito hoc nuncio Drungarius ubi se collegit (ut erat firmo in periculis animo, et industrius in rebus dubiis ad optima consilia invenienda), sumta sua cohorte, domum, in qua Curopalates deversabatur, continuo invasit. Is cum rem deprehensam perspectamque esse intellexisset, per posticum cum Nicephoro filio elapsus in divinam et magnam aedem confugit, miser supplex ex tyranno glorioso atque arrogante factus. Inde eum protractum homines Drungarii in lenunculum cum Nicephoro filio coniiciunt, inque insulam, quae vocatur Calonymus, deportant: ubi mandato Aug. a principe ex Moesia allato ambos excaecant, bonis eorum publicatis.

5. In hunc modum Leonis Curopalatae rebellio tristem et fatalem habuit

A. M. 6480 Ind. 15 σπίσαντες (αὖθις γὰρ ὁ λόγος, ὅθεν ἐξέβη, ἐπάνεισιν), ἐπὶ τὸ πεδίον ἐξῆεσαν, παντὶ σθένει πειρώμενοι, τὰς τῶν Ῥωμαίων πυρπολεῖν μηχανάς. οὐ γὰρ τὰς τούτων μετὰ ῥοίζου ἔστεγον ἐκπεμπομένας βολὰς, πλείστων ὁσημέραι ὑπὸ τῶν ἀφιεμένων λίθων ἀναιρουμένων Σκυθῶν. Ἰωάννης δὲ ὁ Κουρκούας καὶ Μάγιστρος, ἐκ γένους προσήκων τῷ βασιλεῖ, τὴν τῶν τοιούτων μη-
D χανημάτων ποιούμενος φυλακὴν, τὴν μετὰ θράσους ὁρμὴν τῶν ἐναντίων ἰδὼν, καὶ ἄλλως οἴνῳ καρηβαρῶν καὶ νευστάζων (μετ' ἄριστον γὰρ ἦν), ἵππου ἐπιβὰς, σὺν τοῖς ἑφεπομένοις λογάσιν ἤλαυνε κατ' αὐτῶν. βόθρῳ δὲ ὁ ἵππος κατενεχθεὶς ἀποβάλλει τῶν νώτων τὸν Μάγιστρον. οἱ δὲ Σκύθαι, ἀριπρεπῆ πανοπλίαν ἰδόντες, καὶ φάλαρα τοῦ ἵππου καὶ τὴν ἄλλην σκευὴν ἐξειργασμένα λαμπρῶς (ἐτύγχανον γὰρ κατακόρως ἀληλιμμένα χρυσῷ), δόξαντες αὐτὸν ἐκεῖνον εἶναι τὸν αὐτοκράτορα, ἀθρόως περιδρα-
P. 92 μόντες αὐτοῖς ὅπλοις τοῦτον τοῖς ξίφεσι καὶ πελέκεσι κατεμέλισαν ἀπηνῶς· δορατίῳ τε τὴν κεφαλὴν περιπείραντες, ἐπὶ τῶν πύργων κατέπηξαν, Ῥωμαίους τωθάζοντες, ὡς τὸν σφῶν βασιλέα δίκην βοσκήματος κρεουργήσαντες. ἀλλὰ τοιαῦτα μὲν Ἰωάννης ὁ Μάγιστρος ἀπηνέγκατο τὰ ἐπίχειρα, ὧν εἰς τοὺς θείους πεπαρωνήκει σηκοὺς, θυμοῦ βαρβαρικοῦ γεγονὼς παρανάλωμα. λέγεται γὰρ πολλοὺς τῶν κατὰ Μυσίαν κεραΐσαι, καὶ τὰ τούτων ἔπιπλα καὶ σκεύη τὰ ἱερὰ εἰς ἰδιωτικὰ μετασκευάσαι κειμήλια.

ς'. Ῥῶς δὲ τῇ τοιαύτῃ νίκῃ κατεπαρθέντες, ἐς τὴν ἐπιοῦσαν
B τοῦ ἄστεος ὑπεξιόντες, παρὰ τὸ μεταίχμιον ἐτάξαντο· Ῥωμαῖοι

13. ἀληλεγμένα cod.

exitum. Russi vero, phalange facta (redit enim eo, unde egressa est, oratio), in campum processerunt, summa vi contendentes, ut Romanorum tormenta concremarent. Aegre enim tela cum stridore inde missa tolerabant, quibus quotidie Scythae plurimi lapidibus icti deiiciebantur. Agebat tormentorum custodiam Ioannes Curcuas magister militiae, genere cum Imperatore coniunctus. Is ubi hostes audacter procurrentes vidit, vini somnique plenus (quod post prandium res gerebatur), equo conscenso, cum sequentibus delectis contra venit. Equus in scrobem delatus dorso eum excutit. Tum Scythae, insignem armaturam eius, phalerasque equi cum reliquo ornatu elaboratas magnifice conspicati (erant enim affatim inducta auro), rati Imperatorem esse, omnes simul circumfusi una cum armis eum gladiis securibusque ferum in modum articulatim dividunt: caput pilo fixum in turribus constituunt, Romanos irridentes, quod eorum Imperatorem victimae ritu obtruncassent. Has Ioannes Magister poenas scelerum in aedes sacras commissorum tulit, ut a furore barbarorum opprimeretur. Etenim ecclesias multas in Moesia vastasse dicitur, earumque vestem et vasa sacra in privatam supellectilem convertisse.

6. Russi eiusmodi victoria elati, postridie eius diei oppido egressi, adversa acie constiterunt: itemque Romani, in altum cuneum conferti, ob-

δὲ καὶ αὐτοὶ, ἐς βαθεῖαν συνασπίσαντες φάλαγγα, τοῦτοις ἀν- A. C. 972
τεπῆεσαν. ἐνταῦθα Ἴκμορα, τὸν μετὰ τὸν Σφενδοσθλάβον τὸ I. I. 8
Σκυθικὸν ἄγοντα στράτευμα καὶ τιμώμενον εὐθὺς μετ' ἐκεῖνον,
ἄνδρα γιγαντώδη καὶ νεανικὸν, ἰδὼν Ἀνεμᾶς, ὁ τῶν βασιλικῶν
σωματοφυλάκων εἷς, καὶ τοῦ τῶν Κρητῶν υἱὸς ἀρχηγοῦ, ἐν-
θουσιωδῶς ἐφορμῶντα μετὰ τῆς τῶν ἑφεπομένων πεζεταίρων
φάλαγγος καὶ πλείστους Ῥωμαίων ἀποκτιννύοντα, ἀλκῇ τε φύ-
σεως ἐπαρθεὶς, τὸ παρῃωρημένον ξίφος ἑλκύσας, καὶ τὸν ἵππον
τῇδε κἀκεῖσε παρεξελάσας, τοῖς τε μύωψι καταικίσας, κατὰ τοῦ
Ἴκμορος ἴεται, καὶ τοῦτον κατειληφὼς πλήττει κατὰ τοῦ τένον- C
τος· ἡ δὲ τοῦ Σκύθου κεφαλὴ σὺν τῇ δεξιᾷ ἐκτμηθεῖσα χειρὶ
πρὸς τοὔδαφος ἀπηράττετο. τοῦ δὲ πεσόντος, βοή τις παρὰ τῶν
Σκυθῶν οἰμωγῇ σύμμικτος αἴρεται· Ῥωμαῖοι δὲ τούτοις ἐπέ-
δραμον. οἱ δὲ οὐκ ἤνεγκαν τὴν τῶν ἐναντίων ῥοπὴν, ἀλλὰ τῷ
τοῦ σφῶν στρατηγοῦ πάθει ἐκτόπως περιαλγήσαντες, τὰ σάκη Fol. 313 v.
κατωμαδὸν ἄραντες, ἐχώρουν διὰ τοῦ ἄστεος, οὓς ἐπισπόμενοι
Ῥωμαῖοι ἀπέκτεινον. ἤδη δὲ νυκτὸς κατασχούσης, καὶ τῆς μήνης
πλησιφαοῦς οὔσης, κατὰ τὸ πεδίον ἐξελθόντες τοὺς σφετέρους
ἀνεψηλάφων νεκρούς· οὓς καὶ συναλίσαντες πρὸ τοῦ περιβόλου
καὶ πυρὰς θαμινὰς διανάψαντες, κατέκαυσαν, πλείστους τῶν D
αἰχμαλώτων, ἄνδρας καὶ γύναια, ἐπ' αὐτοῖς κατὰ τὸν πάτριον
νόμον ἐναποσφάξαντες. ἐναγισμούς τε πεποιηκότες, ἐπὶ τὸν
Ἴστρον ὑπομάζια βρέφη καὶ ἀλεκτρυόνας ἀπέπνιξαν, τῷ ῥοθίῳ
τοῦ ποταμοῦ ταῦτα καταποντώσαντες. λέγεται γὰρ Ἑλληνικοῖς

4. *νεανικόν*. Vid. supra 89. C. Ἀναιμᾶς cod., sed Cedrenus II. 678. D. et alibi recte per ε.

viam procedunt. Erat Icmor, qui sub Sphendosthlabo exercitum Scythicum ducebat, proximus post illum auctoritate, vir immani corpore et ferocia iuvenili. Hunc Anemas ex protectoribus palatinis, Cretici satrapae filius, conspicatus magno impetu cum cohorte satellitum, quos circa se habebat, incurrere, Romanorumque complures occidere, virtute animi elatus, gladio ab latere stricto, huc illuc conversum incensumque calcaribus equum in Icmorem immisit: quem nactus cervicem gladio appetit: Scythae caput cum manu dextra abscisum solo afflixit. Duce cadente clamor a Scythis lamentatione permixtus tollitur: fit in eos a Romanis impetus. Quem illi non sustinuerunt; sed, praetoris caede vehementer commoti, scutis post humeros reiectis in oppidum reversi sunt. Romani quos possunt consectantur atque occidunt. Coepta iam nocte, cum luna pleno orbe colluceret, in campum egressi mortuos suos conquisiverunt: hos pro muro coacervatos rogis compluribus accensis cremaverunt, in iisdem captivos numero plurimos, viros et mulieres, patrio more iugulantes. Item inferias celebrantes, in Istro lactentes infantes et gallos gallinaceos suffocabant, undis fluminis mersos. Etenim dicuntur gentilium sacris addicti, Graecorum more sacrificia et li-

A. M. 6480 Ind. 15 ὀργίοις κατόχους ὄντας, τὸν Ἑλληνικὸν τρόπον θυσίας καὶ χοὰς τοῖς ἀποιχομένοις τελεῖν, εἴτε πρὸς Ἀναχάρσεως ταῦτα καὶ Ζαμόλξιδος, τῶν σφετέρων φιλοσόφων, μυηθέντες, εἴτε καὶ πρὸς τῶν τοῦ Ἀχιλλέως ἑταίρων. Ἀρριανὸς γάρ φησιν ἐν τῷ Περίπλῳ,

P. 93 Σκύθην Ἀχιλλέα τὸν Πηλέως πεφηνέναι, ἐκ τῆς Μυρμηκιῶνος καλουμένης πολίχνης, παρὰ τὴν Μαιῶτιν λίμνην κειμένης· ἀπελαθέντα δὲ πρὸς τῶν Σκυθῶν διὰ τὸ ἀπηνές, ὠμὸν, καὶ αὐθαδες τοῦ φρονήματος, αὖθις Θετταλίαν οἰκῆσαι. τεκμήρια τοῦ λόγου σαφῆ ἥ,τε τῆς ἀμπεχόνης σὺν τῇ πόρπῃ σκευὴ, καὶ ἡ πεζομαχία, καὶ ἡ πυρσὴ κόμη, καὶ οἱ γλαυκιῶντες ὀφθαλμοὶ, καὶ τὸ ἀπονενοημένον, καὶ θυμοειδὲς, καὶ ὠμόν· ἃ καὶ ὀνειδίζων Ἀγαμέμνων ἐπέσκωπτεν, οὕτωσὶ λέγων·

„Αἰεὶ γάρ τοι ἔρις τε φίλη, πόλεμοί τε, μάχαι τε."

φόνῳ γὰρ εἰσέτι καὶ αἵματι τὰ νείκη Ταυροσκύθαι διακρίνειν Βεἰώθασιν. ὅτι δὲ τὸ ἔθνος ἀπονενοημένον, καὶ μάχιμον, καὶ κραταιὸν, πᾶσι τοῖς ὁμόροις ἐπιτιθέμενον ἔθνεσι, μαρτυροῦσι πολλοὶ, καὶ ὁ θεῖος δὲ Ἰεζεκιὴλ, μνήμην τούτου ποιούμενος, ἐν οἷς ταῦτά φησιν· „Ἰδοὺ ἐγὼ ἐπάγω ἐπὶ σὲ τὸν Γὼγ καὶ Μαγὼγ, ἄρχοντα Ῥώς." Ἀλλ' ἀπόχρη μὲν ταῦτα περὶ τῶν Ταύρων ἐναγισμῶν.

ζ. Τότε δὲ ἤδη διανισχούσης ἡμέρας βουλὴν ὁ Σφενδοσθλάβος τῶν ἀρίστων ἐκάθιζεν, ἣν καὶ κομέντον τῇ σφετέρῳ διαλέκτῳ φασίν. ἄρτι δὲ συναθροισθέντων περὶ αὐτὸν, καὶ ὅ,τι

5. πεφηνέναι. Vid. supra 51. C. 60. D. 102. B. 13. Iliad. A. 177. 18. τὸν Ἀγὼγ καὶ Μαγὼγ cod. Ezech. XXXIX. 1. Ἰδοὺ ἐγὼ ἐπὶ σὲ Γὼγ ἄρχοντα ῥώς· et idem XXXVIII. 2.

bamina manibus offerre, sive ab Anacharside et Zamolxi, suis philosophis, ad hunc modum, sive a sociis Achillis initiati. Siquidem Arrianus in Periplo auctor est, Achillem Pelei filium Scytham exstitisse, Myrmecione natum, quod est ad Maeotidem paludem oppidulum: expulsum vero a Scythis ob saevitiam, crudelitatem, arrogantiam animi, in Thessalia posthaec sedem collocasse. Cuius rei clara argumenta sunt amictus fibulati ratio, pugna pedestris, capillus rufus, oculi glauci, amentia, iracundia, crudelitas: quae ipsa conviciis Agamemnon consectabatur, sic dicens:

„Huic semper iurgia cordi,
Rixaeque, pugnaeque."

Caede enim et sanguine ad hanc diem Tauroscythae dirimere rixas consuerunt. Audaciam autem et virtutem atque robur gentis, finitimum quemque populum invadentis, cum multi alii testantur, tum etiam divus Ezechiel, mentione eius facta, ubi ad hunc modum ait: „Ecce ego induco super te Gog et Magog, principem Rhos." Sed de inferiis Taurorum haec sufficiant.

7. Inter haec prima luce Sphendosthlabus consilium primorum ordinum constituit, quod sua lingua comentum appellant. Coactos quid agat

δεῖ καὶ δρᾷν πρὸς αὐτοῦ διερωτηθέντων, οἱ μὲν ἀωρὶ συνε- A. C. 972
βούλευον τῶν νυκτῶν, ἐπιβάντες τῶν πλοίων, πάσῃ μηχανῇ I. I. 3
κλέψαι τὴν φυγήν· μὴ γὰρ οἵους τε καθεστάναι ἱππόταις πανσι- C
δήροις ἀνδράσι συμπλέκεσθαι, ἀποβαλόντας καὶ ταῦτα τοὺς
πρωταγωνιστὰς, ὑφ' ὧν τὸ στρατόπεδον ἀνερρώννυτο, καὶ οἱ
θυμοὶ τῶν ἀνδρῶν παρεθήγοντο. οἱ δὲ τοὔμπαλιν δεξιὰς ἐμβάλ-
λειν Ῥωμαίοις ἐξυνεβούλευον, καὶ πίστεις λαμβάνειν, καὶ οὕτω
διασώζειν τὴν περιλειφθεῖσαν στρατιάν. οὐδὲ γὰρ ἔχειν εὐχερῶς Fol. 314 r.
κλέψαι τὸν ἀπόπλουν, τῶν πυρφόρων νεῶν παρὰ τοῦ Ἴστρου ἄν-
δηρα ἑκατέρωθεν φρουρουσῶν τὰ πορθμεῖα, ὡς, ἡνίκα πειρα-
θεῖεν ἐκπλεῦσαι τὸν ποταμὸν, πυρπολήσειν ἑαυτῆς ἅπαντα.
ὁ δὲ Σφενδοσθλάβος, μύχιον καὶ πικρὸν ἀνοιμώξας, „οἴχεται D
τὸ κλέος," ἔφη, „ὃ τῇ Ῥωσικῇ πανοπλίᾳ συνείπετο, τὰ πρόσοικα
καταστρεφομένῃ ἔθνη ἀπονητὶ, καὶ χώρας ὅλας ἀνδραποδιζο-
μένῃ ἀναιμωτὶ, εἰ νῦν ἀκλεῶς Ῥωμαίοις ὑπείξομεν. ἀλλὰ γὰρ,
τὴν ἐκ προγόνων ἀνειληφότες ἀρετὴν, ἀναλογισάμενοί τε, ὡς ἀκα-
ταγώνιστος ἡ Ῥωσικὴ μέχρι καὶ τήμερον καθέστηκεν ἀλκὴ, ἐκ-
θύμως ὑπὲρ τῆς σφῶν σωτηρίας διαγωνισώμεθα. οὐδὲ γὰρ ἔθι-
μον ἡμῖν φεύγουσιν ἐς τὴν πατρίδα φοιτᾷν, ἀλλ' ἢ νικῶντας
ζῆν, ἢ εὐκλεῶς τελευτᾷν, ἔργα ἐπιδεδειγμένους γενναίων ἀνδρῶν."
τοσαῦτα μὲν ὁ Σφενδοσθλάβος ἐβούλευσεν.

η' Λέγεται δὲ καὶ τοῦτο περὶ Ταυροσκυθῶν, μήποτε μέχρι P. 94
καὶ νῦν ἑαυτοὺς ἐγχειρίζειν τοῖς δυσμενέσιν ἡττωμένους· ἀλλ' ἤδη
τῆς σωτηρίας ἀπαγορεύσαντας ὠθεῖν τε κατὰ τῶν σπλάγχνων τὰ

7. ἐξυνεβούλευον. Sic cod., duplici augmento. 9. πορφύρων cod.
παρὰ τοῦ] Sic cod. Leg. παρὰ τὰ τοῦ.

consulit. Alii multa de nocte naves conscendendas, omnibusque modis furtim elabendum, existimant; nullo se pacto equites cataphractos sustinere posse, idque postquam virtute praestantes duces amisissent, qui exercitum confirmare, animos militum incitare consueverint. Contra ea alii censebant compositionem cum Romanis fieri oportere, atque ita fide accepta reliquias exercitus servari. Clam ab oppido solvere non esse facile, quod igniferae naves ad ripam Istri utrobique transitum custodirent, ut, simul ac conarentur in amnem enavigare, cuncta evestigio cremarent. Tum vero cum ingemuisset vehementius Sphendosthlabus, „Periit," inquit, „gloria, arma Russica sequens, quae modo populos finitimos nullo negotio subegerunt, modo citra sanguinem integras tenuerunt regiones, si nunc turpiter cedimus Romanis. Quin, repraesentantes patriam virtutem, reputamus, invictum usque adhuc perstitisse Russicum robur, et pro nostra salute acriter confligimus? Non solemus nos quidem fugientes in patriam reverti, sed vel vivere victores, vel gloriose mori, effectis virorum fortium facinoribus." Eiusmodi consilium egit Sphendosthlabus.

8. Memoratur illud quoque de Tauroscythis, eos nunquam usque ad hanc diem hostibus dedere se victos: verum, salute desperata, gladio vi-

A. M. 6480 Ind. 15 ξίφη, καὶ οὕτως ἑαυτοὺς ἀναιρεῖν. τοῦτο δὲ πράττουσι, δόξαν κεκτημένοι τοιαύτην· φασὶ γὰρ τοὺς πρὸς τῶν ἐναντίων κατακτεινομένους ἐν τοῖς πολέμοις, μετὰ τὸν μόρον καὶ τὴν ἐκ τῶν σωμάτων διάζευξιν τῶν ψυχῶν ἐν ᾅδου τοῖς αὐθένταις ὑπηρετεῖν. Ταυροσκύθαι δὲ, τὴν τοιαύτην δεδιότες λατρείαν, ἀποστυγοῦντες δὲ καὶ τοῖς ἀναιροῦσιν αὐτοὺς ἐξυπηρετεῖν, τῆς ἑαυτῶν σφαγῆς
B αὐτόχειρες γίνονται. ἀλλὰ τοιαύτη μὲν ἡ ἐπικρατήσασα ἐν αὐτοῖς δόξα. τότε δὲ, τῶν τοῦ ἄρχοντος λόγων ἀκούσαντες, φιλοψυχότατα τὸν ὑπὲρ τῆς σφῶν σωτηρίας αἱρεῖσθαι κίνδυνον κατετίθεντο, ἐκθύμως τε πρὸς τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀντιτάξασθαι δύναμιν. τῇ γοῦν ὑστεραίᾳ (ἕκτη δὲ ἦν τῆς ἑβδομάδος ἡμέρα, καὶ εἰκάδα τετάρτην ἤλαυνεν ὁ Ἰούλιος μήν), περὶ καταφορὰν ὄντος ἡλίου, πανσυδὶ τῆς πόλεως ἐξελθόντες οἱ Ταυροσκύθαι, παντὶ σθένει διακινδυνεύειν ᾑροῦντο, εἰς φάλαγγα καρτερὰν συνασπίσαντες, καὶ προβαλόντες τοὺς ἄκοντας. Ῥωμαίους δὲ διατάξας ὁ βασιλεὺς ὑπεξῆγε
C τοῦ χάρακος. ἤδη δὲ τῆς μάχης καταῤῥαγείσης, εὐρώστως οἱ Σκύθαι Ῥωμαίοις ἐπῆσαν, τοῖς τε ἀκοντίοις σινόμενοι, καὶ τοῖς βέλεσι τοὺς ἵππους τιτρώσκοντες, καὶ τοὺς ἐπιβάτας εἰς γῆν καταβάλλοντες. ἐνταῦθα ὁ τῇ προτεραίᾳ ἠριστευκὼς Ἀνεμᾶς καὶ τὸν Ἴκμορον κατακτείνας, τὸν Σφενδοσθλάβον ἰδὼν ἐνθουσιωδῶς κατὰ Ῥωμαίων ὁρμῶντα καὶ μανικῶς, καὶ τὰς αὐτοῦ ἐπιῤῥωννύοντα φάλαγγας, τὸν ἵππον παρεξελάσας (εἰθισμένον δὲ ἦν αὐτῷ τοῦτο δρᾷν, καὶ πλείστους τῶν Σκυθῶν τοιούτῳ τρόπῳ
Fol. 314 v. ἀνεῖλε τὸ πρότερον), ὅλην ἡνίαν τῷ ἵππῳ ἀνεὶς ὡς αὐτὸν ἴεται,

20. Ἴκμορον. Supra 92. B. Ἴκμορα.

scera transverberare, seque ipsos sic interimere. Id faciunt, quod opinionem habent eiusmodi: aiunt si qui in bello ab hostibus occidantur, eos post mortem animorumque a corporibus discessum interfectoribus apud inferos servire. Quem famulatum verentes, Tauroscythae, potius quam percussoribus suis ministrent, rei remedium voluntaria morte quaerunt. Haec apud illos invaluit persuasio. Tunc vero, audita regis oratione, laete suae salutis causa subire periculum decreverunt, seque vi Romanorum fortiter opponere. Itaque postridie eius diei (qui dies erat septimanae sextus, a. d. IX kal. August.), iam ad occasum vergente sole, cum omnibus copiis ex oppido egressi totis viribus confligere statuunt: aciem condensam dirigunt, infestis pilis. Contra Imperator milites instructos ex castris educit. Praelio commisso, fortiter Scythae in Romanos impetum fecerunt, ita ut nostros pilis configerent, telis equos vulnerarent, sessoresque deiicerent. Ibi Anemas ille, qui pridie summam virtutem Icmore occiso praestiterat, Sphendosthlabum conspicatus temere effrenateque Romanos invadentem, phalangesque ipsius cohortantem, prorumpens se equo (quod consueverat facere, plurimosque Scytharum hoc pacto iam prius protriverat) effusis habenis in

καὶ ξίφει παίει κατὰ τῆς κλειδὸς, καὶ τὸν μὲν πρηνῆ καταβάλλει, A. C. 972
οὐ μὴν κατακτείνει. ἐπήρκεσε γὰρ ὁ ἀλυσιδωτὸς χιτὼν καὶ τὸ I. I. 3
σάκος, ἃ, δεδιὼς τὰς Ῥωμαϊκὰς αἰχμὰς, ἠμφιέννυτο. Ἀνεμᾶς D
δὲ, πρὸς τῆς τῶν Σκυθῶν κυκλωθεὶς φάλαγγος, τοῦ ἵππου
καταβληθέντος συχναῖς τῶν δοράτων βολαῖς, πλείστους μὲν
ἀναιρεῖ τούτων, ἐναποσφάττεται δὲ καὶ αὐτὸς, ἀνὴρ οὐδενὸς
τῶν ἡλικιωτῶν ἡττώμενος ἐν τοῖς κατὰ τὰς μάχας ἀνδραγαθήμασιν.

θ'. Ἐπὶ τῷ τούτου τοίνυν οἱ Ῥῶς ἀναθερρήσαντες πταίσματι, γεγωνόν τι καὶ ἄγριον ἐπηλάλαξαν, καὶ Ῥωμαίους ἀνώθησαν. οἱ δὲ προτροπάδην ὑπενόστουν, τὴν ἀλλόκοτον ὁρμὴν ἐκκλίνοντες τῶν Σκυθῶν. ἐνταῦθα ὁ βασιλεὺς, ὡς ἤσθετο κλι- P. 95
νομένην τὴν Ῥωμαϊκὴν φάλαγγα, δεδοικὼς, μὴ καταπτοηθεῖσα τὸ ἀλλόκοτον ὅρμημα τῶν Σκυθῶν, περὶ αὐτὰ παίσοι τὰ καίρια, τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἐγκελευσάμενος καὶ τὸ δόρι σθεναρῶς μεταχειρισάμενος, κατὰ τῶν ἀντιπάλων ἐχώρει. ἐποταγεῖτο δὲ καὶ τὰ τύμπανα, καὶ τὸ ἐννάλιον συνεπήχουν αἱ σάλπιγγες. Ῥωμαῖοι δὲ, τὴν τοῦ αὐτοκράτορος καταιδεσθέντες ὁρμὴν, τοὺς ἵππους περιελίξαντες, μετὰ ῥύμης τοῖς Σκύθαις ἐφώρμησαν. παραυτίκα δὲ καὶ θύελλα ψεκάδι συμμιγὴς ἀναῤῥιπισθεῖσα, ἐπὶ πολύ τε τοῦ ἀέρος χεθεῖσα, τοὺς δυσμενεῖς ἔβαλλε, καὶ ἡ κόνις ἐγειρομένη τοὺς αὐτῶν ἔβλαπτεν ὀφθαλμούς. λέγεται δὲ καί τινα B
λευκόπωλον ἄνδρα φανῆναι, προηγεῖσθαί τε Ῥωμαίων, καὶ τούτοις προτρέπεσθαι, χωρεῖν κατὰ τῶν Σκυθῶν· ὅστις θεσπεσίως

1. πρηνὴς cod. 11. Nota ἀλλόκοτον ὅρμημα repetitum statim post, 95. A. lin. 2. 15. ἀφ' cod., ut saepe.

eum involat, iugulum gladio appetit, ipsum praecipitem deturbat: interficere tamen non potuit. Restitit enim tunica hamis conserta et scutum, quae, Romanorum cuspides veritus, sumserat. Anemas, a cuneo Scytharum circumventus, equo multis hastarum ictibus confosso, postquam complures eorum interfecerat, ipse ibidem concidit, vir a nullo coaequalium facinoribus bellicis superatus.

9. Huius casu Russi denuo confirmati altius barbarorum more conclamant, nostros propellunt. Iamque illi cursim retro regredi, singularem vim hostium devitantes. Tum Imperator, ubi aciem Romanam inclinatam vidit, veritus ne coeco Scytharum impetu perterrita in extremum discrimen adduceretur, cohortem circa se hortatus, lancea fortiter arrepta, contra adversarios ipse processit. Pulsantur tympana, tubae bellicum concinunt. Romani, Imperatoris incursum reveriti, conversis equis acriter Scythas aggrediuntur. Eodem tempore et turbo imbri mixtus exstitit, qui coelo late offusus hostibus incumbebat, et pulvis coortus eorum oculos infestavit. Perhibent vero etiam virum quendam equo albo vectum apparuisse, qui Romanis ductor esset, et ad irruendum in Scythas hortaretur: eum vehe-

A. M. 6480 Ind. 15 τὰς τῶν δυσμενῶν διακόπτων συνετάραττε φάλαγγας. τοῦτόν φασι μήτε πρότερόν τις ἐν τῷ στρατοπέδῳ θεάσασθαι, οὔτ' αὖθις μετὰ τὴν μάχην ἑωρακέναι· καίτοι βασιλέως αὐτὸν ἀναψηλαφῶντος, ὡς δωρεαῖς ἐπαξίως φιλοφρονήσαιτο, καὶ ἀμοιβαῖς ἕκατι τῶν πόνων ἀμείψαιτο. ἀλλ' οὐχ εὑρέθη ζητούμενος. ἐντεῦθεν ἀναμφίλεκτος ὑπόνοια ὑποτρέχει, τὸν μέγαν ἐν μάρτυσι Θεόδωρον εἶναι, ὃν παρὰ τοὺς ἀγῶνας ὁ βασιλεὺς σύμμαχον ἐξελιπάρει παρίστασθαι, ῥύεσθαί τε καὶ σώζειν συνάμα παντὶ τῷ στρατεύματι. φασὶ δὲ καὶ τοιοῦτόν τι συμβῆναι παρὰ τὴν πρὸ τῆς μάχης ἑσπέραν. ἐν Βυζαντίῳ παρθένος τῶν ἀνατεθειμένων Θεῷ καθ' ὕπαρ ὁρᾷν ἐδόκει τὴν θεοτόκον, ὑπό τινων φλογοειδῶν δορυφορουμένην ἀνδρῶν. φάναι δὲ πρὸς αὐτούς· „καλέσατε δή μοι τὸν μάρτυρα Θεόδωρον·" παραυτίκα δὲ παραχθῆναι γενναῖον ἄνδρα καὶ νεανικὸν, ἔνοπλον. εἰπεῖν τε πρὸς αὐτὸν τὴν θεοτόκον· „ὁ σὸς παρὰ τὸ Δορύστολον Ἰωάννης, κύριε Θεόδωρε, Σκύθαις μαχόμενος, ἄρτι περιστατεῖται δεινῶς. ἀλλ' εἰς τὴν ἐκείνου σπεῦσον βοήθειαν. εἰ γὰρ μὴ προφθάσῃς, ἐς κίνδυνον αὐτῷ τελευτήσει τὰ πράγματα." τὸν δὲ αὖθις, ἑτοίμως ἔχειν, εἰπεῖν, τῇ μητρὶ τοῦ Θεοῦ καὶ δεσπότου μου πειθαρχεῖν· φάμενος δὲ τοῦτο εὐθὺς οἴχεσθαι, καὶ οὕτω τὸν ὕπνον ἀποπτῆναι τῆς παρθένου τῶν ὀφθαλμῶν. ἀλλὰ τῇ μὲν παρθένῳ τὸ ὕπαρ ἐς τοῦτο συνεπεραίνετο.

ι'. Ῥωμαῖοι δὲ, τῷ προπορευομένῳ θείῳ ἀνδρὶ ἑφεπόμενοι,

Fol. 315 r.

2. πρότερον τῆς cod. Sed Leo scribere debuisset τινά. 3. ἀναψηλαφῶστος ὡς δωρεαῖς ἐπαξίως φιλοφρονῆσαι, τὸ καὶ cod. 20. φάμενος. Nota anacoluthon, fort. ipsi Leoni tribuendum.

menter aciem hostium strage edita conturbasse. Neque antea illum in castris visum esse aiunt, neque post praelium apparuisse: tametsi investigaret eum Imperator, ut munera illi debita largiretur, gratiamque pro laboribus referret. Sed quantumvis quaesitus non inventus est. Unde indubia pervasit existimatio, magnum in martyribus Theodorum fuisse, quem in praeliis Imperator sibi exercituique socium et adiutorem deposcere solebat. Aiunt etiam illiusmodi aliquid accidisse ad vesperam, pridie quam pugna committeretur. Constantinopoli virgo numini dicata in somno Deiparam videre sibi visa est, aliquot viris flammeis stipatam. His eam dixisse: „Vocate ergo mihi Theodorum martyrem": statimque illi adductum esse iuvenem fortem et armatum. Huic dixisse Deiparam: „Ioannes tuus apud Dorystolum, domine Theodore, Scythis pugnans, iam gravius premitur. Quare vade cito, ut ei auxilium feras. Nisi ante occupas, in periculum illi res vertetur." Illum contra „se paratum esse" dixisse, „ut matri Dei ac Domini sui obsequatur:" quibus dictis continuo excessisse: simul somnum ex virginis oculis evolasse. Atque hunc quidem finem habuit virginis insomnium.

10. Romani vero, divum antesignanum insecuti, manus cum adversa-

τοῖς ἐναντίοις συμπλέκονται, καὶ καρτερᾶς μάχης συστάσης, A. C. 972
οὐκ ἐνεγκόντες τὴν τῆς ἱππικῆς φάλαγγος οἱ Σκύθαι ῥοπὴν, I. I. 3
κυκλωθέντες τε πρὸς τοῦ Μαγίστρου Βάρδα, ᾧ Σκληρὸς ἡ ἐπί-
κλησις (ἐκεῖνος γὰρ μετὰ τοῦ συνεπομένου πλήθους τὴν κύκλω- P. 96
σιν ἐποιήσατο), εἰς φυγὴν ἔκλιναν, καὶ μέχρι τοῦ περιβόλου
συμπατούμενοι, ἀκλεῶς ἔπιπτον. μικροῦ δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Σφεν-
δοσθλάβος ἑλήφθη, ἔξαιμος γεγονὼς καὶ καταβελὴς, εἰ μὴ ἡ
νὺξ ἐπελθοῦσα τοῦτον διέσωσεν. λέγεται δὲ παρὰ ταύτην τὴν
μάχην πέντε καὶ δέκα χιλιάδας πρὸς τοῖς πεντακοσίοις ἀναιρε-
θῆναι Σκυθῶν, ληφθῆναι δὲ δισμυρίαν ἀσπίδα, καὶ ξίφη πάμ-
πολλα. Ῥωμαίων δὲ τριακοσίους ἀποκτανθῆναι πρὸς τοῖς πεν-
τήκοντα, τρωθῆναι δὲ συχνούς. ἀλλὰ τοιαύτην μὲν Ῥωμαῖοι
τὴν νίκην παρὰ τὸν ἀγῶνα ἠνέγκαντο τουτονί. ὁ δὲ Σφενδο-
σθλάβος, παρ' ὅλην τὴν νύκτα βαρυθυμῶν ἐπὶ τῇ κατακοπῇ B
τῆς ἑαυτοῦ στρατιᾶς, ἤσχαλλε μὲν καὶ ἐσφάδαζε τῷ θυμῷ.
μὴ ἐξισχύων δ' ἔτι πρὸς ἀκαταγώνιστον ἀνύττειν πανστρατιὰν,
ἔγνω, στρατηγοῦ νοῦν ἔχοντος ἔργον εἶναι, ἐν ἀμηχάνοις κατα-
ληφθέντα δεινοῖς, μὴ καταπίπτειν τοῖς λυπηροῖς, παντὶ δὲ
τρόπῳ διασώζειν πειρᾶσθαι τοὺς ὑπ' αὐτόν. καὶ δῆτα παρὰ τὴν
ἕω πρέσβεις ὡς τὸν αὐτοκράτορα Ἰωάννην στείλας, πίστεις ἤτει
ξυμβάσεων, ἐπὶ τῷ, Ταυροσκύθας μὲν τό,τε Δορύστολον
ἐγχειρίσαι Ῥωμαίοις, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἀπολύσαι, καὶ
Μυσίας ἀφέξεσθαι, καὶ πρὸς τὴν σφῶν ἀναζεῦξαι πατρίδα·
Ῥωμαίους δὲ παραχωρῆσαι αὐτοῖς τοῦ ἀπόπλου, καὶ μὴ ἐνα- C

9. χιλιάδες cod. 12. ταύτην cod. Sed correctum est manu prima τοιαύτην. 16. Fort. δέ τι.

riis conserunt. Fit praelium acri certamine. Tandem Scythae, cum neque per se vim turmarum nostrarum sustinere possent, et a Barda magistro, cui Scleri cognomen, a tergo invaderentur (is enim cum suis copiis eos circumvenerat), fugae se mandant: usque ad moenia proteruntur. Fit foeda caedes. Paulumque abfuit quin ipse Sphendosthlabus caperetur, exsanguis et sauciatus, nisi nox superveniens eum servasset. Ferunt hoc praelio Scytharum caesa esse millia xv et quingentos; scuta ad millia xx, gladios quamplurimos, capta. Romanos interfectos esse CCCL, vulneratos non paucos. Eiusmodi victoriam Romani hoc praelio consecuti sunt. Sphendosthlabus, per totam noctem internecione copiarum perturbatus, dolore et iracundia efferebatur. Tamen, cum adversus invictum exercitum nihil posset proficere, intellexit, boni imperatoris esse, in rebus desperatis non succumbere tristi fortunae, sed id agere, ut milites suos quoque modo salvos praestet. Ita sub mane legatis ad Ioannem Imperatorem missis de fide danda et compositione egit, conditionibus his, ut Tauroscythae Dorystolum traderent Romanis, captivos redderent, Moesia abstinerent, domum reverterentur: Romani contra illis potestatem facerent enavigandi, neque eos in itinere

A. M. 6480 Ind. 15 γομένοις ἐπιτεθήσεσθαι μετὰ τῶν πυρφόρων νεῶν (ἐκτόπως γὰρ ἐδεδίεσαν τὸ Μηδικὸν πῦρ, δυνάμενον καὶ τοὺς λίθους ἀποτεφροῦν)· ἐπισιτισμόν τε πρὸς τούτοις ἐπιχορηγῆσαι, καὶ φίλους ἡγεῖσθαι αὐτούς, κατ' ἐμπορίαν πρὸς τὸ Βυζάντιον στελλομένους, καθάπερ ἀνέκαθεν ἔθιμον ἦν.

ια'. Βασιλεὺς δὲ, τὰς τοιαύτας ἄσμενος διαλλαγὰς προσδεξάμενος (εἰρήνην γὰρ διαφερόντως τῆς μάχης ἐτίμα· τὴν μὲν γὰρ ἥδει τοὺς λαοὺς διασώζουσαν, τὴν δὲ τοὔμπαλιν διαφθείρουσαν), τάς τε ξυνθήκας ἐτέλει καὶ τὰς σπονδὰς, καὶ σῖτον ἐδίδου,
Fol. 315 v. ἑκάστῳ ἀνδρὶ μετρῶν ἀνὰ μεδίμνων δύο. εἶναι δὲ τοὺς εἰληφότας τὸν σῖτόν φασιν ἄνδρας δισμυρίους πρὸς τοῖς δισχιλίοις, οἳ ἐκ τῶν ἑξήκοντα χιλιάδων τῆς Ῥωσικῆς στρατιᾶς τότε τὸν ὄλεθρον ἔφυγον· τὰς γὰρ τριάκοντα καὶ ὀκτὼ χιλιάδας ἡ Ῥωμαϊκὴ αἰχμὴ κατηκόντισε. μετὰ δὲ τὸ προβῆναι τὰς σπονδὰς, εἰς ὁμιλίαν ὁ Σφενδοσθλάβος τῷ βασιλεῖ συνελθεῖν ἐξαιτεῖ. ὁ δὲ, μηδὲν ἀναδὺς, διαχρύσῳ πανοπλίᾳ καθοπλισθεὶς, ἔφιππος παρὰ τὴν ὄχθην τοῦ Ἴστρου ἀφίκετο, μυριάνδρου ἴλην χρυσοφορούντων ἐνόπλων ἱπ-
P. 97 πέων συνεπαγόμενος. καὶ ὁ Σφενδοσθλάβος δὲ ἦκεν ἐπί τινος Σκυθικοῦ ἀκατίου παραπλέων τὸν ποταμὸν, τῆς κώπης ἡμμένος καὶ σὺν τοῖς ἑτέροις ἐρέττων, ὡς εἷς τῶν λοιπῶν. τὴν δὲ ἰδέαν τοιόσδε τις ἦν· τὴν ἡλικίαν μεμετρημένος, οὔτε εἰς ὕψος παρὰ τοῦ εἰκότος ἠρμένος, οὔτε εἰς βραχύτητα συστελλόμενος· δασεῖς τὰς ὀφρῦς, γλαυκοὺς ἔχων τοὺς ὀφθαλμοὺς, τὴν ῥῖνα σιμὸς,

B ε'. Λέγεται δὲ περὶ ταύτης τῆς θείας εἰκόνος ἐξαίσιόν τι συμβεβηκέναι τεράστιον. φασὶ γὰρ κατά τινα ἑστίαν τῆς Βηρυτοῦ

11. πρὸς] Leg. πρό. 17. ῥαχιὰν cod., oxytonos.

cto, reperta ibi sandalia Servatoris tanquam coeleste donum quoddam sustulit, itemque capillos venerandi Praecursoris et Praeconis. Atque illa quidem in illustri templo Matris Dei, quod in palatio exstructum est, ditissimi thesauri instar deposuit: hos in aede Servatoris, quam a fundamentis excitaverat. Inde profectus ad Apameam accessit, munitum captuque difficile castellum. Sed tamen hanc quoque post dies non ita multos cepit, suaeque ditiònis fecit, ac Damascum versus cum exercitu contendit. At Damasceni cum donis magni pretii in manibus, pro suo emporio Imperatori obviam veniunt, ut eius iram deprecarentur, ipsumque muneribus placarent. Ita, ubi certa illis tributa imposuit in potestatemque Romanorum ipsos suscepit, inde motis castris per Libanum (mons est Libanus asper ac maximus, qui per partes illas pertinens Phoeniciam a Palaestina disterminat) transverso itinere tendit, in ipsumque enixus iugi dorsum, urbem munitissimam Borzo subita incursione cepit. Inde profectus in Phoeniciam se demittit, castellum Balanaeas occupat, Berytum obsidet: quo in oppido cum crucifixionem Servatoris depictam invenisset, eam inde sublatam in Servatoris aedem, quam a fundamentis exaedificaverat, mandat.

5. Circa hanc divinam imaginem stupendum quoddam prodigium contigisse narratur. Aiunt Christianae religionis hominem Beryti in quadam do-

ἄνδρα τὰ Χριστιανῶν πρεσβεύοντα παροικεῖν, καθ' ἣν καὶ τὴν A. C. 975
ῥηθεῖσαν εἰκόνα σεβόμενον ἀναθέσθαι. χρόνον δὲ ὕστερον καθ' I. I. 6
ἑτέραν οἰκίαν μεταναστεῦσαι, καὶ, κατὰ θείαν τινὰ πρόνοιαν,
λήθῃ περισχεθέντα κατὰ τὴν προτέραν οἰκίαν τὴν εἰκόνα παραλι-
πεῖν. ταύτην δὲ τὴν ἑστίαν Ἰουδαῖον παρειληφέναι τινά, ὥστε
καὶ κατοικεῖν· τὸν δὲ τῶν ὁμοθρήσκων αὐτοῦ τινας εἰς τὴν ὑστε-
ραίαν ἑστιακέναι. οὓς τῷ δόμῳ ὑπεισελθόντας καὶ πρὸς ἐνώπια
τὴν τοῦ Σωτῆρος σταύρωσιν ἀνατεθειμένην ἀθρήσαντας, δεινῶς
λοιδορεῖσθαι τὸν Ἰουδαῖον, ὡς ἔκσπονδον τῆς σφῶν θρησκείας C
καὶ τὰ τῶν Χριστιανῶν σέβοντα. τὸν δὲ ὅρκοις αὐτοὺς διαβε-
βαιοῦσθαι, ἢ μὴν μὴ τὴν τοιαύτην εἰκόνα ἕως τοῦ παρόντος θεά-
σασθαι. αὖθις δὲ πρὸς αὐτὸν τοὺς παλαμναίους ἐκείνους εἰπεῖν
καὶ, „εἰ μὴ τὰ τῶν Χριστιανῶν ὀργιάζεις, ἔργοις ἡμᾶς πληρο-
φόρησον, καὶ ταύτην τὴν λόγχην ἀνειληφὼς, νύξον τὸ τοῦ Να-
ζαραίου εἰκόνισμα κατὰ τῆς πλευρᾶς, τὸν τρόπον, ὃν οἱ πατέ-
ρες ἡμῶν τοπάλαι τοῦτον σταυρώσαντες ἐλόγχευσαν." τὸν δὲ, τὴν
λόγχην μεταχειρισάμενον, ὡς εἶχε θυμοῦ, καὶ μάλιστα πληρο-
φορεῖν ἐκείνους βουλόμενον, τὸ περιαπτόμενον αὐτῷ ἔγκλημα
κατεπειγόμενον ἀποτρίψασθαι, νύξαι τὴν τῆς εἰκόνος πλευράν. D
ἅμα δὲ τῇ προσβολῇ τῆς αἰχμῆς, πλῆθος καταῤῥεῦσαι σὺν ὕδα-
τι αἵματος· τοὺς δὲ δυσσεβεῖς Ἰουδαίους πεπηγέναι τῷ φρικτῷ
τοῦ θεάματος, καὶ τῆς φήμης διαδοθείσης, τοὺς τὰ Χριστια-
νῶν σέβοντας εἰσπηδῆσαί τε τὴν τοῦ Ἑβραίου ἑστίαν, καὶ τὴν Fol. 318 r.
σεπτὴν τοῦ Σωτῆρος ἀνειληφέναι σταύρωσιν, ἔτι τὸ θεῖον ἐκβλύ-

4. λήθης cod.

mo habitasse, in qua imaginem, quam dicebam, multo cum honore deposuisset. Eundem posterius demigrasse in alias aedes, et, divinae providentiae nutu, sacri pignoris oblitum, in priore domo imaginem reliquisse. Easdem aedes Iudaeum aliquem tenuisse, ut habitaret, nonnullosque superstitionis suae postero die ad coenam vocasse. Illos domum ingressos, inque parietibus Servatoris cruci affixi imaginem videntes, gravibus maledictis Iudaeum incessisse, ut persuasionis suae desertorem et Christianorum fidem colentem. Hunc iureiurando affirmare, sese illam imaginem ante hoc tempus omnino non vidisse. Tum scelesti illi, „Si quidem," inquiunt, „Christianorum sacra non colis, rebus ipsis certam fidem facito, arreptaque lancea ista Nazareni effigiem in latere pungito, eodem modo, quo nostri olim patres eum cruci fixum confoderunt." Tum ille, lancea in manus accepta, ut flagrabat ira, quo illis quam maxime fidem faceret, affictum sibi crimen diluere cupiens, latus imaginis percussit. Vix autem cuspidem impegerat, cum sanguinis aqua mixti copia effluxit. Ad horribile spectaculum obriguisse ferunt impios Iudaeos: reique fama divulgata, persuasionis Christianae homines aedes Hebraei invasisse, sublatamque crucifixi Servatoris venerandam imaginem, sanguinis rivos etiam tum fundentem, in sacro de-

A. M. 6483 Ind. 3 A. C. 975 I. I. 6 ζουσαν αἷμα, καὶ εἰς ἱερὸν ἀναθεῖναι σηκὸν, καὶ τιμᾷν μεγαλοπρεπῶς. ταύτην ὁ βασιλεὺς τὴν θεάνθρωπον μορφὴν ἐκεῖθεν ἀνειλημφὼς, τῷ Βυζαντίῳ παρέπεμψεν, ὥς μοι ἤδη δεδήλωται.

P. 104 ς'. Ἐπεὶ δὲ τάς τε Βαλαναίας καὶ Βηρυτὸν τῷ πολεμεῖν ἥρηκε, Τριπόλει προσβάλλει. καὶ μὴ οἷός τε ὢν ταύτην πολιορκεῖν ἐξ ἐπιδρομῆς (περιβόλοις γὰρ κατὰ τὴν ἤπειρον ἐρυμνοῖς περιείληπται, ἐπὶ λόφου τινὸς ἀποτόμου διατείνουσα· κατὰ θάτερον δὲ μέρος θαλάσσῃ περικλύζεται, ἐπίνειον καὶ προκόλπιον προβαλλομένῃ εὔορμον καὶ εὐχείμερον), ἐκεῖθεν ἀπάρας, τὰς παραλίους πολίχνας ὁδῷ προβαίνων ἐξεπολιόρκει. κατὰ τοῦτον δὴ τὸν καιρὸν, Ἄὔγουστος δὲ μὴν ἦγεν ἀρχὴν, κομήτης ἐξεφάνη ἀστὴρ, χρῆμα θεῖόν τι καὶ καινὸν, λογισμὸν ὑπερβαῖνον ἀνθρώπινον. οὐδὲ Β γὰρ τοιοῦτόν τι κατὰ ταύτας ὤφθη τὰς γενεὰς, οὐδ' ἐπὶ τοσαύτας ἡμέρας ἐπιφαίνειν τὸ πρόσθεν συμβέβηκεν. οὗτος ἀπ' ἀνατολῆς βορειότερος ἀνίσχων, καὶ εἰς ὕψος ὅ,τι πλεῖστον αἰρόμενος, ὡς κυπάριττός τε ὑψούμενος, εἶτα ἠρέμα κυρτούμενος, πρὸς μεσημβρίαν ἀπένευεν, ἁπλέτῳ πυρὶ ἐκκαιόμενος, καὶ τηλαυγεῖς καὶ λαμπρὰς τὰς ἀκτῖνας ἐπαφιείς, πρᾶγμα δείμα-

A. M. 6484 Ind. 4 A. C. 975 I. I. 6 τος καὶ φρίκης γέμον τοῖς ἀνθρώποις ὁρώμενος. ἀπ' ἀρχῆς δὲ μηνὸς Αὐγούστου, ὡς ἔφην, φανεὶς, ἐφ' ὅλαις ἡμέραις ἑπτὰ ποίητο τὴν ἐπιτολὴν ὀγδοήκοντα, ἀπὸ μέσων ἀνίσχων νυκτῶν, καὶ Cμέχρι σταθηρᾶς ἡμέρας ὁρώμενος. βασιλεὺς δὲ, τὸ ἀσύνηθες τεράστιον κατιδὼν, τοὺς περὶ τὴν τῶν μετεώρων ἐσχολακότας ἱρώτα

5. *Τριπόλει.* Sic cod. hic: supra 43. D. mendose *Τρίπολι.* 15. Fort. *βορειοτέρας.*

lubro deposuisse, honoreque affecisse amplissimo. Hanc Deihominis effigiem Imperator inde sublatam, ut iam demonstratum abs me est, Constantinopolim misit.

6. Balanaeis et Beryto bello captis, ad Tripolim accessit. Quam cum oppugnare ex itinere non posset (nam qua spectat continentem moenibus firmis cingitur, per tumulum abscisum porrecta ipsa: alterum latus mare alluit, navaleque praetendit et stationem portuosam ac tutam), inde motis castris minora in littore oppida continuato progressu expugnavit. Sub idem tempus, quod erat Augusti mensis initium, stella crinita apparuit, divinum prorsus ac novum portentum, rationem superans humanam. Neque enim huiusmodi aliquid visum memoria nostra est, neque omnino unquam ante factum ut per tot dies luceret. Surgens illa ab ortu hiberno, in altitudinemque plurimam evecta, erecta cyparissi ritu, et leviter a summo inflexa, ad meridiem vergebat, multo igni flagrans, radiosque spargens lucidos ac illustres, plenum formidinis horrorisque spectaculum hominibus praebebat. Cumque ineunte mense Augusto, quemadmodum dixi, apparuisset, per octoginta totos dies in conspectum sese dedit, ita ut oriretur de nocte media, videretur usque ad claram lucem. At Imperator, cum insolitum id portentum item conspexisset, ex iis qui vacabant observationi siderum quaesivit,

παρατήρησιν, ὅ,τι δὴ καὶ βούλοιτο τὸ τοιοῦτον ἐξαίσιον. οἱ δὲ, οὐχ ὡς ἡ τέχνη παρεῖχε τεκμαίρεσθαι, πρὸς δὲ τὸ τοῦ βασιλέως βούλημα, τὴν τοῦ κομήτου παρεξηγοῦντο ἐπιτολὴν, νίκην τε αὐτῷ κατ' ἐχθρῶν καὶ μακρότητα ἡμερῶν ἐπαγγελλόμενοι ἔσεσθαι. ἦστην δὲ οἱ ταῦτα παρεξηγούμενοι Συμεώνης τε, ὁ Λογοθέτης καὶ Μάγιστρος, καὶ ὁ τῆς Νικομηδείας πρόεδρος Στέφανος, ἄνδρες τῶν τότε σοφῶν ὄντες ἐλλογιμώτεροι. ἀλλ' οὐχὶ ταῦτα ἡ τοῦ κομήτου παρεδήλου ἐπιτολὴ, ἃ πρὸς χάριν οἱ ἄνδρες τῷ αὐτοκράτορι ὑπηγόρευον, ἀποστασίας δὲ χαλεπὰς, ἐθνῶν τε ἐπιδρομὰς, καὶ ἐμφυλίους στάσεις, καὶ μεταναστάσεις πόλεων καὶ χώρων, λιμοὺς καὶ λοιμοὺς, καὶ φρικώδεις σεισμοὺς, καὶ πανολεθρίαν σχεδὸν τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐπικρατείας, ἅπερ ἡμεῖς ἐκ τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως εἴδομεν. A. M. 6484 Ind. 4 A. C. 975 I. I. 6 D

ζ'. Μετὰ γὰρ τὴν τοῦ αὐτοκράτορος Ἰωάννου ἐκδημίαν ἀπὸ τοῦ σώματος, Βάρδας Μάγιστρος, ὁ κατ' ἐπωνυμίαν Σκληρὸς, φιλαρχίαν καὶ ἀπληστίαν νοσῶν, ἀπάτῃ δὲ μετελθὼν καὶ φενακίσας τὸν πολὺν ὄχλον καὶ εὔκολον, ἀποστασίαν δεινὴν κατὰ τῶν κρατούντων ἐμελέτησεν· ἐπὶ τετραετῆ τε ἐνιαυτὸν τὴν Ἀσίαν κατέδραμε, χώρας πυρπολῶν, καὶ πόλεις καταστρεφόμενος, τήν τε Ῥωμαϊκὴν δύναμιν, ἐξ ἀντιπάλου παρατάξεως ἀντιτασσομένην αὐτῷ, τρεπόμενος καὶ κατακαίνων ὠμῶς· τοῦτο μὲν ὑπὸ τοῦ Πατρικίου Πέτρου καὶ στρατοπεδάρχου δημαγωγουμένην, ὅτε κατὰ τὴν Λάπαραν τὸ πεδίον (μεθόριον δὲ τοῦτο τῆς χώρας τῶν Ἀρμενίων) ἡ μάχη συνεκροτεῖτο, ὁπηνίκα καὶ αὐτὸς ὁ Πατρίκιος Πέτρος, δορατίῳ βληθεὶς καὶ τοῦ ἵππου κατενεχθεὶς, παρ' αὐτὴν Fol. 319 r. P. 105

prodigium eiusmodi quid sibi vellet. Illi non ex argumentis quae ars suppeditabat, sed ad optatum Imperatoris, cometae ortum interpretabantur perperam, victoriam ei de hostibus ac vitam diutinam pollicentes. Quam explanationem ementiebantur Simeon Logotheta et Magister, atque Stephanus Nicomediae antistes, inter doctos illius temporis prae caeteris clari. Tametsi cometae accessus non ea portendebat, quae Imperatori obsequenter exponebant, sed rebelliones calamitosas, incursiones gentium, motus civiles, ex oppidis et agris fugam, caritates, pestes, terrae motus horrificos, denique paene occasum imperii Romani, quemadmodum nos in eventu rerum vidimus.

7. Etenim post Ioannis Imperatoris e vita discessum, Bardas Magister cognomento Sclerus, dominandi habendique morbo laborans, cum levem multitudinem praestigiis captam infatuasset, periculosam adversus principes rebellionem molitus est: per quadrienniumque Asiam pervasit, provincias vastans, oppida eruens; copias autem Romanas, castris ex adverso factis sibi oppositas, in fugam vertit, conciditque atrociter: semel exercitum Petri Patricii ac Praetoris, cum in Laparae agro (is provinciae Armeniorum est finitimus) praelium committeretur, ubi et ipse Petrus Patricius, cuspide ictus et

A. M. 6484 Ind. 4 ἐξέπνευσε τὴν παράταξιν, πλείστων ὅτι τῶν ὑπασπιστῶν συναναιρεθέντων αὐτῷ· τοῦτο δὲ ὑπὸ Βάρδα Μαγίστρου τοῦ Φωκᾶ, ὃς πρὸς τῶν κρατούντων τὸ τοῦ Δομεστίκου τῶν Σχολῶν ὑποζωσάμενος ἀξίωμα, ἀντίπαλος τῷ Σκληρῷ κατὰ τὴν Παγκάλειαν παρετάξατο. ἱππήλατον τοῦτο πεδίον, τῷ Ἀμωρίῳ προσέγγιον. ὅπου δὴ καὶ παρὰ τὸ μεταίχμιον ῥάβδῳ κατὰ τοῦ κρανίου πληγεὶς ὁ Φωκᾶς, τοῦ ἵππου τε κατενέχθη καὶ εἰς γῆν κατεβλήθη· καὶ κἂν ἥλω τῶν ἐναντίων καὶ ἀκλεῶς παραπώλετο, εἰ μὴ ὡς εἷς τῶν πολλῶν παρώφθη παρὰ τῶν δυσμενῶν, ἠγνοηκότων αὐτὸν, ἐπελθοῦσα δὲ ἡ νὺξ τοῦτον διέσωσεν. ὁ δὲ Σκληρὸς, ταῖς τοιαύταις νίκαις ἐπαρθείς τε καὶ φρενωθεὶς, ἀνυπόστατός τις καὶ ἀκαταγώνιστος ἐνομίζετο. ἐντεῦθεν τήν τε Νίκαιαν, καὶ Ἄβυδον, καὶ Ἀττάλειαν τῷ πολεμεῖν παρεστήσατο, καὶ τὴν τῆς Ἀσίας ἐπεποιήσατο Ῥωμαϊκὴν ἐπικράτειαν· καὶ πλείστας τριήρεις προσείληφε, καὶ θαλασσοκρατῶν μεγάλα τοὺς ἐμπόρους ἐσίνετο, καὶ αὐτὴν ἤδη τὴν βασιλεύουσαν, τὰς σιτηγοὺς φορτίδας οὐκ ἐῶν εἰς αὐτὴν ἀναπλέειν κατὰ τὸ πρότερον· ἕως οὗ ἐκ Βυζαντίου πυρφόροι νῆες πρὸς τῶν κρατούντων λαθραίως ἐξαπεστάλησαν. ἃς Βάρδας Μάγιστρος ὁ Παρσακουτηνὸς ἄγων, αἰφνίδιον τῇ Ἀβύδῳ προσορμισθεὶς, τάς τε τριήρεις τοῦ τυράννου κατέφλεξε, καὶ τὴν τῶν στρατιωτῶν κατηκόντισε φάλαγγα, καὶ τὸ φρούριον εἵληφεν. αὖθις δὲ ὁ Φωκᾶς, χεῖρα περὶ αὑτὸν πλείστην στρατιωτῶν ἠθροικὼς, τῷ Σκληρῷ ἐπιτίθεται, καὶ τοῦτον τρεψάμενος ἐν Ἐκβατάνοις πρὸς τοὺς Ἀγαρηνοὺς φυγεῖν παρεσκεύασεν.

Fol. 319 v.

13. Leg. ὑπεποιήσατο. Vid. 107. B. lin. 12. 108. A. lin. 5.

deiectus equo, in ipsa acie animam efflavit; protectores autem quamplurimi una cum illo occubuerunt: deinde sub Barda Phoca Magistro, qui cum a principibus dignitatem Domestici Scholarum recepisset, acie adversus Sclerum in Pancalea constitit. Is equitabilis propter Amorium campus est. Ibi inter infesta tela caput ligno percussus Phocas ex equo cecidit: humique stratus captus esset ab hostibus, interiissetque ignobiliter, nisi ut unus de multis neglectus esset ab adversariis, quod speciem eius ignorarent, fuissetque ab nocte superveniente servatus. At Sclerus, elatus eiusmodi victoriis atque obcaecatus, fortior iam habebatur, quam ut vi ulla armisque superari posset. Ex quo et Nicaeam, Abydum, Attaleam bello cepit, et quicquid in Asia Romanis paret subiunxit sibi: simul assumtis triremibus bene multis, dominansque mari, male cum negotiatores tum ipsam iam urbem vexavit, ad quam appellere, ut antehac, navibus frumentariis minime permisit: donec ignifera classis clam a principibus Constantinopoli emissa est. Cui classi praefectus Bardas Parsacutenus, Magister, derepente devectus ad Abydum, triremes tyranni incendit, adversariorum multitudinem confodit, arcem ipsam tenuit. Posthaec Phocas, maxima manu militum circa se coacta, iterum adortus Sclerum est, fusumque Ecbatana ad Saracenos fugere coëgit.

η'. Εἶτ' αὖθις, ἐπεὶ τὸ λῃστρικὸν τῶν συνωμοτῶν τοῦ Σκλη- A. C. 975
ροῦ Βάρδα τελέως ἐσκίδνατο, τὰς δυνάμεις ἀνειληφὼς ὁ αὐτο- I. I. 6
κράτωρ Βασίλειος ἠπείγετο κατὰ τῶν Μυσῶν. ἡ γὰρ ἐκείνων αὐ-
θάδεια καὶ ἀπήνεια, φονικὸν περιπνέουσα, τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐσίνετο
ἐπικράτειαν, καὶ τὰ τῶν Μακεδόνων ἀφειδῶς ἐληΐζετο, ἥβηδὸν P. 106
ἅπαντας διαφθείρουσα. τῷ τοι καὶ θερμότερον ἢ περ ἔδει μᾶλλον
κινηθεὶς ἢ προμηθέστερον, αὐτοβοεὶ καθελεῖν ταύτην ἠπείγετο.
ἀλλὰ τῶν ἐλπίδων ἐπηρείᾳ τύχης ἡμάρτανεν. ἐπεὶ γὰρ τὰς ἐστε-
νωμένας καὶ κρημνώδεις ἀτραποὺς διοδεύσας, κατὰ τὴν Σαρδι-
κὴν ἐπεχωρίασεν, ἣν καὶ Τράλιτζαν ἡ Σκυθικὴ συνήθεια κέ-
κληκεν, ἐνταῦθα τὸν τοῦ στρατοπέδου ἐπήξατο χάρακα, καὶ αὐ-
τὴν παρακαθισάμενος, ἐφ' ἡμέραις εἴκοσιν ἐφρούρει. ἀλλ' οὐ-
δὲν εἶχεν ἀνύσειν, τῇ κακοπραγίᾳ τῶν στρατηγῶν ἐς ῥᾳστώ-
νην καὶ νωθείαν ἀποκλινάσης τῆς στρατιᾶς. τοίνυν πρότερον μὲν B
τοὺς ἐπὶ χιλὸν καὶ χορτάσματα τοῦ χάρακος ἐξιόντας ἐνεδρεύ-
σαντες οἱ Μυσοὶ, πολὺν φόνον εἰργάσαντο, καὶ πλῆθος ὑποζυ-
γίων καὶ ἵππων ἀπήγαγον. ἔπειτα τῶν ἑλεπόλεων καὶ τῶν λοιπῶν
μηχανημάτων ἀπειρίᾳ τῶν προσαγηοχότων ταῦτα τοῖς τείχεσιν
ἀπρακτησάντων, καὶ πυρποληθέντων παρὰ τῶν δυσμενῶν· ἐπεὶ καὶ
σπάνις τῶν ἀναγκαίων κατεῖχε τὴν στρατιὰν, τῶν συμπεφορημέ-
νων ἐπισιτισμῶν ἤδη ἀναλωθέντων, τῷ μὴ πεφεισμένως ἀλλ' ἄδην
κατεμφορεῖσθαι αὐτῶν, ἐνσκευασάμενος συνάμα τῇ στρατιᾷ τὴν
ἐπὶ τὸ Βυζάντιον ἦει. πανημέριος δὲ διοδεύσας, ἐπί τινα λόχμην

10. Fort. *Τριαδίτζαν.* 14. *τοίννν.* Nota, particulam praeter consuetudinem Atticam esse *προτακτικήν.*

8. Deinde, ubi praedatoriam manum asseclarum Bardae Scleri prorsus dissipaverat, revocatis copiis Basilius Imperator adversus Moesos contendit. Quippe contumacia eorum ac saevitia, caedem spirans, cum totum vexabat Romanum imperium, tum vero Macedoniam misere populabatur, occisione per omnem pubem facta. Ex quo, non tam prudentia quam ardore mentis plus quam satis erat motus, uno impetu tollere illos properavit. Quanquam spes eum ob fortunae iniuriam frustrata est. Nam, ubi transmissis arctis arduisque itineribus ad Sadicam accesserat, quam item Tralitzam Scythica nominavit consuetudo, castris ibi communitis, urbem per dies viginti obsessam tenuit. Neque tamen quicquam profecit, propterea quod ob ducum pravitatem inertiae desidiaeque tradiderat sese exercitus. Ex quo primum e castris pabulationis foenisiciique causa egressos ex insidiis adorti Moesi, magnam eorum caedem fecerunt, abductis iumentis equisque quamplurimis. Postea cum testudines ac caeterae machinae nihil effecissent imperitia eorum qui ad muros illas admoverant, essentque ab adversariis incensae; simul quod inopia rerum necessariarum premebat exercitum, consumto iam frumento, quod secum advexerant milites, non parce, sed intemperantius illo usi: ibi tum Imperator collectis sarcinis cum exercitu Constantinopolim versus movit. Neque intermisso toto illo die itinere, loco silvestri castra

A. M. 6484 Ind. 4 C διεσκηνίσατο, καὶ τὴν πληθὺν διανέπαυε. μήπω δὲ τῆς πρώτης φυλακῆς τῆς νυκτὸς συμπεραιωθείσης, ἐξαίφνης ἀστὴρ παμμεγέθης ἐκ τοῦ ἑῴου μέρους τοῦ χάρακος ὁρμηθεὶς καὶ τὰς σκηνὰς περιλάμψας ἁπλέτῳ φωτὶ, ἐπὶ τὸ ἑσπέριον μέρος παρ' αὐτὴν τὴν ταφρείαν καταπεσὼν, καὶ εἰς σπινθῆρας συχνοὺς διαιρεθεὶς, ἀπέσβέσθη. τὴν αὖθις δὲ τοῦ στρατοῦ παρεδήλου διαφθορὰν ἡ τοῦ ἀστέρος καταφορά. ἔνθα γὰρ τοιουτότροπόν τι γενέσθαι συμβέβηκε, τοῦ ὑποκειμένου πανολεθρίαν ἐσήμηνε. τεκμήριον τοῦτο σαφὲς ὁ ἐπὶ τῆς Τρωϊκῆς πληθύος κατενεχθεὶς ἀστὴρ, ὁπηνίκα Fol. 320 r. Πάνδαρος τῷ Μενελάῳ ἐπετοξάζετο· ἐκεῖ γὰρ αὐθημερὸν ἡ Τρωϊκὴ φάλαγξ πρὸς τῶν Ἀχαιῶν εἰς φυγὴν ἀγεννῆ συνεκλείετο. καὶ D ἐπὶ τῶν Ῥωμαϊκῶν δὲ πολέμων εὕροι τις ἄν, τὴν ἱστορίαν μετιών, τὸ τοιοῦτον πολλάκις συμβὰν, καὶ τὸ στράτευμα διαφθαρὲν, ἵνα τὸ φάσμα ἐπέσκηψεν. εἴδομεν δὲ καὶ αὐτοὶ ἐπὶ τῆς τοῦ προέδρου Βασιλείου ἑστίας τοιοῦτόν τι κατενεχθέν· καὶ μήπω καιροῦ συχνοῦ διαῤῥεύσαντος ἐκεῖνόν τε τοῦ βίου ὑπαπελθόντα, καὶ εἰς διαρπαγὴν καὶ προνομὴν ἐκδοθέντα τὰ αὐτῷ διαφέροντα. ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς τοῦ ἀστέρος φαντασίας ὧδέ πη ἐχέτω· τότε δὲ, κατὰ τὴν ὑστεραίαν, διά τινος ὑλώδους καὶ σηραγγώδους αὐλῶνος διῄει τὸ P. 107 στράτευμα· ἐκεῖνον δὲ μόλις παραδραμὸν, χαραδρώδεις καὶ ἀνάντεις κατελάμβανε χώρους· ἐν οἷς οἱ Μυσοὶ Ῥωμαίοις ἐπιθέμενοι πλεῖστον ὅτι πλῆθος ἀνδρῶν διέφθειραν, καὶ τήν τε βασίλειον ἀρχὴν καὶ τὸν πλοῦτον εἵλήφεσαν, καὶ τὴν ἀποσκευὴν τῆς στρατιᾶς ἁλαφυραγώγησαν ἅπασαν. τότε δὴ καὶ αὐτὸς ὁ ταῦτα ἐκ-

3. Fort. τούτου. Confer. 93. A.

posuit, ibi milites refecit. Prima noctis vigilia nondum transacta, subito stella permagna ex parte orientali valli emicans larga luce tentoria circumfudit: cumque in parte occidentali propter ipsam fossam decidisset, in scintillas scissa permultas, atque restincta est. Cuius stellae casus internecionem exercitus, quae insecuta est, praemonstravit. Etenim ubicunque quicquid eiusmodi accidit, ibi interitum praenunciavit rerum subiectarum. Cuius quidem rei clarum argumentum est delapsa in exercitum Troianum stella tum, cum Pandarus in Menelaum arcum intendit: nam illo ipso die Troianorum copia in turpem fugam a Graecis compulsa est. Neque minus in Romanorum bellis reperiet, qui annalium monimenta tractare velit, saepe idem venisse usu, ut ubi hoc portentum irrueret, ibi exercitus interiret. Quin et ipsi vidimus in aedes Basilii praesidis tale aliquid delabens: neque ita multo tempore post cum ipsum discedentem a vita, tum direptioni compilationique tradi fortunas eius. Verum de visione stellae haec sufficiant: tunc vero, postridie illius diei, exercitus silvestrem transgressus atque caverno-sam vallem, vixdum inde emersus intercisa arduaque subiit loca: in quibus ex insidiis adorti Romanos Moesi numerum ingentem militum conciderunt, ceperunt autem Imperatoris tum praetorium, tum thesauros, atque impedimenta exercitus universa. Aderam tunc et ipse, qui haec defleo, adversa

τραγῳδῶν ἐκεῖσε παρήμην, τῷ κρατοῦντι δυστυχῶς συνεπόμενος A. C. 975
καὶ τῇ τοῦ διακόνου λειτουργίᾳ ὑπηρετούμενος. καὶ κἂν ἐξεχύθη L. I. 6
μου παρὰ μικρὸν τὰ διαβήματα, καὶ μαχαίρας Σκυθικῆς γέγονα παρανάλωμα, εἰ μή με θεία τις ἐξ αὐτοῦ τοῦ κινδύνου ἀπήγαγε πρόνοια, ἥτις ἐξιππάσασθαι τάχος πεποίηκε, πρὸ τοῦ καταλη- B
φθῆναι τὴν φαραγγώδη πρὸς τῶν δυσμενῶν ἄνοδον, παρελθεῖν τε ταύτην, καὶ δρομαίως καταλαβεῖν τὴν ἀκρώρειαν. μύλις οὖν διὰ δυσβάτων ὀρέων τὸ περιλειφθὲν τοῦ στρατεύματος τὴν καταδρομὴν διέφυγε τῶν Μυσῶν, τὴν ἵππον σχεδὸν ἀποβαλὸν ἅπασαν καὶ τὴν ἐπικομιζομένην ἀποσκευὴν, καὶ πρὸς τὰ Ῥωμαϊκὰ ἐπανέζευξεν ὅρια.

θ'. Μήπω δὲ τοῦ τοιούτου πάθους τελευταίως ὑπολωφήσαντος, Βάρδας Μάγιστρος ὁ Φωκᾶς κατὰ τῶν κρατούντων ἐτραχηλίασε, καὶ τὴν τῆς Ἀσίας Ῥωμαϊκὴν ὑπεποιήσατο δύνα- μιν, καὶ κατὰ θάλασσαν ἐπίνεια καὶ πτολίσματα πλὴν Ἀβύδου C
εἶλε· καὶ τριήρεις συχνὰς νεολκήσας, ἐφρούρει τὸν τοῦ Ἑλλησπόντου πορθμὸν, οὐκ ἐῶν τὰς φορτίδας ἀνάγεσθαι πρὸς τὴν βασιλεύουσαν· στρατιάν τε πλείστην, ἧς Λέων Μάγιστρος ὁ Μελισσηνὸς ἡγεῖτο, παρὰ τὴν ἤπειρον τῆς Ἀβύδου καθίδρυσε, τάς τε ἑτέρας τριήρεις φρουροῦσαν, καὶ πολιορκοῦσαν τὴν Ἄβυδον. αὖθίς τε χάρακα καρτερὸν πρὸ τοῦ Βυζαντίου ἐπὶ τοῦ τῆς Χρυσῆς πόλεως λόφου ἔπηξεν, ἱππικὴν ὅτι πλείστην καὶ πεζικὴν στειλάμενος δύναμιν· ἀρχηγοὺς δὲ τῆς στρατιᾶς ταύτης τόν τε σύναιμον αὐτοῦ τὸν Πατρίκιον Νικηφόρον, καὶ Καλοκύρην Πατρίκιον, ᾧ ἐπί- D
κλησις Δελφινᾶς προεστήσατο. τούτους ὁ αὐτοκράτωρ αὖθις Βα- Fol. 320 v.

2. ἐξεχύθη—διαβήματα. Psalm. LXXII. 2.

avi principem comitatus, cui in officio Diaconi dabam operas. Nec multum abfuit, quin „effunderentur gressus mei," gladioque iugularer Scythico, nisi ex ipso periculo me eripuisset divinum quoddam consilium, quod effecit, ut celeriter equum permitterem, antequam clivus arduus ab adversariis teneretur, illoque superato ad summum iugum cursim evolarem. Reliquiae exercitus, aegre per invia montium Moesis insequentibus elapsae, amisso equitatu fere omni, atque impedimentis quotquot secum vexerant, in fines Romanos se receperunt.

9. Nequedum penitus remiserat haec calamitas, cum Bardas Phocas Magister, rebellione adversus principes facta, Asiaticas sibi subiunxit imperii opes, navalia atque oppida maritima cepit, praeter Abydum: triremibusque magno numero deductis obsedit fretum Hellesponti, ne onerariae ad urbem accederent: exercitum autem permagnum, cui Leo Melissenus Magister praeerat, in ora ad Abydum constituit, qui et suis triremibus praesidio esset, et Abydum oppugnaret. Altera castra item firma posuerat contra Constantinopolim in monte Chrysopolitano, quo equitatum exercitumque plurimum miserat: his copiis praefecit Nicephorum Patricium fratrem suum, et Calocyrem Patricium, cognomento Delphinam. Sed hos Ba-

A. M. 6484 Ind. 4 σίλειος, μετὰ δυνάμεως ἀποχρώσης τὸν Βόσπορον περαιωθεὶς, ἐξ ἀντιπάλου μάχης ἐτρέψατο· καὶ ζωγρίας συνειληφὼς, τὸν μὲν Νικηφόρον καὶ ὁμαίμονα τοῦ Φωκᾶ πεδήτην ἀποφήνας, εἱρκτῇ συνέκλεισε· τὸν δέ γε Καλοκύρην τὸν Δελφινᾶ αὐτοῦ που παρὰ τὸν τῆς Χρυσοπόλεως λόφον, ἵνα καὶ ἡ σκηνὴ αὐτῷ ἐπήγνυτο, ἀνεσκολόπισε. Βάρδας δὲ ὁ Φωκᾶς, τὴν ἐν Χρυσοπόλει πανολεθρίαν τῆς στρατιᾶς διενηχηθεὶς, τήν τε τοῦ ὁμαίμονος σύλληψίν τε καὶ κάθειρξιν, καὶ τὴν τοῦ Δελφινᾶ ἐπὶ τοῦ ξύλου προσπαττάλευσιν, τὰς περὶ αὐτὸν δυνάμεις συνηθροικὼς, εἰς Ἄβυδον κάτεισι, τό,τε φρούριον τὸ ἐκεῖσε πειρώμενος πολιορκῆσαι, καὶ πρὸς τὴν Εὐρώπην διαπεράσαι, ὡς καὶ ταύτην ὑποποιήσαιτο. ὁ δὲ αὐτοκράτωρ Βασίλειος, τὴν ἐν Ἀβύδῳ κάθοδον τοῦ τυράννου ἐνωτισθεὶς, τὴν περὶ αὐτὸν στρατιὰν συναγηοχὼς, καὶ τὰς πυρφόρους τριήρεις ἐξαρτυσάμενος, ἀντίπαλος τούτῳ καθίσταται· καὶ, περαιωθεὶς τὸν Ἑλλήσποντον, ἐν τῷ πρὸ τῆς Ἀβύδου πεδίῳ τὴν βασίλειον σκηνὴν ἐπήξατο, ὁσημέραι τὰς φάλαγγας συντάττων καὶ ἐξασκῶν, καὶ γνωματεύων ὅτῳ τρόπῳ τῷ P. 108 B ἀποστάτῃ ἐπέλθοι. μιᾷ τοιγαροῦν τῶν νυκτῶν ἐς λόχους συντάξας τὸ στράτευμα, διὰ τῆς παρὰ θάλασσαν ἀταρπιτοῦ τοῖς ἐναντίοις ἐπέθετο, καὶ, ἤδη τῆς ἡμέρας διαφανούσης, τάς τε τριήρεις πάσας ἐνέπρησε, καὶ τοὺς ἐναντίους κατακαίνων οὐκ ἀνίει. Βάρδας δὲ ὁ Φωκᾶς, τῷ αἰφνιδίῳ τῆς ἀφίξεως καὶ ἐπιθέσεως τοῦ αὐτοκράτορος ἐκπλαγεὶς, ἀντιμέτωπος τοῦ χάρακος ἔξεισι· καὶ δῆτα κατὰ τὸ μεταίχμιον ἀντικαταστὰς, καὶ τοῦ ἵππου ἀθρόον κατενεχθεὶς, ξίφει τὸν αὐχένα ἐκκόπτεται. καὶ τὸ

10. Fort. ἐκπολιορκῆσαι, ut expugnaret. 20. διαφανούσης. Conf. supra 23. A. 57. A.

silius Imperator, cum manu idonea Bosporum transgressus, signis collatis fudit captivosque fecit: Nicephorum, Phocae fratrem, vinctum in custodiam condidit: Calocyrem Delphinam autem ibidem in monte Chrysopolitano, ubi tabernaculum eius collocatum erat, in crucem egit. Tum Bardas Phocas, ubi cognovit, exercitum suum ad Chrysopolim deletum, fratrem captum ac custodiae mandatum, Delphinam palo affixum esse, coactis quas ipse habebat copiis ad Abydum descendit, ut arcem, quae ibi est, si posset, oppugnaret, et in Europam transvectus hanc quoque sibi adiungeret. Basilius Imperator, certior factus tyrannum ad Abydum devenisse, contracto item suo exercitu instructisque triremibus igniferis, adversus illum constitit: ac, tramisso Hellesponto, in campo ante Abydum tabernaculum imperatorium collocavit, instruens quotidie legiones atque exercens, et meditans qua ratione rebellem adoriretur. Ita quadam nocte instructum in insidiis exercitum per semitam secundum mare in adversarios rapit, ac, die iam illucescente, triremes combussit omnes, caedem hostium facere non intermisit. Bardas Phocas, Imperatoris repentino adventu impetuque exterritus, contra de vallo prodit: ibi inter infestas acies praelians cecidit ex equo subito, estque illi

μὲν γιγαντῶδες τούτου σῶμα κατὰ τὴν Ἄβυδον τῇ γῇ κατορύτ- A. C. 975
τεται· ἡ δὲ κεφαλὴ, πρὸς τὴν βασιλεύουσαν ἐκπεμφθεῖσα καὶ I. I. 6
δορατίῳ περιπαρεῖσα, κατὰ τὰς ἀγυιὰς θριαμβεύεται, καὶ τοῖς C
κατὰ τὴν Ἀσίαν καταπέμπεται στασιάζουσι. καὶ οὕτω τὰ τῆς
ἀποστασίας εἰς σταθηρὰν γαλήνην μετεσκευάζετο.

ι'. Καὶ ἄλλα δὲ παγχάλεπα ἡ τοῦ φανέντος ἀστέρος παρεδήλου ἐπιτολὴ, καὶ οἱ παραδειχθέντες αὖθις πρὸς τὸ βόρειον μέρος ἀωρὶ τῶν νυκτῶν πύρινοι στύλοι, καὶ τοὺς ὁρῶντας ἐκδειματούμενοι. καὶ γὰρ καὶ οὗτοι τήν τε συμβᾶσαν πρὸς τῶν Ταυροσκυθῶν τῆς Χερσῶνος ἅλωσιν παρεδήλουν, καὶ τὴν τῆς Βερροίας κατάσχεσιν παρὰ τῶν Μυσῶν. ἔτι δὲ ὁ πρὸς δύσιν ἐπὶ καταφορὰν τοῦ φωσφόρου ἀνίσχων ἀστὴρ, ὃς ἑσπερίους ποιούμενος τὰς ἐπιτολὰς, οὐδένα στηριγμὸν ἐφ' ἑνὸς διεφύλαττε κέντρου, λαμπρὰς δὲ καὶ τηλαυγεῖς τὰς ἀκτῖνας ἐπαφιεὶς, μεταβάσεις ἐποιεῖτο συχνὰς, πῇ μὲν βορειότερος ὁρώμενος, πῇ δὲ νοτιώτερος, Fol. 321 r.
ἔστι δ' ὅτε καὶ αὐτὴν τὴν μίαν ἐπιτολὴν καὶ μεταμείβων τὸν αἰθέριον τόπον, καὶ ποιούμενος ἐναργῆ καὶ σύντομον τὴν μετάβασιν· ὡς θαυμάζειν τοὺς ὁρῶντας καὶ καταπλήττεσθαι, καὶ οὐκ εἰς καλὸν τελευτήσειν οἴεσθαι τὴν τοῦ κομήτου ἀλλόκοτον κίνησιν. ὃ δὴ καὶ συνέβαινε κατὰ τὴν τῶν πολλῶν ὑπόνοιαν. καὶ γὰρ ἑσπέρας ἐνισταμένης, ἐν ᾗ μνήμην τοῦ μεγάλου Δημητρίου καὶ Μάρτυρος τελεῖν παρέλαβεν ἡ συνήθεια, φρικώδης P. 109
ἐπενεχθεὶς σεισμὸς, καὶ οἷος οὐκ ἄλλος κατὰ ταύτας δὴ συνέβη τὰς γενεὰς, τά τε πυργώματα τοῦ Βυζαντίου πρὸς γῆν κατε-

9. Ταυροσκύθων cod. 16. καὶ] Leg. κατ'. 17. Leg. σύντονον.

gladio caput abscisum. Ita immane eius corpus in terram est ad Abydum defossum: caput, quod ad urbem detulerant, in pilo fixum, per vias triumpho gestatum, ad rebellantesque in Asia missum est. Eo demum modo in stabilem serenitatem perturbatio seditionum se commutavit.

10. Praeter haec, alia, acerba sane, praenunciabantur tum stellae illius illustris ortu, tum item columnis igneis, quae intempestis noctibus per plagam septentrionalem conspectae exterrebant videntes: quippe et illae significabant, a Tauroscythis Chersonem expugnatum, a Moesis Berrhoeam occupatum iri. Tum versus occidentem post luciferi obitum oboriens stella, quae surgens vespere constitionem eodem in cardine faciebat nullam, sed illustres fundens ac micantes radios huc illuc subinde transferebatur, modo magis se ad septentrionem, modo ad meridiem ostendens, interdum unius ortus tempore locum in coelo mutans, manifesto ac citato motu: ut mirantes, qui videbant, et perterriti, non bonum exitum habiturum portentosum cometae motum arbitrarentur. Quod ipsum accidit iuxta suspicionem vulgi. Etenim instante vespera, qua memoriam Demetrii magni Martyris celebrari usu receptum est, terrae motus horribilis, qualis nusquam alius exstitit per has aetates, Byzantii turres in terram deiecit, domos plerasque stravit, ut ha-

A. M. 6484 Ind. 4 ῥίπωσε, καὶ τὰς πλείους ἑστίας ἀνέτρεψε, τάφον αὐτὰς τοῖς οἰκοῦσιν ἀπεργασάμενος, τά τε προσέγγια τοῦ Βυζαντίου χωρία μέχρις ἐδάφους κατέβαλε, καὶ πολὺν τῶν ἀγροίκων φθόρον ἐποίησεν· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τὸ ἡμισφαίριον τῆς ὑπερῴας τῆς μεγάλης ἐκκλησίας σὺν τῇ πρὸς δύσιν ἀψίδι κατέβαλε καὶ εἰς γῆν κατερίπωσεν· ἅπερ αὖθις ὁ αὐτοκράτωρ Βασίλειος ἐν ἓξ ἐνιαυτοῖς ἐδομήσατο. καὶ οἱ παγχάλεποι δὲ λιμοὶ, καὶ λοιμοὶ, αὐχμοί τε, καὶ ἐπικλύσεις, καὶ ἀνέμων ἐξαισίων ἐπιφοραί· ὁπηνίκα καὶ ὁ ἐν τοῖς Εὐτροπίου στύλος τῇ βίᾳ τῶν κυμάτων κατηνέχθη, καὶ ὁ ἐν αὐτῷ μοναστὴς ἐναπεπνίγη τοῖς θαλασσίοις ῥοθίοις δεινῶς· καὶ ἡ ἀφορία δὲ τῆς γῆς, καὶ τὰ ἐπισκήψαντα χαλεπὰ μετὰ τὴν τοῦ ἀστέρος ἐπιτολὴν, ἅπαντα ἐξεγένοντο. ἀλλὰ ταῦτα μὲν κατὰ μέρος εἰς τοὺς ἑαυτῶν καιροὺς ἡ ἱστορία παραδηλώσει.

ια'. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ Ἰωάννης, τότε τῶν τῆς Συρίας ἀπάρας (ἐκεῖθεν γὰρ, ὅθεν ἐξέβην, ἐπάνειμι), ἐπὶ τὸ Βυζάντιον εἶτο. ὁρῶν δὲ κατὰ πάροδον τήν τε Λογγιάδα καὶ τὸν Δριζῆν, χώρας εὐγείους τε καὶ εὐδαίμονας, ἃς πολλοῖς ἱδρῶσι καὶ αἵμασιν ἡ Ῥωμαϊκὴ στρατιὰ τῇ βασιλείᾳ τὸ πρότερον ἀνεσώσατο, τότε δὲ παρὰ τοῦ προέδρου Βασιλείου καὶ παρακοιμωμένου κατεχομένας, ἤσχαλλεν, ὡς τὸ εἰκὸς, καὶ ἠνιᾶτο, καὶ τὴν πλεονεκτικὴν ἐκείνου βίαν ὠνείδιζεν. ὁ δὲ ἀναφανδὸν μὲν οὐκ εἶχεν ἀντιβαίνειν, τὴν τοῦ ἄνακτος δεδιὼς ἀγανάκτησιν· λαθραίως δὲ τὰ ἐκείνου ἐμυκτήριζε λόγια, καὶ τοῦτον, ἤδη βαρὺν αὐτῷ γεγενημένον δεσπότην, ἀμωσγέπως διενοεῖτο ἀποσκευάσασθαι.

2. ἀπεργασάμενος. Vid. supra 42. A.

bitatorum sepulcrum fierent, loca autem in vicinia urbis ad solum evertit, multa agrestium hominum caede facta. Nec vero in his constitit malum: sed tholum quoque superiorem magnae ecclesiae cum absida occidentali deiecit, terraeque afflixit: quae posthac Basilius Imperator intra sexennii spatium renovavit. Inopiae adhaec importunissimae, pestilentiae, siccitates, eluviones, ventorum horribilium turbines: quibus columna quoque in Eutropiano per vim fluctuum eversa est, fraterque super illam undis pelagi misere mersus: sterilitas item terrae, atque superne ingruentia mala post stellae ortum, omnia evenerunt. Verum haec sigillatim suo quidque tempore historia dicet.

11. Ioannes Imperator, tunc ex Syria profectus (redeo enim eo, unde diverti), iter Constantinopolim versus habebat. Ibi cum in transitu Longiadem et Drizen videret, feracia atque opima loca, quae Romani exercitus sudore sanguineque plurimo recens imperio recuperata a Basilio praeside et praefecto cubiculi tunc tenebantur, aegre id, ut par erat, ac moleste tulit, et vituperavit violentam avaritiam hominis. Neque is tunc quidem aperte obloqui, principis indignationem verens, poterat: clam vero ridebat eius verba, illumque, ut dominum iam sibi gravem, quovis modo submovere sta-

ἄρτι δὲ κατὰ τὴν τῷ Ὀλύμπῳ παρακειμένην τῆς Ἀτρώας πε- A. C. 975
διάδα ὁ βασιλεὺς ἀφικόμενος, πρὸς τὴν τοῦ πατρικίου Ῥωμα- I. I. 6
νοῦ καὶ τῷ τοῦ Σεβαστοφόρου διαπρέποντος ἀξιώματι ἑστίαν D
κατήγετο. ἐνταῦθα λέγεταί τινα τῶν ἐξυπηρετουμένων ἐκτομίαν
τῷ αὐτοκράτορι, εἴτε οἴκοθεν δυσμενῶς πρὸς αὐτὸν διακείμενον,
εἴτε καὶ πρὸς τούτων, τοῖς καλοῖς βασκαινόντων καὶ μεταβολὰς Fol. 321 v.
τῶν πραγμάτων ἱμειρομένων ὁρᾶν, ὑπαχθέντα, καὶ ὑποσχέσεσι
δωρεῶν παρακλαπέντα (ὅπερ δὴ τοῦ προτέρου μᾶλλον καὶ λέγεται
καὶ πιστεύεται), δηλητήριον κερασάμενον παρὰ τὸν πότον ἐπιδοῦ-
ναι τῷ βασιλεῖ· τὸν δέ, μηδέν τι τοιοῦτον φρασάμενον, ὡς σωτή- P. 110
ριον πόμα τὸ δηλητήριον ἐκπιεῖν. τῇ γοῦν ὑστεραίᾳ νάρκη τε τῶν
μελῶν καὶ πάρεσις τοῦ παντὸς σώματος αὐτῷ ἐξεγένετο, καὶ ἡ τῶν
ἰατρῶν ἐπιστήμη τῷ ἀθρόῳ τοῦ πάθους κενή τις καὶ ἄπρακτος
ἀπηλέγχετο, μὴ ἀκριβοῦσα διάγνωσιν τοῦ τοιούτου συμπτώμα-
τος. ὁ δὲ βασιλεύς, τὴν πρότερον ἐνοῦσαν αὐτῷ γιγαντώδη ῥώ-
μην αἰφνίδιον καταβληθεῖσαν αἰσθόμενος, ἠπείγετο καταλαβεῖν
τὸ Βυζάντιον· ἐπέσπευδε δὲ καὶ τὴν ἐν τῷ τοῦ Σωτῆρος νεῷ, ὃν
αὐτὸς ἐδείματο, κατασκευαζομένην τῷ σωματίῳ τούτου σορὸν
ἁπαρτισθῆναι ὡς τάχιστα. συντείνας δὲ τὴν ὁδοιπορίαν, ἐς τὴν
βασιλεύουσαν ἧκε, φιλοφρόνως μὲν ὑποδεχθεὶς πρὸς τῶν ἀστι- B
κῶν, ὀλιγοδρανέων δὲ ἤδη, καὶ ἄσθμα μύχιον καὶ δυσπρόσοδον
περιπνέων καὶ ἀναπεμπόμενος. ἄρτι δὲ εἰς τὴν ἀνακτορικὴν ἑστίαν
πεφοιτηκὼς, κλινοπετὴς ἐδείκνυτο, τῷ φαρμάκῳ καταπονούμενος.
συνιεὶς δέ, ὡς οὐκ ἂν ἀνασφήλῃ τοῦ τοιούτου πτώματος (τὸ γὰρ
ἐνδομυχοῦν δεινὸν τὰ ἔγκατα χαλεπῶς ἐξεθέριζε), τῶν βασιλικῶν

13. ἄπρακτος. Vid. Schottum De nodis Ciceronis 22. C.

tuit. Venerat Imperator in Atroae campum Olympo subiectum: deverterat ad Romanum patricium, Sebastophori dignitate decoratum. Ibi ferunt aliquem spadonem de ministrantibus, sive per se Imperatori infensum, sive subornatum corruptumque pollicitationibus largitionum ab illis, qui, bonis iniqui, conversionem videre rerum cuperent (qui rumor potius quam prior ille et differtur et creditur), venenum praeparatum Imperatori in potione praebuisse: illum, nihil tale suspicantem, pro salutari haustu virus ebibisse. Sed iam postridie eius diei torpor eum membrorum, et corporis universi relaxatio occupavit, vique repentina mali vanam esse medicorum scientiam nulloque usui apparuit, nec versari in cognitione facili hunc morbum. Imperator, ubi robur singulare, quod pridem sibi inerat, repente prostratum esse sensit, Constantinopolim pervenire contendit: simul arca, quae in Servatoris fano a se aedificato corpori ipsius praeparabatur, ut quamprimum absolveretur properat. Sic contento cursu ad urbem venit, exceptusque a populo mirabiliter est, languens iam, atque aegre intimo pectore spiritum ducens et efflans. Cum autem in palatium se contulisset, veneno confectus iam lecto decubuit. Ita quod sentiebat non convaliturum sese ex tanto morbo (nam foede depascebatur viscera penitus insidens malum), e fisco plena manu hauriens largitiones

A. M. 6484 Ind. 4 A. C. 975 I. I. 6 θησαυρῶν ἀφειδῶς ἁπαντλῶν, διεδίδου τοῖς πένησι, καὶ μάλιστα τοῖς λελωβημένοις καὶ βεβρωμένα τῇ ἱερᾷ νόσῳ τὰ σώματα περιφέρουσιν, οἷς τῶν ἄλλων πενήτων φιλανθρωπότερον διετίθετο.

C Νικόλαόν τε, τὸν πρόεδρον Ἀδριανουπόλεως, εἰσκαλέσας, ἄνδρα θεῖόν τε καὶ σεβάσμιον, τὰ κατὰ τὸν βίον αὐτῷ ἀνεκάλυψεν ἀγνοήματα, κρουνοὺς τῶν ὀφθαλμῶν δακρύων ἐπαφιεὶς, καὶ τῷ τούτων λουτῆρι τὰ αἴσχη καὶ τὰ ῥυπάσματα τῶν ἐσφαλμένων ῥυπτόμενος, καὶ τὴν Θεοτόκον ἐπιβοώμενος, ἀρωγὸν εὑρεῖν ἐν ἡμέρᾳ τῆς δίκης, ὁπηνίκα παρὰ τῷ υἱῷ αὐτῆς καὶ Θεῷ τὰ τῶν βροτῶν πρακτέα τοῖς ἀδεκάστοις ζυγοῖς καὶ σταθμοῖς ταλαντεύεται. τοιαύτην ἐξ ἀδιστάκτου γνώμης καὶ συντετριμμένης ψυχῆς

A. M. 6484 Ind. 4 A. C. 976 I. I. 7 τὴν ἐξομολόγησιν ὁ βασιλεὺς ποιησάμενος, τῶν τῇδε μεθίσταται, καὶ πρὸς τὴν ἐκεῖσε μεταβαίνει κατάπαυσιν ἐν μηνὸς Ἰανουαρίου

D δεκάτῃ, ἰνδίκτου δ', ἔτους ,ϛυπέ', ταφεὶς ἐν τῷ κατὰ τὴν Χαλκῆν τοῦ Σωτῆρος νεῷ, ὃν ἐκεῖνος μεγαλοπρεπῶς ἐκ βάθρων ἐδείματο. τοιοῦτον εὗρε τὸ τέλος ὁ αὐτοκράτωρ Ἰωάννης τῆς αὐτοῦ βιοτῆς, ἀνὴρ βραχὺς μὲν τὴν ἡλικίαν τοῦ σώματος, ἡρωϊ-

Fol. 322 r. κὴν δέ τινα περιφέρων ἰσχὺν, γενναῖός τις γεγονὼς ἐν πολέμοις καὶ ἀκαταγώνιστος, καὶ πρὸς τοὺς κινδύνους εὔψυχος καὶ μεγαλότολμος· ζήσας μὲν τὸν πάντα χρόνον τῆς αὐτοῦ βιοτῆς ἔτη πεντήκοντα πρὸς τῷ ἑνὶ, ἰθύνας δὲ τὴν τῆς βασιλείας ἡγεμονίαν εἰς ἐνιαυτοὺς ἕξ, πρὸς ἡμέραις τριάκοντα.

16. ἐδείματο. Supra 79. A.

fecit cum in pauperes, tum maxime in leprosos illosque, qui adesa mala scabie corpora circumferunt, quos praeter caeteros indigentes peramanter observabat. Introvocato deinde Nicolao, Adrianopolis antistiti, viro divino ac reverendo, commissos a se in vitae curriculo errores patefecit, vimque lacrymarum oculis profudit, quarum lavatione labes sordesque peccatorum abstersit, invocata Dei matre, ut in die iudicii patronum sibi inveniret, quando coram divino eius filio trutina ponderibusque incorruptis actiones mortalium librabuntur. Quam confessionem ubi intenta mente atque animo contrito Imperator fecerat, ex hac vita discessit, et ad requiem sese, quae ultra est, transtulit, die Ianuarii decima, indictione IV, anno sexmillesimo quadringentesimo octogesimo quinto. Sepultus est in aede Servatoris Chalcensi, quam ipse magnifice e fundamentis aedificaverat. Eiusmodi finem vitae invenit Ioannes Imperator, vir corporis quidem statura brevis, sed heroïcum circumferens robur, fortis ac probatus in bellis, et validior quam ut vinci posset, in periculis autem animosus, atque audacia singulari. Vixit omnino annos quinquaginta unum; imperio rebusque praefuit ad annos sex, dies triginta.

ΠΕΡΙ
ΠΑΡΑΔΡΟΜΗΣ ΠΟΛΕΜΟΥ
ΤΟΥ ΚΥΡΟΥ
ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ.

Digitized by Google

INDEX CAPITUM.

α'. Περὶ βιγλῶν, καὶ πόσον διάστημα ὀφείλουσιν ἀπ' ἀλλήλων μία ἑκάστη διΐστασθαι.

β'. Περὶ τῶν καμινοβιγλίων καὶ κατασκόπων.

γ'. Περὶ κινήσεως ἐχθρῶν, καὶ τοῦ προκατασχεθῆναι τὰς δυσχωρίας.

δ'. Περὶ τοῦ ποιεῖσθαι λάθρα τὰς κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἐπιθέσεις, καὶ περὶ τοῦ προσυπαντᾷν τοὺς πολεμίους πρὸς τὴν ἰδίαν ἐπαναστρέφοντας.

ε'. Περὶ προκατασχέσεως ὑδάτων ἐν τοῖς στενώμασιν ὄντων.

ς'. Περὶ παραδρομῆς τῶν μονοκούρσων, καὶ στοχασμοῦ τῆς τοῦ λαοῦ αὐτῶν ποσότητος.

ζ'. Περὶ συναθροίσεως καὶ κινήσεως φωσσάτου, καὶ περὶ τοῦ, παραχωρεῖν τοὺς πραγματευτὰς εἰσέρχεσθαι καὶ κατασκοπεῖν.

η'. Περὶ παραμονῆς φωσσάτου, καὶ ἀκολουθήσεως.

θ'. Περὶ τῆς κινήσεως τοῦ κούρσου, καὶ ἀκολουθήσεως.

ι'. Περὶ τοῦ διαχωρισμοῦ τοῦ κούρσου, καὶ τοῦ λαοῦ ὄπισθεν ἐπακολουθοῦντος.

ια'. Περὶ τοῦ ἔνθεν κἀκεῖθεν ἵστασθαι τοὺς πεζοὺς ἐν ταῖς δυσχωρίαις.

4. καὶ abest ex cod. 2437.

I. De excubiis, et quo intervallo aliae ab aliis esse debeant.

II. De custodiis itinerum et de exploratoribus.

III. De motu hostium, et quo pacto angustiae praeoccupandae sint.

IV. Quo pacto insidiae clam hostibus faciendae sint, et quemadmodum adversariis occurrendum sit domum redeuntibus.

V. De aquarum in angustiis praeoccupatione.

VI. De consectando equestri agmine, quod praedatum incurrat, et quo pacto numerum militum eius inire possis.

VII. De contractione et motu exercitus, et de eo, ut mercatoribus permittatur intrare hostium fines ac speculari.

VIII. De ratione observandi atque insequendi exercitum.

IX. De motu manus praedatoriae, et de insecutione.

X. De seiunctione manus praedatoriae, deque peditatu a tergo subsequente.

XI. In angustiis peditatum ad utrumque latus viae stare oportere.

ιβ'. Περὶ ἀθρόας ἐξελεύσεως τῶν πολεμίων, πρὸ τοῦ τὰ Ῥωμαϊκὰ ἐπισυναχθῆναι στρατεύματα.

ιγ'. Περὶ τοῦ ἐνεδρεῦσαι κατὰ τῶν λεγομένων μινσουρατόρων ἐν τοῖς ἀπλήκτοις.

ιδ'. Περὶ τῆς ὑποχωρήσεως τῶν ἱππέων ἀπὸ τῶν πεζῶν, ὁδοιπορούντων ὁμοῦ.

ιε'. Περὶ ἀσφαλείας.

ις'. Περὶ διαχωρισμοῦ τοῦ τούλδου.

ιζ. Περὶ τῶν μετὰ πολλῆς δυνάμεως ἐπιτρεχόντων πολεμίων τὰς χώρας ἡμῶν, καὶ τῆς μετὰ ἐγκρυμμάτων παρασκευῆς.

ιή. Περὶ τοῦ, πότε δεῖ τὸν στρατηγὸν ἐκ δύο μερῶν τῶν πολεμίων παραδρομὴν ποιῆσαι.

ιθ'. Περὶ καταστάσεως, καὶ ἐξοπλίσεως, καὶ γυμνασίας στρατοῦ.

κ'. Περὶ τῶν ἐγχρονιζόντων πολεμίων κατὰ τῆς χώρας ἡμῶν, ἵνα ὁ ἡμέτερος στρατὸς κατὰ τῆς χώρας αὐτῶν ἐπέλθῃ.

κά. Περὶ πολιορκίας κάστρου.

κβ'. Περὶ διαχωρισμοῦ λαοῦ τῶν ἡμισέων πολεμίων, ἢ καὶ τοῦ τρίτου μέρους.

κγ'. Περὶ τῆς ὑποστροφῆς τῶν πολεμίων, καὶ κατασχέσεως κλεισούρας.

κδ'. Περὶ νυκτοπολέμου.

κε'. Περὶ ἑτέρας κατασχέσεως ὁδοῦ, τῆς εἰς τὴν κατάβασιν δυσχωρίαν ἀποτελούσης.

XII. De subita incursione hostium, antequam Romanae copiae cogi possint.

XIII. De insidiis, quae contra mensuratores, quos vocamus, in castrorum locis fiant.

XIV. De discessu equitum a peditatu, quocum iter fecerant.

XV. De cautione.

XVI. De submovendis impedimentis.

XVII. De hostibus cum ingentibus copiis provincias nostras invadentibus, et de ratione per insidias bellandi.

XVIII. De eo, quando oportet ducem bipartito hostes insequi.

XIX. De statu, armatura et exercitatione militum.

XX. De adversariis, si diutius in regione nostra morantur, ut exercitus noster in illorum fines transeat.

XXI. De obsidione oppidi.

XXII. De separatione dimidiae, vel etiam tertiae partis copiarum hostilium.

XXIII. De discessu hostium, et claustrorum occupatione.

XXIV. De dimicatione nocturna.

XXV. De alio modo occupandi viam, quae in descensu difficultatem habet.

ΠΕΡΙ
ΠΑΡΑΔΡΟΜΗΣ ΠΟΛΕΜΟΥ
ΤΟΥ ΚΥΡΟΥ
ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ.

DE
VELITATIONE BELLICA
DOMINI
NICEPHORI AUGUSTI.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Τὴν τῆς παραδρομῆς μέθοδον παραδοῦναι βουλόμενοι, εἰ τάχα καὶ κατὰ τὸν παρόντα καιρὸν μὴ χρειώδης ἐστὶν εἰς τὰ τῆς ἕω μέρη, ἅτε Χριστοῦ, τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν, τὸ πολὺ τῆς καθ' ἡμῶν δυνάμεως καὶ ἰσχύος τῶν τοῦ Ἰσμαὴλ ἐκγόνων ἀμβλύναντος, καὶ τὰς ἐφόδους αὐτῶν ἀναχαιτίσαντος· ἀλλ' οὖν, ἵνα μὴ τὴν λήθην καὶ ἄγνοιαν ἐπεισαγαγὼν ὁ χρόνος φθείρῃ τὸ ταύτης

In codice A, hoc est in cod. 2437, Fol. 373 r. P. 117

2. χρεώδης. Lambecius Commentar. Bibl. Caes. VII. col. 432. B. χρεώδης.

PRAEFATIO.

Cum propositum nobis sit rationem tradere, qua hostes bello observandi sint, tametsi id fortasse in praesentia minus necessarium in Orientis partibus est, quod Christus, verus Deus noster, infensa nobis vi ac potentia filiorum Ismaël maiore ex parte fracta, incursus eorum repressit: tamen, ne temporis longinquitas, oblivionem atque ignorantiam afferens, tolleret

P. 118 ἐπωφελὲς καὶ ἐξαφανίζῃ, δεῖν ᾠήθημεν γραφῇ παραδοῦναι ταύτην· ἵν', εἴ ποτε ταύτης δεήσει Χριστιανοῖς, καιροῦ τινος πρὸς τὸ μέλλον καλοῦντος, ἕτοιμός ἐστι συνεργὸς ἀγαθὴ τῷ τε κοινῷ παντὶ, καὶ τοῖς αὐτὴν μεταχειριζομένοις. ἡμεῖς γοῦν ταύτην οὐ μονονοὺκ ἀκοῇ παρειλήφαμεν, ἀλλὰ καὶ πεῖράν τινα παρ' αὐτῆς ἐδιδάχθημεν· τὸ μὲν, αὐτοὺς σχόντες διδασκάλους καὶ παιδευτὰς τοὺς ταύτην, σχεδὸν εἰπεῖν, ἐφευρόντας τὴν μέθοδον· τὸ δὲ, καὶ αὐτοὶ μόνοι ταύτῃ χρησάμενοι, καὶ πεῖραν αὐτῆς ἐγκολπωσάμενοί τινα, κατὰ τὸ ἡμῖν ἐφικτόν. αὕτη τοίνυν κατὰ τοῦτο ἔχει τὸ χρήσιμον, ὅτι περ, οἳ ταύτην μετήλθοσαν, μετ' ὀλίγου Βμαχίμου λαοῦ μέγιστα καὶ ἀξιομνημόνευτα ἐξετέλεσαν ἔργα. καὶ γὰρ, ἅτινα μὴ κατορθῶσαι ἴσχυσεν ἢ ἐτόλμησεν ἡ Ῥωμαίων σύμπασα στρατιὰ, ὅτε τὰ τῶν Κιλίκων καὶ τοῦ Χαμβδᾶ ἤκμαζεν, εἷς ἐνίοτε τῶν ἀρίστων στρατηγῶν, σὺν μόνῳ τῷ τοῦ ὑπ' αὐτὸν θέματος λαῷ, φρονίμως καὶ ἐμπείρως τοὺς πολεμίους ἐπιτηδευσάμενος, καὶ συνετῶς διατεθεὶς καὶ στρατηγήσας, ἀπήρτισε. τοῦτο δέ φαμεν, οὐχ ὅτι τοῦ πλείονος τὸ ὀλίγον προκρίνομεν μάχιμον· οὐδ' ὅτι ταύτην ἐξαίρομεν τῶν λοιπῶν στρατηγημάτων καὶ ἐπιτηδευμάτων τῆς τακτικῆς· ἀλλ' ὅτι στρατηγῶν τοῖς ἀρίστοις αὕτη συνεργὸς ἀρίστη καθέστηκεν· ἵν', ὅτε μὴ κατὰ πρόσωπον τοῖς Cπολεμίοις ἀντιτάττεσθαι δύναιντο, ταύτῃ τῇ μεθόδῳ χρώμενοι,

1. ἐπωφελὲς. Hactenus fragmentum libri apud Lambecium. 3. ἐστι. Scribendum omnino ᾖ· sed eiusmodi soloecismi toto illo libello tam frequentes sunt, ut otiosorum esset notare singulos. Quam animadversionem moneo in similia loca omnia aeque valere. 8. ταύτην cod. 10. ὅτι περὶ ταύτην codd.

usum eius ac deleret, idcirco scripto tradendam eam existimavimus: ut, si unquam eius egerent Christiani, flagitante futuri temporis necessitate, quasi quaedam fortis adiutrix cum reipublicae universae, tum maxime observatoribus eius praesto esset. Eam enim nos non modo auditione percepimus, verum experientia etiam in ea sumus eruditi: illud quidem, quia praeceptores ac magistros eos nacti sumus, qui istam belligerandi viam, prope dicam, aperuerunt: hoc, quod ipsi nostro arbitrio eam persequentes, aliquem eius usum, quantum quidem in nobis fuit, contraximus. Proficit autem plurimum ad illud, quod, qui eam tenuerint, cum exiguo armatorum numero res maximas memoriaque dignas confecerunt. Etenim, quae exsequi neque potuit neque conatus est universus Romanorum exercitus contra firmissimas tunc Cilicum et Chambdani opes, ea unus interdum ex praestantissimis ducibus, cum solis suae provinciae copiis, hostes prudenter ac scite aggressus, bello intelligenter instructo atque administrato, confecit. Tametsi non ideo id dicimus, quod magnis copiis exiguas praeferendas esse putemus: neque ut hanc bellandi viam praeter reliqua commenta militaria et inventa extollamus: verum quia optimorum ducum optima adiutrix exstitit: ut, quando recta fronte obsistere hostibus

ἀβλαβεῖς τε ἑαυτοὺς καὶ τὴν ἰδίαν συντηροῖεν χώραν. ταύτην Βάρδας ὁ μακαρίτης Καῖσαρ, ὅσα ἐμὲ γινώσκειν, εἰς ἄκρον κατώρθωκε, καὶ παντελῶς ἀφανισθεῖσαν ἀνενεώσατο (ἵνα μὴ τοὺς παλαιοὺς τῶν στρατηγῶν ἀπαριθμῶ καθ' ἕκαστον, μόνους δὲ τοὺς πᾶσι γνωρίμους καὶ καθ' ἡμᾶς)· ὃς ἐν τοῖς γειτονοῦσι τῇ Ταρσῷ θέμασι, τῇ τε Καππαδοκίᾳ καὶ τῷ Ἀνατολικῷ στρατηγῶν, μυριάκις τὰς τῶν Ταρσέων καὶ λοιπῶν Κιλίκων δυνάμεις ἐτραυμάτισε, καὶ μέγιστα κατ' αὐτῶν ἀνεστήσατο τρόπαια. παρ' οὗ καὶ ἡμεῖς ταύτην γυμνασθέντες τὴν μέθοδον, τὴν ταύτης κἂν D ποσῶς παρειλήφαμεν πεῖραν. πρὸς τούτῳ καὶ Κωνσταντῖνος Πατρίκιος, ᾧ Μελεϊνὸς ἐπίκλησις, χρόνους πλείστους Καππαδοκῶν στρατηγήσας καὶ ταύτην συνεργὸν ἔχων, οὐκ ἐλάχιστα ἀπειργάσατο κατορθώματα. σὺν τούτοις καὶ ὁ κύρις Νικηφόρος, ὁ ἀοίδιμος βασιλεύς, ταύτην ἄκρως μετῆλθεν· ὃς δήπου στρατηγῶν, καὶ ταύτῃ χρώμενος, πάμπολλα καὶ ἀξιάγαστα ἔργα πεποίηκε, μυριάκις, ὡς εἰπεῖν, τοὺς πολεμίους τρεψάμενος, καὶ μέγιστα τούτων στρατεύματα κατακόψας. οὗ τὰς ἀριστείας, καθ' ὃν ἐστρατήγει καιρὸν, συγγράφειν ἢ ἀπαριθμεῖσθαι, ὀχληρὸν ἔσται P. 119 τοῖς ἐντυγχάνουσι, διά τε τὸ ὑπερβάλλον πλῆθος, καὶ τὸ παρὰ πολ-

1. Fort. ἀβλαβεῖς ἑαυτούς τε. χώραν. Haec item apud Lambecium Comment. VII. 433—435. cod. Vindobonensi philosophico CXI, cum differentia tamen aliqua lectionis hic enotata. Post ταύτην Lambecius addit τὴν μέθοδον. 4. παλαιούς. Lambecius col. 434. omittit παλαιούς, perperam, opinor. 5. Fort. καὶ τοὺς καθ'. Tametsi neque ullus nostrorum codd. variet, neque, ut ex Lambecio col. 434. video, Vindobonensis. 6. θέμασι. Lambecius l. c. male, θέματι, et paulo post, τῷ Ἀνατολικῷ στρατηγῷ. 19. παρὰ πολλ. Lambecius πᾶσα πολλῶν· quod iam et Kollarius correxit edit. altera Comment. VII. 434. C. et Cotelerius, Ecclesiae Graecae Monument. III. 534. C.

non possent, sese suosque fines, hac disciplina usi, incolumes servarent. Eandem, quantum ego perspicio, mirabiliter locupletavit, prorsusque obsoletam renovavit Divus Bardas Caesar (ne sigillatim priscos duces, verum eos duntaxat enumerem, qui nostra memoria omnibus innotuerunt): qui in provinciis Tarso finitimis, Cappadocia et Anatolico, copiis praefectus, Tarsensium reliquorumque Cilicum vires saepenumero contudit, maximaque de illis constituit trophaea. Ab eodem nos quoque hac disciplina eruditi, usum eius, quantulus is cunque est, percepimus. Fuit etiam Constantinus Patricius, cognomento Meleïnus, qui, complures annos copiis Cappadocum praepositus, ea adiutrice felicissime non pauca gessit. Praeter hos item dominus noster Nicephorus, immortalis memoriae princeps, eam mirifice coluit: qui cum exercitibus praeesset, illa usus, plurima eaque admiranda facinora effecit, hostes sexcenties, ut sic dicam, fudit, maximas eorum copias concidit. Cuius gloriosa facta, tunc cum militiam moderaretur, si scriptura persequi aut enumerare vellem, putidum id esset legentibus, tum propter multitudinem eorum infinitam, tum quia

λῶν γινώσκεσθαι. ὃς ταύτην ἔργῳ μεμαθηκὼς εὔχρηστον οὖσαν, ἐγγράφως πρὸς κοινὴν λυσιτέλειαν, πῶς δεῖ χρῆσθαι ταύτῃ, ἐξέθετο· κἀμοὶ παρηγγύησε, καθ' ὅσον οἷόν τε ἀκριβῶς περὶ αὐτῆς συγγράψαι, καὶ παραδοῦναι τοῖς μεθεξῆς. μὴ μόνον δὲ
Fol. 374 r. περὶ ταύτης τῆς τῇ ἕῳ προσηκούσης, ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς τῇ ἑσπέρᾳ ὠφελίμου καθεστηκυίας· διὰ τὸ ἐν αὐτῇ πλεῖστά τε στρατηγῆσαι, καὶ πεῖραν, ὅσον οἷόν τε ἦν, φύσει τῇ ἡμετέρᾳ ἀθροῖσαι. ἀλλὰ περὶ ἐκείνης μὲν ἰδίᾳ καὶ ἐν ἄλλοις εἰρήσεται· νυνὶ δὲ σκοπὸς ἡμῖν
B περὶ τῆς ἑτέρας διαλαβεῖν. ὅθεν καὶ τὴν ἐκείνου τηρῶν ἐντολήν, συνεργῷ τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι χρώμενος, ἥτις ἐν ἅπασι συνεπιλαμβάνεται τοῖς καλοῖς, ὧδέ πως ἀπάρχομαι τῆς ὑποθέσεως.

ΚΕΦ. α'. Περὶ βιγλῶν, καὶ πόσον διάστημα ὀφείλουσιν ἀπ' ἀλλήλων μία ἑκάστη διΐστασθαι.

Provinciae limitaneae. P. 120 Τοὺς τῶν μεγάλων καὶ ἀκριτικῶν θεμάτων τὴν πρόνοιαν ἀναδεχομένους, καὶ ὑπὸ τὴν αὐτῶν ἐπικράτειαν τὰς κλεισούρας ἔχοντας, πάσῃ μηχανῇ, καὶ προθέσει, καὶ ἀγρύπνῳ ἐπιμελείᾳ
B προσήκει σπουδάζειν καὶ ἀγωνίζεσθαι, τὰς τῶν Ῥωμαίων χώρας διαφυλάττειν τῆς τῶν πολεμίων ἐπιδρομῆς ἀσινεῖς καὶ ἀνεπηρεάστους, βιγλάτορας ἐφιστῶντας ῥωμαλέους καὶ ἐπιτηδείους, καὶ τὰς ὁδοὺς εἰς ἄκρον ἐπισταμένους. καὶ εἰ μὲν ὄρη εἰσὶν ὑψηλὰ καὶ δύσ-

2. χρῆσθαι. Lambecius col. 435. A. χρῆσαι. 4. μεθεξῆς. Lambecius καθεξῆς. 5. ἑσπέρᾳ. Lambecius loc. cit. ἑσπέρῳ. 6. διὰ τό. Hactenus Lambecius Commentar. de Biblioth. Caesar. VII. 435.

apud multos sunt pervulgata. Imperator autem, usu edoctus, perutilem esse disciplinam illam, et ipse, quemadmodum esset illa utendum, communis utilitatis causa scripto exposuit: et mihi mandavit, ut compositum quam accuratissime possem de eadem re commentarium posteris relinquerem. Neque solum de hac, quem ad finem Orienti conveniat, verum etiam de illa, quae in Occidentis partibus usui sit: quod ibi copiis plurimum praefui, earumque rerum peritiam, quoad facultas tulit, animo collegi. Sed de hac separatim et alias dicetur: nunc de altera disserere nobis propositum. Proinde satis faciens principis mandato, adiutrice usus gratia divina, quae ad omnia bona expetenda assumi debet, in hunc modum dicere ingrediar de argumento nostro.

Cap. I. De excubiis, et quo intervallo aliae ab aliis esse debeant.

Qui magnarum et limitanearum provinciarum curam gerunt, in suaque ditione fauces montium habent, omni ratione, consilio, diligentia indefessa studere operamque adhibere debent, ut fines Romanos sartos tectos ab incursione hostium conservent, excubitoresque disponant valentes, idoneos, itinerum apprime gnaros. Si alta atque impedita iuga ditionem no-

βατα διορίζοντα τὴν πολεμίαν, ἐν τούτοις τὰς βίγλας ἵστασθαι· ἀπέχειν δὲ τὰς στάσεις τῶν βιγλατόρων ἄχρι μιλλίων γ' ἢ δ'. καὶ ἡνίκα τοὺς ἐχθροὺς ἐξερχομένους θεάσονται, δρομαίως ἀπέρχεσθαι εἰς τὸ ἕτερον στασίδιον, καὶ ἀπαγγέλλειν ἃ ἐθεάσαντο, κἀκείνους πάλιν πρὸς τὸ ἕτερον στασίδιον σπουδῇ πολλῇ· καὶ οὕτω καθεξῆς μηνύεσθαι τὰ τῶν καβαλλαρίων στασίδια εἰς τοὺς C *ἐφωμάλους τόπους ἱστάμενα, καὶ δι' αὐτῶν ἀναμανθάνειν τὸν στρατηγὸν τὴν τῶν ἐθνῶν ἔφοδον. καρτερεῖν δὲ αὐτοὺς ἡμέρας πεντεκαίδεκα ἐν τῇ τῶν ὁδῶν φυλακῇ, ἐπιφερομένους καὶ τὴν διαρκοῦσαν αὐτοῖς τροφὴν τῶν αὐτῶν ἡμερῶν· εἶθ' οὕτως ἀπέρχεσθαι ἑτέρους εἰς τὴν τούτων ὑπαλλαγήν, καλῶς ἀδνουμιαζομένους καὶ εὐτρεπιζομένους παρὰ τῶν ἀρχόντων, καὶ σῴους καὶ ἀνελλιπεῖς κατὰ τὸν τυπωθέντα ἀριθμὸν ἀποστελλομένους, καὶ μὴ δι' αἰσχρὸν κέρδος οἴκοι καθέζεσθαι παρὰ τῶν ἀρχόντων αὐτῶν ἐαθῶσιν. ἔξεστι δὲ τοὺς βιγλάτορας ἀφορᾶν, ἐν οἷς ἄπληκτα τῶν πολεμίων ἁρμόζει γίνεσθαι, ἐν οἷς ὕδωρ ἐστὶ διαρκὲς,* D *καὶ τόπος ἐφώμαλος· ἑτέρους δὲ βλέπειν, ἐν οἷς ἡ ὁδὸς ἀποτελεῖ στένωμα· ἄλλους δὲ, ὅπου ποταμὸς ὑπάρχει δυσπέρατος. καὶ τούτων οὕτως ἀσφαλῶς φυλαττόντων, οὐ δυνήσονται οἱ πολέμιοι λάθρα ποιήσασθαι τὴν ἔξέλευσιν. ἀποστέλλειν τε πιστοὺς ἀνθρώπους καὶ ἐμπειροτάτους, τοῦ ἐφορᾶν αὐτοὺς, εἴ γε καλῶς καὶ ἀγρύπνως τὰ κατατόπια αὐτῶν διαφυλάττουσι. καὶ οἱ τυπωθέντες βιγλάτορες σῷοι τῷ ἀριθμῷ καὶ μὴ ἐλλιπεῖς ἀπέρχωνται, καὶ μὴ καταλιμπάνωσι τὰς στάσεις αὐτῶν, ἐν αἷς βλέ-* P. 121

6. *εἰς τοὺς ἐφ' ὁμαλοὺς* cod. Sed vid. D. lin. 2. 17. *ἀποτελεῖ*] *ἀποστελεῖ* cod. *ἀποστέλλει* alii.

stram a barbaria disterminant, in illis debent excubiae collocari, stationes autem excubitorum distare inter se ad millia passuum terna aut quaterna. Si adversarios progredientes conspiciunt, cursim relati ad proximam stationem, nuncient quae viderint; haec statio cum magna celeritate proximae idem significet: itaque deinceps rem renuncient equestribus custodiis, in locis planis subsidiantibus, per quas dux de barbarorum adventu certior fiat. Excubitores permanere dies quindecim in viarum custodia convenit, ferreque secum quantum sat fuerit in hos dies cibaria: dein ad hos commutandos succedant alii, recte censiti atque instructi a praefectis, ut integri plenique iuxta album praescriptum adsint, neque praefecti ob turpe compendium domi eos residere sinant. Possunt item excubitores dispicere, quae loca ad castra hostium facienda apta sint, aquatione copiosa, loco propatulo: alii explorare, ubi iter efficit angustias: alii, ubi flumen transitu difficile subsit. Qui ubi recte custodiunt, non poterunt hostes latenter eruptionem facere. Ad haec mittere oportet certos peritissimosque homines, qui speculentur, an recte atque vigilanter stationes suas custodiant. Designati autem excubitores integro numero discedant, ita ut nullus desit, neque relinquant loca,

πειν καὶ φυλάττειν τὰς ὁδοὺς ἐτύχθησαν, μήτε χρονίζειν ἐπὶ τοῖς αὐτῶν στασιδίοις, ἀλλ' ἐναλλάσσειν τοὺς τόπους καὶ ἀλλαχοῦ μεταβαίνειν· ἵνα μὴ ἐπὶ πολὺ ἐγχρονίζοντες τοῖς αὐτοῖς τόποις, διαγινωσκόμενοι εὐάλωτοι γίνωνται τοῖς ἐχθροῖς.

Fol. 375 r. ΚΕΦ. β'. Περὶ τῶν καμινοβιγλίων καὶ κατασκόπων.

Ἀναγκαία δὲ ἡ τῶν καμινοβιγλατόρων ὑπάρχει ὠφέλεια· καὶ χρὴ τὸν στρατηγὸν καὶ τούτων πολλὴν ποιεῖσθαι τὴν ἐπιμέλειαν, καὶ ἐν ἐπιτηδείοις τόποις ἐφιστᾷν τὰ καμινοβίγλια· ὅπως, ἡνίκα κίνησις τῶν ἐχθρῶν γένηται, καὶ οἱ βιγλάτορες ταύτης αἴσθωνται διὰ τῶν καμινοβίγλων, καὶ ὁ στρατηγὸς τὴν ἔξέλευσιν τῶν ἐχθρῶν προγινώσκῃ, καὶ ποίαν ὁδὸν ἐξελθεῖν μέλλουσι· καὶ αἱ χῶραι, δι' αὐτῶν τε καὶ τῶν ἐκσπηλατόρων καταμηνύόμεναι, τοῖς ὀχυρώμασι καταφεύγωσι, καὶ τὰ τούτων θρέμματα. ἐν δὲ ταῖς ἄκραις τῶν Ἀρμενιακῶν θεμάτων, ἐπεὶ οἱ Ἀρμένοι οὐ καλῶς οὐδὲ ἀσφαλῶς τὴν τῶν βιγλῶν ἐκτελοῦσι δουλείαν, ὀφειλόμενόν ἐστι φυλάττεσθαι τὸν ἀπὸ παλαιοῦ κρατήσαντα τύπον ἐν ταῖς βίγλαις τῶν Ἀρμενίων· καὶ ἀνθρώπους ἐπιλέγεσθαι καὶ ἀπογράφεσθαι ἐπιτηδείους, λαμβάνοντας μισθὸν ἀπὸ τοῦ στρατοῦ ἐπισωρευόμενον, ὑπὲρ ὧν ὁ τοιοῦτος στρατὸς τῇ τῶν βιγλῶν λειτουργίᾳ ὑπηρετεῖν ὤφειλεν· ὡσαύτως καὶ ἀννώναν ἑκάστῳ μηνὶ τὴν τετυπωμένην· καὶ ὑπαλλάττειν αὐτοὺς καθ' ἕκαστον μῆνα, καὶ δι' αὐτῶν τὰς ὁδοὺς, ἐν αἷς οἱ πολέμιοι ἐξέρχονται, φυλάττειν ἀσφαλῶς. ἀλλ' ἐπεὶ οὐδὲ αὐτοὶ οἱ μετὰ μισθοῦ καὶ

Armenii male excubant.

2. αὐτῶν] Fort. αὐτοῖς.

unde speculari atque obsidere itinera iussi sint, neque in iisdem stationibus permaneant, sed mutent subinde locum alioque demigrent: ne, propter diuturniorem in eodem statu commorationem notati, ab hostibus facile capi possint.

Cap. II. De custodiis itinerum et de exploratoribus.

Necessarius autem est custodum itinerum usus: et debet dux in his quoque magnam diligentiam adhibere, custodiasque viarum locis idoneis disponere: ut, quando motus hostium fit, per itinerum custodes hac de re et excubitores certiores fiant, et dux cum exiisse hostes, tum qua via irrupturi sint, praecognoscat: neque minus pagana plebs, a custodibus expilatoribusque admonita, in loca munita cum pecoribus perfugiat. In limite provinciarum Armeniae, quandoquidem Armenii neque rite neque fideliter excubitoria militia perfunguntur, convenit tenere consuetudinem antiquitus in Armeniorum vigiliis institutam: ut deligantur conscribanturque homines idonei, qui stipendium a militibus collatum accipiant, propter operam, quam exercitus in excubiis agendis ponere debuisset: item ut quolibet mense annonam constitutam capiant, singulisque mensibus commutentur, et itinera, quibus hostes erumpunt, recte custodiant. Sed quia ne illi quidem, ut Ar-

ἀννώνας, Ἀρμένιοι ὄντες, καλῶς τὴν τῶν βιγλῶν ὑπηρετοῦσι δουλείαν, ἀπὸ τῶν ἀποστελλομένων κατασκόπων χρὴ τὰς κινήσεις τῶν φωσσάτων ἀναμανθάνειν, καὶ τραπεζίτας ἐπιλέγεσθαι γεν- D
ναίους καὶ ἀνδρείους, οὓς οἱ Ἀρμένιοι τασιναρίους καλοῦσι, καὶ
5 ἐν ματρικίοις ἀπογράφεσθαι, καὶ ἀρχηγοὺς αὐτοῖς ἐφιστᾶν, οἷς, πρὸς τῇ ἀνδρείᾳ, καὶ πολλὴ ἐμπειρία τῶν ὁδῶν καὶ τῶν τῆς Fol. 375 v.
Συρίας χωρῶν πρόσεστι· καὶ τούτους διηνεκῶς ἀποστέλλειν, τοῦ κατέρχεσθαι εἰς τὰς τῶν πολεμίων χώρας, καὶ καινοτομεῖν αὐτὰς καὶ βλάπτειν· καὶ εἴ που δυνηθῶσι, τινὰς κατασχεῖν τῶν
10 πολεμίων, καὶ πρὸς τὸν τὴν ἀρχὴν διέποντα στρατηγὸν ἀποκομίζειν, ὅπως δι' αὐτῶν τὰς τῶν ἐχθρῶν κινήσεις καὶ βουλὰς ἀναμανθάνῃ.

ΚΕΦ. γ'. Περὶ κινήσεως ἐχθρῶν, καὶ τοῦ προκατασχεθῆναι τὰς δυσχωρίας. P. 122

Ἀναδιδασκόμενος δὲ ὁ στρατηγὸς τὰς τῶν ἐχθρῶν κινήσεις, ὀφείλει καὶ αὐτὸς τὸν ἴδιον λαὸν ἐπισυνάγειν καὶ ἐξοπλίζειν, καὶ
15 πρὸς τὰς ἄκρας παραγίνεσθαι, καὶ τὸ πεζικὸν ἅπαν ἐπισυνάγειν ἐπὶ τὴν ὁδὸν, καθ' ἣν ὁρμήσουσιν οἱ πολέμιοι ἐξελθεῖν. καὶ εἰ μὲν μετ' ὀλίγης δυνάμεως τοὺς ἐχθροὺς ἐξέρχεσθαι ἀναμάθῃ, B
σπευσάτω προσυπαντῆσαι αὐτοῖς, καὶ καταπολεμῆσαι μετὰ τοῦ πεζικοῦ λαοῦ, καὶ τῶν ἱππέων, εἴ γε τὸ τῶν πεζῶν στράτευμα
20 συναγαγεῖν καὶ συστῆσαι δεδύνηται. καὶ ἐπεὶ εἰς τὰ στενώματα καὶ τὰς δυσχωρίας ἐπιτηδειότερός ἐστιν ὁ μετὰ τῶν πεζῶν πόλε-

4. τασιναρίους. Infra 126. D. τὰ τασινάκια. 8. καινοτομεῖν. Leg. κερτομεῖν s. καρποτομεῖν. Cod. suppl. κενοτομεῖν.

menii, acceptis stipendiis et annonis, excubitoriam militiam recte administrant, oportet ex indicibus dimissis motus exercituum sciscitari, et trapezitas eligere fortes ac strenuos, quos Armenii tasinarios vocant, iisque in matriculam conscriptis praefectos imponere, qui, extra virtutem, usum itinerum locorumque in Syria plurimum habeant: eosque sine intercapedine emittere, ut in agros hostium decurrentes terrorem vastitatemque inferant; quosdam ex hostibus, sicubi possint, deprehendant, eosque ad ducem, qui summam rerum administrat, perducant, ut ex illis adversariorum motus atque consilia cognoscat.

Cap. III. De motu hostium, et quo pacto angustiae praeoccupandae sint.

Dux certior factus commmovisse se adversarios, debet ipse quoque suas copias cogere et armare, ad limitem se conferre, peditatum omnem ea in via congregare, qua hostes erupturi sunt. Si intellexit, cum exiguis copiis adversarios prodire, properet obviam illis occurrere, eosque cum equitatu pedestribusque copiis expugnare, si has quidem conducere atque instruere potuit. Et quoniam ad angustias locaque impedita accommodatior

μιος, δέον ἐστὶ, προκαταλαμβάνειν καὶ κατέχειν τὰ ὑψηλότερα τῶν ὀρῶν μετ' αὐτῶν, καὶ ἐξ ἀμφοτέρων μερῶν, εἴπερ ἡ θέσις τοῦ τόπου ἐστὶν ἐπιτήδειος, τὰς πεζικὰς διϊστᾶν παρατάξεις. ἐν οἷς δὲ ἱππέων ἁρμόζει πόλεμον γίνεσθαι, συνεῖναι τοῖς πεζοῖς
C καὶ ἱππεῖς· ἵνα τὴν τοιαύτην παρασκευὴν καὶ κατάσχεσιν τῶν
Fol. 376 r. στενωμάτων ἀκούοντες οἱ πολέμιοι, ἢ τῆς ὁρμῆς ἐπισχῶσι τὴν φορὰν, ἢ καταγωνισθῶσι Θεοῦ συνεργίᾳ. ὅπου δὲ οὐκ ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν ἡ τοῦ τόπου θέσις προσβαλεῖν πόλεμον ἁρμόζει, ἀλλ' ἐξ ἑνὸς, ὁμοίως κἀκεῖνο τὸ παρέχον μέρος προκατασχεῖν δεῖ. ἐν οἷς δὲ τὴν προσβολὴν τοῦ πολέμου ἀφ' ὑψηλοῦ
D βουνοῦ τὸ τοῦ τόπου ἀνεπιτήδειον γενέσθαι διακωλύει, ἀλλὰ μικρόν τι προσανωφερής ἐστιν ἡ ὁδὸς καὶ τραχεῖα, ἔχουσα καὶ ῥύακας, ὡς ἐκ τούτων στενωτάτην καὶ αὐτὴν εὑρίσκεσθαι, χρὴ τὴν τῶν πεζῶν παράταξιν ὡσαύτως ἀπὸ τῶν ὑψηλοτέρων παρασκευάζειν, καὶ τὴν ὁδὸν κρατεῖν καὶ ἀποφράττειν δι' ὁπλιτῶν ἀσπιδοφόρων καὶ ἀκοντιστῶν· ὄπισθεν δὲ τούτων τοὺς ἐκ χειρῶν λίθους βάλλοντας, σὺν αὐτοῖς δὲ καὶ τοξότας καὶ σφενδονίτας· καὶ μετὰ τὴν πρώτην παράταξιν καὶ δευτέραν ἑπομένην αὐτῇ παρασκευάζειν· ἑκατέρωθεν δὲ τῆς παρατάξεως τῆς φυλαττούσης τὴν μέσην ὁδὸν, ἀκοντιστὰς καθιστᾶν, ψιλούς τε, καὶ σφενδονίτας. εἰ δὲ καὶ ἑτέρας ὁδοὺς λέγεται εἶναι δεξιᾷ καὶ εὐωνύμῳ τῆς παρατάξεως τῆς φυλαττούσης τὴν δημοσίαν ὁδὸν, ἃς οἱ ἀκρῖται ἀτραποὺς καλοῦσι, δέον καὶ ταύτας κρατεῖσθαι μετὰ πε-
Acritae, h. e. limitanei homines.
P. 123 ζῶν, καὶ φυλάττεσθαι ἀκριβῶς· μή ποτε, μανθανόντων τῶν πο-

8. μερῶν] ἡμερῶν cod. 12. προσανωφελὴς cod.

est pedestris dimicatio, expedit hac armatura loca superiora occupata tenere, et ab utroque latere, si per naturam loci licet, peditum acies constituere. Ubi equestre praelium fieri potest, ibi equites quoque peditibus adiiciantur: ut hostes vel, hoc apparatu occupationeque angustiarum intellecto, incursionem atque impetum reprimant, vel Deo adiuvante debellentur. Ubi vero natura loci non patitur, ut ex utraque parte, sed ut ex altera duntaxat signa inferantur, item ea pars, unde licet decurrere, praeoccupari debet. Ubi loci iniquitas impedimento est, quominus ex superiore fastigio armatorum fiat impetus, viaque paulatim surgens aspera est, rivisque labentibus in arctissimum cogitur, oportet aciem peditum similiter locis superioribus instruere, viam ipsam autem legionariis scutatis iaculatoribusque obsidere ac sepire: post hos qui saxa manu iaciunt, et una cum illis sagittatores ac funditores constituere: item post primam aciem alteram subsidiantem instruere: ad utrumque latus autem aciei mediam viam obtinentis iaculatores disponere, leviterque armatos ac funditores. Quod si alia itinera dicuntur esse a dextra et sinistra parte aciei viam militarem obsidentis, quae itinera limitanei homines atrapos, hoc est tramites, vocant, oportet ea quoque pedestri manu occupare, diligenterque tueri: ne forte

λεμίων τὴν δημοσίαν ὁδὸν ἐν ἀσφαλείᾳ κρατεῖσθαι μετὰ πλήθους λαοῦ, εἰς ἑτέραν τῶν ἐκ πλαγίων ὁρμήσωσι, καὶ, εἰ μὴ καλῶς καὶ ἀσφαλῶς φυλάττηται, εὕρωσιν ἐκεῖθεν πάροδον, καὶ γενηθῶσιν ἐκ πλαγίου ἢ καὶ ἐκ νώτου τῶν παρατάξεων, καὶ περισπασμὸν καὶ φόβον τῷ Ῥωμαϊκῷ στρατῷ προξενήσωσιν. ἀμφοτέρων δὲ ἀσφαλῶς φυλαττομένων, ἢ πρὸς μάχην τῶν πολεμίων ὁρμώντων Θεοῦ συνεργίᾳ καταισχυνθήσονται, ἢ ὀρρωδίᾳ κατασχεθέντες δι' ἄλλης ὁδοῦ, πολλῶν ἡμερῶν διάστημα ἀπεχούσης, τὴν ὁρμὴν ποιήσονται. καὶ ὡς ἐντεῦθεν δύο κακὰ προσγενήσονται τοῖς ἐχθροῖς, καταλιποῦσι τὰ τούτων ἄπληκτα καὶ τὴν εὐθεῖαν ὁδόν· ἓν μέν, ταλαιπωρηθῆναι τῷ τῶν πολλῶν ἡμερῶν διαστήματι· ἕτερον δέ, τὸ καὶ ἀπώλειαν αὐτοῖς ἐπάγον, τὸ αὐτοὺς μὲν δειλανδρῆσαι καὶ ἀθυμίᾳ ὑποβληθῆναι· τοὺς δὲ Ῥωμαίους προθυμωτέρους καὶ εὐτολμωτέρους πρὸς τὸν κατ' αὐτῶν πόλεμον γενέσθαι. οἷον δὴ καὶ ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις ἀλήστῳ τῷ Χαμβδᾷ ἐκ τρίτου παθεῖν συμβέβηκε· δὶς μὲν ἐν τοῖς χρόνοις τοῖ ἀοιδίμου καὶ τρισμάκαρος Κωνσταντίνου τοῦ Πορφυρογεννήτου βασιλέως· ἅπαξ δὲ ἐπὶ τοῦ καλοῦ βασιλέως Ῥωμανοῦ, τοῦ μακαρίτου υἱοῦ. καὶ πάντες σχεδὸν τὴν τότε γενομένην πανολεθρίαν τῶν ἀρνητῶν τοῦ Χριστοῦ ἀκριβῶς ἐπίστανται. ἀλλὰ καὶ ὁ λαὸς τῶν Ταρσέων καὶ τῆς τῶν Κιλίκων χώρας ἐν διαφόροις τόποις τῶν στενωμάτων παρὰ τῶν τότε τῆς ἄκρας προνοουμένων στρατηγῶν κατετροπώθησαν.

Fol. 376 v.

Quo pacto incommodentur hostes, quando, angustiis occupatis, ad alias transire cogantur.

B

C

11. ὁδόν. Haec opinor recte in locum suum collocasse. In codd. verba sunt hic mire turbata. 13. Vocabulum Ῥωμαίους supplevi. 16. δὶς] διὸ cod.

certiores facti hostes, viam publicam a multitudine peditum firmius teneri, in alterum e transversis tramitibus se convertant, et, si non recte ac diligenter custodiatur, transitum ibi nacti, a latere vel a tergo acierum existentes et circumfusi, terrorem exercitui Romano inferant. Contra, si ambo probe custodiuntur, adversarii vel ad dimicationem ruentes Deo obsecundante confundentur, vel in metum adducti per aliam viam, quae multorum dierum itinere abest, incursionem facient. Unde duobus afficientur incommodis, si a castris viaque recta discesserunt: altero, quod multorum dierum itinere defatigabuntur: altero, perniciem illis allaturo, quod ipsi perturbati animos demittent, Romani contra alacriores fient atque audaciores ad illos impugnandos. Quod item superiori memoria exitioso Chambdano ter usu venit ut pateretur: bis memoria Constantini Porphyrogeniti, decantati terque beati Imperatoris: tertium sub optimo principe Romano, beati illius filio. Ac paene cuncti internecionem inimicorum Christi tunc factam optime norunt. Verum exercitus Tarsensium quoque agrique Ciliciensis ab illis, qui tunc limitem curabant, in diversis angustiarum locis fusus fugatusque est.

ΚΕΦ. δ'. Περὶ τοῦ ποιεῖσθαι λάθρα τὰς κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἐπιθέσεις, καὶ περὶ τοῦ προσυπαντᾶν τοὺς πολεμίους, πρὸς τὴν ἰδίαν ἐπαναστρέφοντας.

D Χρὴ δὲ καὶ τοῦτο διὰ σκοποῦ καὶ μελέτης ἔχειν τὸν στρατηγὸν, καὶ πᾶσαν σπουδὴν τίθεσθαι, λάθρα καὶ ἀδοκήτως, εἰ οἷόν τε, τὰς τῶν ἐχθρῶν ἐπιθέσεις ποιεῖσθαι. τοῦ γὰρ τοιούτου ἐπιτηδεύματος τυγχάνων ὁ στρατηγὸς, καὶ μετ' ὀλιγοστοῦ λαοῦ
Fol. 377 r. πολλοὺς τῶν πολεμίων κατατροπώσεται. εἰ δὲ, ὡς ἀνωτέρω δεδήλωται, καὶ τόπου ἐπιτύχῃ ἐν τοῖς στενώμασιν, ἐκ δύο μερῶν τοῦ κατὰ τῶν ἐχθρῶν πολέμου τὸ ἐπιτήδειον ἔχοντος, ἀδι-
P. 124 στάκτως ἔχεσθαι τοῦ πολέμου· καὶ καλῶς τάσσων τὸν ὑπ' αὐτὸν λαὸν, Θεοῦ συνεργίᾳ κατὰ κράτος τοὺς πολεμίους τροπώσεται. πλὴν κατὰ πολύ ἐστι λυσιτελέστερον καὶ ἁρμοδιώτερον, ὑπὲρ τοῦ προσυπαντᾶν τοὺς πολεμίους μέλλοντας ἐξιέναι κατὰ Ῥωμανίας, ὅτε μᾶλλον ἀπὸ τῶν ἡμετέρων χωρῶν πρὸς τὴν ἰδίαν ἐπαναστρέφουσι. τότε γὰρ διὰ τὸ ἐπὶ πολὺ χρονοτριβῆσαι αὐτοὺς ταῖς Ῥωμαϊκαῖς χώραις, μεγάλως συντρίβονται καὶ ταλαιπωροῦνται. εἰ τύχῃ δὲ, καὶ πλῆθος πραγμάτων καὶ ἀνδραπόδων ἐπιφέρονται καὶ κτηνῶν, καὶ αὐτοί τε καὶ οἱ ἵπποι αὐτῶν κατακοπιῶντες, ἐν καιρῷ πολέμου ἐκλελυμένοι εὑρίσκονται, σπεύ-
B δοντες καὶ ἐπιθυμοῦντες τάχιον τὴν ἰδίαν καταλήψεσθαι χώραν. ἄλλως τε δὲ καὶ τὰ τῶν Ῥωμαίων στρατεύματα ἐν τῇ τῶν ἡμερῶν παρατάσει οὐ μόνον τὰ πλησίον τῶν κλεισουρῶν τάχιον ἐπι-

16. κατακοπιῶντες. Fort. κατάκοποι ὄντες. Infra 132. A. κατάκοπον ὄντα. 20. παραστάσει cod.

CAP. IV. Quo pacto insidiae clam hostibus faciendae sint, et quemadmodum adversariis occurrendum sit domum redeuntibus.

Debet illud quoque proponere sibi ac meditari dux, omnemque diligentiam adhibere, ut clam et inopinato, si fieri potest, hostes adoriatur. Etenim eiusmodi commento usus dux vel cum parvula manu multitudinem hostium fundet. Ad haec si, ut superius demonstratum est, in angustiis locum nanciscitur, qui opportunitatem habeat ad hostes utrinque ex lateribus aggrediendos, debet sine ulla dubitatione in aciem descendere: et, copiis recte a se ordinatis, ope Dei adversarios magnifice vincet. Nihilominus expeditius multo est et convenientius, potius quam occurrere hostibus in fines Romanos exituris, adoriri eos ex nostra ditione ad suam revertentes. Tunc enim ob diuturnam in agro Romano moram attenuati admodum atque afflicti erunt. Quod si casu praedarum, mancipiorum, pecudis magnam vim secum trahunt, cum ipsi tum equi defatigati praelii tempore remissiores inveniuntur, festinantque praeterea ac desiderant in suos fines primo quoque tempore pervenire. Deinde, quod caput est, productione temporis copiae Romanorum, nec solum quae prope fauces agunt, sed etiam quae longius

σωρεύονται, ἀλλὰ καὶ τὰ πόρρω τυγχάνοντα· καὶ εἰς πλῆθος ἐπισυνίστανται ἱκανὸν, καὶ καλῶς πρὸς πόλεμον ἐξαρτύονται καὶ παρασκευάζονται. καὶ τότε μᾶλλον, καθάπερ προέφημεν, καὶ ἐν ἡμέρᾳ καὶ ἐν νυκτὶ ὁ κατ' αὐτῶν πόλεμος ἀδίστακτον ἔχει τὴν νίκην. διὸ χρὴ τὸν στρατηγὸν μηδέπω ἐν τῇ ὑποστροφῇ καταλιμπάνειν. τὸ δὲ ἐν τῇ ἐξελεύσει τῶν πολεμίων παρασκευάζεσθαι προσυπαντᾶν αὐτοὺς πρὸς πόλεμον ἐν τοῖς στενώμασιν, ἀνεπιτηδειότερον μέν ἐστι, καὶ εἰς μάτην ἴσως τὸν κόπον συνέβη γίγνεσθαι· C διὰ τὸ μὴ οὕτως συντόμως δι' ὀλίγων ἡμερῶν δύνασθαι τὸ πε- Fol. 377 v.
ζικὸν συναθροισθῆναι στράτευμα, καὶ καλῶς παρασκευασθῆναι. ἄλλως τε δὲ καὶ οἱ πολέμιοι, ἀκμῆτες ὄντες καὶ ἀπαρόπλιστοι, δυσκαταγώνιστοι ἔσονται. κατὰ τοῦτο δὲ τὸ ὠφέλιμον ἔχει καὶ χρήσιμον, καθὸ ἐμφόβους αὐτοὺς γίγνεσθαι, ὁσάκις ἂν βουληθῶσιν ἐξελθεῖν, τῇ κατασχέσει τῶν στενωμάτων, καὶ τὴν μετ' ὀλίγον ἐκκοπεῖν κατὰ τῶν Ῥωμαϊκῶν θεμάτων συνεχῇ ἔξέλευσιν.

ΚΕΦ. ε'. *Περὶ προκατασχέσεως ὑδάτων, τῶν ἐν τοῖς στενώμασιν ὄντων.* D

Ἐν οἷς δὲ τόποις τῶν στενωμάτων καὶ κλεισουρῶν πρὸς πόλεμον ὁ στρατηγὸς παρασκευάζεται, εἴπερ ἐν τούτοις πηγή ἐστιν ὕδωρ βρύουσα, ὑπὸ τοῦ ἰδίου λαοῦ ταύτην σπουδάσῃ κατασχεθῆναι, ὥστε τὸ ἐκεῖθεν ὕδωρ τὸν λαὸν ἀπαρύεσθαι. εἰ δὲ τύχῃ ὀλιγοστὸν εἶναι, σπουδάσῃ μὴ ἐπιθολοῦσθαι τοῦτο, καὶ ὡς μὴ οὐ μικρὰ ἐκ τούτου λύπη τὸν λαὸν καὶ ἀνάγκη ἐπισυμβήσεται. πηγῆς δὲ ἔγγιστα μὴ οὔσης, ἐξ ἧς τὴν πόσιν καὶ ἀναψυχὴν ὁ λαὸς ἐφευ- P. 125

absunt, cito congregantur: numeroque quantum oportet auctae recte instrui ac parari ad bellum possunt. Et tunc potius, quemadmodum dictum est, vel interdiu vel nocte commissum cum illis praelium indubitata victoria consequetur. Quamobrem dux ab illis redeuntibus facessere nunquam debet. Contra, hostibus irrumpentibus occurrere in angustiis velle, manus conserendae causa, minus conveniens id quidem est, atque eveniet fortasse, ut totus ad irritum cadat labor: quod non tam cito paucorum dierum spatio cogi iusteque instrui peditatus potest. Accedit, quod maximi momenti est, hostes tunc, ut integros necdum armis destitutos, difficilius impugnari. Ex altera autem parte utilitatem commoditatemque habet illam, ut timidi fiant, si, quotiescunque erumpere velint, angustiae armis teneantur, utque brevi continuas in provincias Romanas incursiones intermittant.

CAP. V. De praeoccupatione aquarum in angustiis.

Quibus autem locis angustiarum et faucium dux bellum instruit, si iis in locis fons est aquam eructans, eum ab exercitu occupandum curet, ut sui inde milites aquari possint. Si tenuiter manat, operam det ne turbetur, unde incommoditas necessitasque haud parva exercitui obvenire potest. Si non subest fons propinquis locis, unde potum refrigerationemque

ρίσκῃ, καὶ μάλιστα ἐν καιρῷ θέρους, ἀσκοὺς διορισάτω ἐν ἑκάστῃ ἑκατονταρχίᾳ δέκα ἐπιφέρεσθαι, καὶ δι' αὐτῶν τὸ ὕδωρ ἐπικομίζεσθαι, καὶ ἐν ὥρᾳ τῆς μάχης εἰς πόσιν καὶ ἀναψυχὴν τοῖς ἐν τῷ πολέμῳ ἀγωνιζομένοις ἐπιχορηγεῖσθαι. ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν ἐν τοῖς στενώμασι μελλόντων πρὸς πόλεμον ἐξαρτύεσθαι, ἱκανῶς εἰρήσθω. εἰ δὲ καὶ νυκτοπόλεμον δεήσει ἐν ταῖς τοιαύταις δυσχωρίαις γενέσθαι, καὶ τοῦτο πάνυ ὠφέλιμον. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐν ἑτέρᾳ διηγήσει δηλώσω. τῆς δὲ παραδρομῆς ἄρξομαι τὴν εἰσ-
Fol. 378 r. ήγησιν· ἥτις ἐπωφελὴς καὶ ἀναγκαία τυγχάνουσα, δι' ὀλίγου
B καὶ εὐαριθμήτου λαοῦ πολλὰ τῶν πολεμίων πλήθη ἀπρακτεῖν παρασκευάζει, Θεοῦ δὲ νεύσει ὡς τὰ πολλὰ καὶ καταγωνίζεται.

ΚΕΦ. ς'. Περὶ παραδρομῆς τῶν μονοκούρσων, καὶ στοχασμοῦ τῆς τοῦ λαοῦ αὐτῶν ποσότητος.

Monocursa quid. Τὰ τῶν πολεμίων κοῦρσα τὰ λεγόμενα μονόκουρσα ἀπὸ τῆς
C ἰδίας χώρας ἐξερχόμενα, πεζῶν ἄνευ, ἔθος αὐτοῖς σπουδῇ τὴν πορείαν ποιεῖσθαι, καὶ μηδαμοῦ ἀπληκεύοντας τὴν ὅλην νύκτα διαβιβάζειν· ἀλλὰ πρὸς μικρὸν τοὺς ἵππους διαναπαύειν, πρὸς τὸ τὰς ταγὰς καὶ μόνον τούτοις ἀποδοῦναι. ὡς ἐπίπαν γὰρ τὰ μονόκουρσα μετ' ὀλιγοστοῦ καὶ ἐκλεκτοῦ λαοῦ τὴν ἐξέλευσιν ποιοῦνται. σπεύδουσι δὲ τάχιστα καταλαβεῖν, ἐν οἷς χωρίοις τὴν ἐπίθεσιν καὶ ἐκδρομὴν ἐβουλεύσαντο ποιῆσαι. τοῦ οὖν στρατηγοῦ παρά τε τῶν καμινοβιγλίων καὶ τῶν βιγλατόρων τὴν τούτων ἐξέλευσιν ἀναμανθάνοντος, σπουδῇ πολλῇ τὰ ἐν ταῖς ἄκραις

milites capiant, aestivo praesertim tempore, iubeat in qualibet centuria utres esse decem, quibus portetur aqua, temporeque pugnae iis qui in acie versantur, potus refrigeriique causa distribuatur. Verum de iis, quae in angustiis constitui dimicandi causa debent, haec sufficiant. Quod si etiam noctu in eiusmodi locis impeditis manum conserere oporteat, ea ipsa utilia admodum esse poterunt. Verum de dimicatione nocturna exponam alio capite. Nunc qua ratione consectari hostes debeas, dicere ordiar: quae ratio ut perutilis ac necessaria est, ita efficit, ut parvula infirmaque obiecta manu ingens hostium multitudo non modo nihil proficiat, sed etiam plerumque Dei numine fundatur fugeturque.

Cap. VI. De consectando equestri agmine, quod praedatum incurrat, et quo pacto numerum militum eius inire possis.

Praedatoria agmina hostium, quae monocursa vocantur et absque peditatu e suis finibus erumpunt, itinere confestim facto nusquam considere totaque nocte continenter ire consueverunt: iumentis antum requietis concedentia, quantum satis sit ad pabulum illis dandum. Nam omnino monocursa cum paucis admodum sed delectis equitibus existunt. Contendunt autem, ut ad vicos, quo impressionem impetumque facere constituerunt, primo quoque tempore perveniant. Dux, per custodias itinerum excubitoresque de eorum irruptione certior factus, magna diligentia ad vicos limi-

καταλαμβανέτω χωρία, προαποστέλλων τουρμάρχην εἴτε ἕτερον ἄρχοντα, τῶν ἐμπειροτάτων καὶ χρησίμων, μετὰ ἐκλεκτῶν ἀρ- D
χόντων καὶ καλοϊππαράτων, τοῦ προσυπαντῆσαι, καὶ μετὰ ἐμπειρίας τούτους θεάσασθαι, καὶ παραμεῖναι, καὶ τῷ στρατηγῷ
5 καταμηνύειν ἐν ᾧ τόπῳ κατέλαβον, εἰ δυνατὸν διασκοπεῖν, καὶ τὴν τοῦ λαοῦ αὐτῶν ποσότητα. οὐ μόνον γὰρ ἀπὸ τῆς θέας δυνατόν ἐστιν ἀριθμῆσαι αὐτοὺς καὶ καταστοχάσασθαι, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς τούτων ὁπλῆς. πλῆθος γὰρ χόρτου ἐρημίαις ὑπάρχον, καὶ τοῖς Fol. 378 v.
ποσὶ τῶν ἀλόγων καταπατούμενον, οἱ τῶν ἀνδρῶν ἐμπειρότατοι
10 δύνανται ἐκ τούτου τὴν τοῦ λαοῦ ποσότητα, εἰ καὶ μὴ ἀκριβῶς, καταστοχάσασθαι. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐν τοῖς τῶν ποταμῶν περάμα- P. 126
σιν· ἀκριβέστερον δὲ καὶ ἀπὸ τῶν τούτων ἀπλήκτων, ἡνίκα ἐκεῖθεν ἀπαίρουσιν. ὁ δὲ στρατηγὸς, τοῦ κούρσου τῶν πολεμίων τὴν ἄφιξιν ἀναμανθάνων, καὶ τῶν χωρίων, ἐν οἷς τὰς ἐκδρομὰς ποιήσα-
15 σθαι μέλλουσι, στοχασάμενος, πλησίον τούτων γινέσθω· καὶ ἐν ἐπιτηδείῳ τόπῳ ἑαυτὸν ἀποκρύψας μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, βίγλας τε καβαλλαρίων πανταχοῦ ἀποστείλας, ἡνίκα περὶ αὐτῶν καταμηνυθείη, καὶ θεαθῶσιν ἐξελαύνοντες καὶ διασκορπιζόμενοι, ἐξέλθῃ εἰς τὸ σκύρπισμα, καὶ τούτοις ἐντυγχάνων ἀπόνως αὐτοὺς
20 καταγωνίσεται. εἰ δὲ συμβῇ τινας τῶν χωριτῶν κρατηθῆναι παρ' B
αὐτῶν πρὸ τοῦ ἐξελάσαι, καὶ ἀναμαθεῖν τήν τε τοῦ στρατηγοῦ παρουσίαν καὶ τὴν τῶν χωρίων ἐπέλευσιν, καὶ οὐ θαρρήσουσιν ἐξελάσαι, ἄπρακτοι σπουδαίως πρὸς τὴν ἰδίαν ὑποστρέψουσι χώραν, μόνον τὸν κόπον καὶ τὴν συντριβὴν καὶ ταλαιπωρίαν ὑποστάντες.

2. ἀρχόντων. Fort. στρατιωτῶν. 24. σκοπὸν codd.

taneos sese conferat, praemisso turmarcha aut aliquo praefecto, ex peritissimis et probatis, qui praepositos delectos bonisque equis instructos secum habeat, ut obviam illis progressus ex usu militari eos consideret, iuxtaque manens duci renunciet, cum quem locum ceperint, tum, si dispicere id quoque potest, eorum multitudo quanta sit. Non solum enim ex visu numerum eorum inire atque aestimare licet, verum etiam ex impressis ungularum vestigiis. Nam cum vis herbae in solitudinibus sit, pedibusque iumentorum conculcetur, homines valde exercitati copiarum numerum, etiamsi non accurate, intelligere possunt: item ex fluminum traiectionibus: tum accuratius etiam ex eorum mansionibus, postquam inde moverunt. Dux autem, cognito praedatorum hostilium adventu, vicos, quo irrupturi sint, suspicans, propius ad hos accedat: locoque idoneo cum manu sua abditus, si a stationibus equitum quoquoversus dimissis admonetur, hostesque egressi atque dissipati conspiciuntur, in dispersos erumpat, illosque invadens nullo negotio expugnabit. Sin autem accidit, ut ex agricolis aliquot a se captis antequam egrediantur, ducem et venisse et occupasse vicos intelligant, ideoque non audeant excurrere, infecta re raptim se domum recipient, nihil praeter laborem, lassitudinem, aerumnas consecuti.

ΚΕΦ. ζ. Περὶ συναθροίσεως καὶ κινήσεως φωσσάτου· καὶ περὶ τοῦ παραχωρεῖν τοὺς πραγματευτὰς εἰσέρχεσθαι καὶ κατασκοπεῖν.

C Παρασκευὴν δὲ καὶ κίνησιν μεγάλου φωσσάτου ἀκούων, ἐν ᾧ καιρῷ μάλιστα εἴωθε τὰ μεγάλα συναθροίζεσθαι φωσσάτα, ἤγουν τῷ Αὐγούστῳ μηνί· ἐν γὰρ τῷ τοιούτῳ καιρῷ ἀπό τε Αἰγύπτου, Παλαιστίνης τε καὶ Φοινίκης, καὶ τῆς Κοίλης Συρίας, πλήθη ἀνήρχοντο ἐν Κιλικίᾳ, καὶ ἐν ταῖς χώραις Ἀντιοχείας, τοῦ Χάλεπε, καὶ προσλαμβάνοντες καὶ Ἄραβας τῷ Σεπτεμβρίῳ μηνὶ τὴν κατὰ Ῥωμαίων ἐποιοῦντο ἔξέλευσιν: ἐν τῷ τοιούτῳ τοίνυν καιρῷ, ὅτε ἡ συνάθροισις τοῦ φωσσάτου τῶν πολεμίων μέλλει γίνεσθαι, συνεχέστερον τοὺς τραπεζίτας ἀποστέλλειν, ἤτοι τὰ τασινάκια, καὶ κατασκόπους πλείστους τῶν χρησίμων καὶ πιστῶν. παραχωρεῖν δὲ καὶ πραγματευτὰς εἰσέρχεσθαι· προσποιεῖσθαι δὲ καὶ φιλίαν πρὸς τοὺς κρατοῦντας ἀμηράδας τῶν ταῖς ἄκραις ἡμῶν παρακειμένων κάστρων· καὶ γράφειν πρὸς αὐτοὺς, καὶ ἀνθρώπους μετὰ κανισκίων ἀποστέλλειν· ὅπως διὰ τῆς πολυειδοῦς ταύτης πολυπραγμοσύνης δυνηθῇ σαφῶς ἀναδιδάσκεσθαι τὰς τῶν πολεμίων βουλὰς καὶ μελέτας, καὶ τὰ πλήθη P. 127 τῶν ἐπισωρευομένων φωσσάτων ἱππέων τε καὶ πεζῶν, καὶ τοὺς τούτων ἀρχηγοὺς, καὶ ἐν ποίαις χώραις τὴν ἐπέλευσιν ποιεῖν βούλονται. καταμηνύομενος δὲ τὴν τοῦ φωσσάτου ἀποκίνησιν, καὶ διὰ ποίας ὁδοῦ τὴν ἔξέλευσιν κατὰ Ῥωμανίας ποιεῖσθαι μέλλει, ἐπισυνάγειν ἅπαντα τὰ στρατεύματα, καὶ πρὸς τὰς ἄκρας παραγίνεσθαι, ἀποστέλλειν δὲ τουρμάρχην ἐμπειρότατον, εἴτε ἕτερόν

Arabes quo mense incurrebant saec. X in fines Romanos.

Fol. 379 r.

9. συνεχέστερον codd. 22. δέ. Fort. τε.

Cap. VII. De contractione et motu exercitus: et de eo, ut mercatoribus permittatur, intrare hostium fines, ac speculari.

Si audis instrui et moveri magnum exercitum, quo plerumque tempore amplae copiae congregari solent, hoc est mense Augusto: ea enim tempestate ex Aegypto, Palaestina, Phoenicia, Coelesyria, catervae hominum in Ciliciam finesque Antiochiae, circa Alepum, emergebant, et assumtis Arabibus mense Septembri in Romanos faciebant incursionem: eo, inquam, tempore, quo exercitus hostilis coiturus est, expedit crebrius cursores sive tasinacia, indicesque plurimos ex proborum atque fidelium numero, emittere. Item mercatoribus potestatem facere introeundi: cum amiris, qui oppidis fines nostros adiacentibus praesunt, amicitiam contrahere: scribere ad illos, homines cum donis mittere: ut his variis actionibus cum consilia atque cogitationes hostium, tum numerum copiarum equestrium et pedestrium quae cogantur, praefectosque earum, et in quas provincias incursionem facere instituerint, plane dux perdiscat. Ita certior factus cum de motu exercitus, tum de itinere, quo in fines populi Romani irrupturus est, debet coactis omnibus copiis ad limitem progredi, et sive turmarcham peri-

τινα τῶν μεγάλων καὶ χρησίμων ἀρχόντων, μετὰ ἱππέων ἐπιλέκτων προσυπαντῆσαι τοῖς πολεμίοις πρὸ τοῦ τὴν εἰσβολὴν εἰς τὰς ἡμῶν χώρας ποιήσασθαι· ἵνα καὶ ἐπακολουθῶσιν αὐτοῖς, καὶ παραμένωσι, καὶ τὰς ἀποκινήσεις αὐτῶν τῷ στρατηγῷ κατα- B
μηνύωσιν.

ΚΕΦ. η'. Περὶ παραμονῆς φωσσάτου, καὶ ἀκολουθήσεως. Fol. 379 v.

Ἡ δὲ παραμονὴ αὐτῶν οὕτως ὀφείλει γίνεσθαι. τοῦ στρατηγοῦ μετὰ παντὸς τοῦ λαοῦ ἐν ἐπιτηδείῳ καὶ ὀχυρῷ τόπῳ παρατρέχοντος, καὶ τῶν χωρίων διὰ τῶν ἐκσπηλατόρων φυγαδευομένων ἐν τοῖς κάστροις, ἢ, μὴ ὄντων κάστρων, ἐν ὄρεσιν ὑψηλοῖς C
καὶ ὀχυρωτάτοις καὶ ἀνεπιβουλεύτοις, ὁμοίως καὶ πάντα τὰ κτήνη αὐτῶν· δέον ἀποστέλλειν καὶ τὸν ὀφείλοντα παραμένειν ἀπὸ δευτέρας ὥρας ἢ καὶ τρίτης τῆς ἡμέρας. καὶ εὐχὴν λαμβάνοντας τοῦ στρατηγοῦ, ἀναλαμβάνεσθαι τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ τοὺς παρασυρτάτους, καὶ ὁρμᾷν πρὸς τὴν ὁδὸν, καθ' ἣν οἱ πολέμιοι διέρχονται, τὴν ἀποσκευὴν αὐτοῦ καὶ τοὺς παριππαράτους καταλιμπάνων μετὰ τοῦ στρατηγοῦ, μηδὲν ἄλλο ἐπιφερομένους ἢ μιᾶς ἡμέρας τροφὴν, καὶ αὐτὴν μετὰ ἐνδείας, ἄρτους μόνους καὶ τυρὸν, ἢ καὶ τάριχα, καὶ τὰς τῶν ἵππων καὶ ἡμιόνων ταγάς. εἰς χωρίον δὲ ἀπληκεύων, τάς τε χρείας καὶ τὴν τῶν ἀλόγων τροφὴν
ἐφευρίσκων, διαναπαυσάτω ἐκεῖσε τὸν λαὸν αὐτοῦ καὶ τὸν ἵππον, D
ἕως ὥρας ἐννάτης τῆς ἡμέρας, βίγλας κρατῶν ἐν ὑψηλοτέροις

12. Fort. λαμβάνοντα. De voce λαβεῖν εὐχὴν Ducang. Glossar. I. 451. C. 20. τὸν ἵππον] Fort. τὴν ἵππον.

tissimum, sive aliquem ex magnis probatisque praefectis praemittere, qui cum equitibus delectis hostibus occurrat, antequam irruptionem in provincias nostras fecerint: ut et insequantur illos, et speculentur, et motus illorum duci renuncient.

CAP. VIII. De ratione observandi atque insequendi exercitum.

Observandi hi sunt hunc in modum. Dum dux cum omnibus copiis per locum opportunum ac munitum iuxta iter facit, pagani autem cum omnibus suis pecoribus intra oppida, aut, si nulla oppida subsunt, in montes editissimos et munitissimos eosdemque insidiis minus obnoxios, ab expilatoribus compelluntur: item eum, qui lateri hostium adhaereat, circa horam diei alteram vel tertiam emitti oportet. Is accepta benedictione ducis, postquam assumsit catervam suam atque equisones, conferat se ad viam, qua hostes transeunt: impedimenta sua et agasones apud ducem relinquat, neque quicquam secum ferat praeter unius diei cibaria, atque ea angusta, buccellatum duntaxat et caseum, aut salsamenta, et equorum ac mulorum pabula. Si in vicum pervenit, ubi victum iumentorumque pabulationes inveniat, reficiat ibi milites et equos usque ad horam nonam diei, stationibus per loca

τόποις. καὶ αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ τοῦ λαοῦ ἀρχηγὸς, ἐν περιωπῇ ὑψηλοτάτῃ ἀνερχόμενος, ἀποσκοπεῖν ὀφείλει καὶ βλέπειν κονιορτοὺς τῶν πολεμίων καὶ καπνούς· καὶ ὡς ἐκ τούτου κατανοεῖν καὶ στοχάζεσθαι, ἐν οἷς διέρχονται καὶ ἀπληκεῦσαι μέλλουσιν. ὑπὸ γὰρ τῶν ἐμπείρων ἀνδρῶν καὶ οἱ τόποι, ἐφ' οἷς προσήκει ἄπληκτα γί-
Fol. 380 r. νεσθαι, διαγινώσκονται. ἡνίκα δὲ αἴσθωνται τοῦ τόπου, ἐν ᾧ
P. 128 ηὐλίσαντο οἱ πολέμιοι, παραυτίκα δηλῶσι τῷ στρατηγῷ περὶ τούτου. κἀκεῖνος μετὰ τοῦ ἰδίου στρατοῦ θώρακας ἀμπεχομένου καὶ τὰ λεγόμενα ἐπανωκλίβανα μὴ λευκὰ ὄντα, ἐπὶ χεῖρας ἕκαστος τὸ μεταχειριζόμενον ὅπλον κατέχων, τὴν ὁδοιπορίαν ποιείτω. τοῦ δὲ ἡλίου ὑποκλίναντος, καὶ τῶν εἰς λείαν ἐκ τοῦ φωσσάτου ἐξερχομένων πολεμίων ὑποστρεφόντων πρὸς τὰς σκηνὰς αὐτῶν, καὶ τὰ φοῦλκα τούτους φυλάττοντα, τότε συνεισέρχεσθαι καὶ αὐτὸν καὶ πλησιάζειν τῷ τῶν ἐχθρῶν φωσσάτῳ. μετὰ σκοποῦ δὲ ὁδοιπορείτω
B καὶ προσοχῆς ἀκριβοῦς, καὶ λαθραίως· καὶ ἑαυτὸν ὑποκρυπτέτω,
Quomodo noctem agere debent speculatores. τοῦ μὴ θεαθῆναι παρὰ τῶν πολεμίων. νυκτὸς δ' ἤδη καταλαμβανούσης, πλησίον γενέσθω τοῦ ἀπλήκτου· καὶ εἰ μέν ἐστι βουνὸς ὑψηλὸς, ἐν ᾧ ηὐλίσαντο οἱ πολέμιοι, ἐξ ἑνὸς μέρους ἢ καὶ ἐκ δύο πλησίον τοῦ ἀπλήκτου αὐτῶν, ἀπόνως τὴν παραμονὴν ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ φυλάξουσιν. ἀποβάντες γὰρ τῶν ἵππων καὶ πεζῇ ἐν τῷ βουνῷ ἀνερχόμενοι ἄνδρες δύο τῷ ἀριθμῷ ἢ καὶ τρεῖς, καὶ πλησιάζοντες τῷ ἀπλήκτῳ, ἀπὸ τῶν ὑψηλῶν ἐκείνων καὶ ὀχυρωτάτων βουνῶν, τῶν μὴ δυναμένων ἄνοδον εὐχερῆ παρέχειν τοῖς πολεμίοις, ὁρᾶν τὸ φωσσάτον, καὶ τὰς φωνὰς τοῦ λαοῦ ἐνωτίζεσθαι,

6. αἴσθωνται] ἔσονται cod.

editiora dispositis. Ipse agminis praefectus, altissima specula conscensa, observare aucuparique debet pulveres hostium et fumos: unde colligat aestimationemque faciat, qua transeant et consessuri sint. Etenim a peritis hominibus loca quoque, ubi castra fieri expediat, internoscuntur. Ubi intellexerint quo loco adversarii constiterunt, evestigio hac de re ducem certiorem faciant. Is cum suo exercitu, loricis et sagis (epanoclibana vocant), quae oportet non candida esse, instructo, ita ut unusquisque proprium telum in manibus habeat, iter ingrediatur. Sole ad obitum vergente, quando praedatores hostium castris egressi, simulque praesidia eorum tuendorum causa disposita, ad tentoria revertuntur, illo quoque sequi et ad castra hostium adventare debet. Iter autem cum cautione, attentione diligenti, ac latenter faciat: seque abdat, ne ab adversariis conspiciatur. Nox postquam venit, accedat ad castra: ac si in loco, ubi consederunt hostes, ab uno latere, vel etiam a duobus, tumulus editus castris imminet, facile sane observationem illo in loco peragent. Nam duo milites aut tres, descendentes ex equis, et pedibus in tumulum evadentes, ubi ad castra appropinquaverint, ex editis illis naturaque munitis collibus, quo ascensus facilis nullus hostibus patet, cum videre castra poterunt, tum audire voces

καὶ τοὺς τῶν ἵππων καὶ ἡμιόνων χρεμετισμούς. ἀποστέλλειν δὲ C
καὶ ἕτερα τέσσαρα τετράδια ἵστασθαι ἐφίππους καὶ αὐτοὺς ἔνθεν
κἀκεῖθεν τοῦ φωσσάτου, ἀπ᾽ ἀλλήλων διακεχωρισμένα· ὥστε καὶ
αὐτοὺς ἀκούειν τοὺς χρεμετισμοὺς τῶν ἵππων καὶ ἡμιόνων, καὶ τὴν
τοῦ λαοῦ ὀχλαγωγίαν. εἰ δὲ ἐν τῷ τοῦ ἀπλήκτου τόπῳ τοιοῦτος Fol. 380 r.
ὀχυρώτατος βουνὸς οὐκ ἔστι, καὶ ὡσαύτως τέσσαρα τετράδια ἀπο-
στέλλεσθαι, τοῦ ἔνθεν κἀκεῖθεν τοῦ φωσσάτου ἡσύχως ἵστασθαι,
καὶ σύσσημα παρέχειν ἀλλήλοις σημαντικὰ ὑποχωρήσεως, εἴγε δεή-
σοι, εἴτε διὰ συρισμοῦ, εἴτε διὰ λόγου καὶ ἐπιλαλιᾶς. ὑπαλλάττε-
σθαι δὲ αὐτοὺς παρ᾽ ἑτέρων, εἴτε δεύτερον τῇ νυκτὶ, ἢ καὶ ἅπαξ, D
πρὸς τὸ καὶ αὐτοὺς καὶ τοὺς ἵππους αὐτῶν διαναπαύεσθαι. ἀπέρ-
χεσθαι δὲ τὸν τουρμάρχην, εἴτε ἑτέραν τινὰ κεφαλὴν, εἰς τὴν τού-
των ἀπαλλαγὴν, καὶ ἐπιβλέπειν, ποῦ καὶ πῶς ἵστανται, καὶ τοὺς
ἀντ᾽ ἐκείνων πάλιν καλῶς ἐφιστῶν ὑποστρέφειν ἐν ᾧ καὶ ἵστατο
πρότερον. ταραχῆς δὲ ἐξακουομένης κίνησιν δηλούσης τοῦ κούρ-
σου, τὰ τέσσαρα τετράδια μικρὸν ἀναποδιζέτωσαν, μὴ μέντοι δὲ
μακρόθεν γινέσθωσαν· τῷ δὲ τουρμάρχῃ μηνυέτωσαν τὴν τῶν
πολεμίων ἀποκίνησιν. αὐτὸς δὲ μηνυέτω τῷ στρατηγῷ, δι᾽ οἵας
ὁδοῦ τὴν ὁρμὴν ἐποιήσαντο, καὶ ἐν οἵᾳ ὥρᾳ· ἵνα τὸν καιρὸν καὶ τὴν
ὥραν τῆς ἀποκινήσεως αὐτῶν ἀναμαθάνων ὁ στρατηγὸς δύνηται P. 129
στοχάσασθαι, ἐν οἵοις χωρίοις καταλάβωσιν ἄχρι πρωΐας. οἱ δὲ
ἀποστελλόμενοι παρὰ τοῦ τουρμάρχου καταμηνύσαι τῷ στρατη-
γῷ, ἐν ᾧ τόπῳ ὁ στρατηγὸς ηὐλίζετο, τὴν τοῦ κούρσου ἀποκί-

8. σύσσημα] σύστημα codd. Sed vid. Ducang. Glossar. verbo Σύσσημον.

hominum, equorumque et mulorum hinnitus. Dimittat item alias quatuor quadrigas, quae in equis ipsae quoque ab utroque latere castrorum, quaelibet seorsum, agant: ut eodem modo hinnitus equorum ac mulorum fremitumque multitudinis exaudire queant. Quod si in loco castrorum eiusmodi natura munitus tumulus non est, nihilominus debes quatuor quadrigas mittere, quae ad utrumque latus exercitus hostilis silentio stent, et signa sibi inter se dent conventa receptus, si opus est, aut sibilo, aut verbo et vocatu. Easdemque oportet, vel bis nocte, vel semel, aliis permutare, ut cum illae tum equi earum requiescant: ipsum item turmarcham, aut aliquem praefectum, ad earum immutationem venire, inspicere, ubi et qua ratione stationem agant, et postquam succedentes apposite locaverit, ad eum locum reverti, ubi prius stetisset. Si strepitus exauditur motum praedatorum significans, quatuor quadrigae paululum pedem referant, ita tamen, ut longius ne discedant: ad turmarcham profectionem hostium nuncient. Is ducem certiorem faciat, qua via impetum fecerint, et qua hora: ut dux, tempore et hora profectionis eorum cognita, coniecturam facere possit, ad quos vicos usque ad mane perventuri sint. Milites a turmarcha missi, quocunque hic loco pernoctat, ibi duci nuncient, praedatores profectos

νησιν. ἐπὰν δ' οὐχ εὑρήσωσιν ἐκεῖσε αὐτὸν, ἀλλ' ὑποδοχαρίους τοὺς παρ' αὐτοῦ καταλειφθέντας, δέον ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ γενομένους φωνῆσαι· τοὺς δὲ ὑποδοχαρίους ἀκριβῶς διασκοπουμένους, ἡνίκα τῆς φωνῆς αἴσθωνται, ἑνωθῆναι, καὶ διὰ τάχους
Fol. 381 r. τῷ στρατηγῷ τούτους προσάξαι, εἴτε εἰς ἑτέρους πάλιν ἀγαγεῖν 5
B ὑποδοχαρίους, τοῦ στρατηγοῦ ἴσως πάλιν μετακινήσαντος. χρὴ γὰρ αὐτὸν, εἴτε ἅπαξ, εἴτε καὶ δὶς, ἐν νυκτὶ μεταπληκεύειν διὰ πολλὴν ἀσφάλειαν, πρὸς τὸ μὴ ὑπὸ τῶν πολεμίων ἐνεδρευθῆναι, ἔχειν δὲ αὐτὸν καὶ βίγλας διπλᾶς, εἰς φυλακὴν αὐτοῦ ἀσφαλεῖς.

ΚΕΦ. Θ'. Περὶ τῆς κινήσεως τοῦ κούρσου, καὶ ἀκολουθήσεως.

Τοῦ στρατηγοῦ τοίνυν τὴν κίνησιν τοῦ κούρσου ἀναμανθά- 10
C νοντος, παραυτίκα καὶ ἕτερον ἄρχοντα μεθ' ἱππέων ἐκλεκτῶν, ὑποτασσόμενον τῷ τουρμάρχῃ τῷ ἀκολουθοῦντι τῷ κούρσῳ, ἀποστέλλειν πρὸς αὐτόν· ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ ὁ ἀποστελλόμενος ἕνα τῶν παρὰ τοῦ τουρμάρχου πεμφθέντων, καταμηνύσαι τὴν τοῦ κούρσου κίνησιν τῷ στρατηγῷ, τοῦ παρ' αὐτοῦ ὁδηγηθῆναι εἰς 15
τὸ εὐχερῶς ἑνωθῆναι. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ στρατηγὸς ὄπισθεν τοῦ ἀποστελλομένου ἄρχοντος ἀποκινησάτω μετὰ τοῦ ὑπ' αὐτὸν λαοῦ, καὶ σπευσάτω καταλαβεῖν τὸν τουρμάρχην· ὅπως ὄπισθεν καὶ αὐτὸς τοῦ τουρμάρχου τῷ κούρσῳ τῶν πολεμίων ἀκολουθῇ. ἡ
D γὰρ ἀκριβὴς καὶ ἄπταιστος ἀκολούθησις ἐκ τῶν ὄπισθεν τῶν πο- 20
λεμίων ὀφείλει γίνεσθαι, κατὰ τὰ ἐκείνων ἴνιχνα καὶ τὴν ὁδοιπο-

1. *ὑποδοχαρίους*. De hac voce vid. Ducang. Glossar. col. 1644.
6. *μετακινήσαντος*] *μὴ κινήσαντος* codd.

esse. Quem si non ipsum eo in loco deprehendunt, verum susceptores ab illo relictos, oportet ut advenientes vocem mittant: susceptores, re diligenter explorata voceque agnita, se illis coniungere, eosque celeriter vel ad ducem, vel ad alios susceptores perducere, si denuo inter haec locum dux mutaverit. Oportet enim illum, maioris securitatis causa, ne ab adversariis circumveniatur, sive semel sive bis noctu alio transgredi, excubiasque habere duplices et firmas ad ipsum custodiendum.

Cap. IX. De motu manus praedatoriae, et de insecutione.

Dux certior factus praedatores egressos esse, evestigio alterum praefectum cum equitibus delectis, qui turmarchae praedatores insequenti subsit, ad eum mittat: qui mittitur, secum habeat unum de illis, qui a turmarcha venerunt ad praedatorum profectionem duci significandam, a quo ducatur, ut facilius se coniungere turmarchae queat. Ipse dux, cum suis copiis a tergo praefecti praemissi iter ingressus, ad turmarcham pervenire properet: ut ipse quoque, turmarcha antecedente, praedatores hostium insequatur. Diligens enim erratique expers insecutio a tergo hostium debet fieri, secundum vestigia atque itum eorum. Turmarcha autem ver-

ρίαν. ὁ δὲ τουρμάρχης κατὰ τὸ κοῦρσον τῶν πολεμίων ἀποκινήσῃ τρία ζευκτὰ, ἐμπείρους καὶ ἐπιτηδείους ἄνδρας ἀναλαμβανόμενος, παραγίνεσθαι τῇ ὁδῷ τῶν πολεμίων· καὶ τυπώσας τὸ πρῶτον καὶ δεύτερον καὶ τρίτον ζευκτὸν, πῶς ὀφείλουσι περιπατεῖν καὶ τοῖς πολεμίοις κατακολουθεῖν, ὑποστρεφέσθω πρὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ. τὸ δὲ πρῶτον ζευκτὸν πλησίον τῶν πολεμίων περιπατείτω, ἀκοῦον Fol. 381 v. καὶ τὴν τοῦ λαοῦ ὀχλαγωγίαν, καὶ τοὺς χρεμετισμοὺς τῶν ἵππων. τὸ δὲ δεύτερον, τὸ τοῦ πρώτου ἀκόλουθον, ὁδοιπορείτω, ὅσον P. 130 δύνανται ὁρᾶν τὸ ἔμπροσθεν αὐτοῦ, καὶ ὁρᾶσθαι ὑπ' αὐτοῦ· καὶ μήτε πλησίον γίνεσθαι, μήτε μακρύνεσθαι, ὥστε μὴ ὁρᾶσθαι. τρία δὲ τετράδια ὄπισθεν τῶν τριῶν ζευκτῶν ἀποκαταστήσει, ὁρῶν τὸ πρῶτον τετράδιον τὸ τρίτον ζευκτὸν, τὸ δὲ δεύτερον τετράδιον ὡσαύτως ὁρῶν τὸ πρῶτον. τὸ δὲ τρίτον τετράδιον, τὸ ἀκόλουθον τοῦ δευτέρου, ἓξ ἐχέτω ἄνδρας· ἵνα οἱ ἐξ αὐτῶν δύο τὰ ὑπὸ ζευκτοῦ μηνυόμενα ἀποκομίζωσι τῷ τουρμάρχῃ, ὁ δὲ τουρμάρχης τῷ στρατηγῷ. ἐὰν γὰρ ὀξύτερον βαδίζωσιν οἱ πολέμιοι, ὀφείλει μηνύειν τὸ πρῶτον ζευκτὸν περὶ τούτου· ἵνα καὶ ὁ τουρ- B μάρχης καὶ ὁ στρατηγὸς ὀξύτερον καὶ αὐτοὶ βαδίζωσι, καὶ μὴ ἐπὶ πολὺ μακρύνωσι τῶν πολεμίων. εἰ δὲ σχολαίτερον πάλιν βαδίζουσιν οἱ πολέμιοι, καὶ ὁ τουρμάρχης καὶ ὁ στρατηγὸς ὡσαύτως σχολαίτερον περιπατείτωσαν· ἵνα μήτε πλησίον γινόμενοι διαγινώσκωνται, μήτε μακρυνόμενοι οὔτε τὴν τῶν ἑπακολουθούντων διοίκησιν ἐπιγινώσκωσιν, οὔτε παρ' ἐκείνων ἐπιγινώσκωνται· ὅπερ

1. ὁ δὲ — παραγίνεσθαι. Vel ob imperativum ὑποστρεφέσθω fort. ὁ δὲ τουρμάρχης, ἡνίκα τὸ κ. τ. π. ἄ., τρία ζευκτὰ, ἐμπ. κ. ἐ. ἄ., ἀναλαμβανόμενος, παραγινέσθω.

sus agmen adversariorum tria paria, peritis atque idoneis viris delectis, promoveat, quae in viam hostium se committant: et edocto primo et secundo et tertio pari, quo pacto ambulare hostesque insequi debeant, ad suum agmen redeat. Primum itaque par, prope hostes iter faciens, fremitum multitudinis auscultet, et hinnitum equorum. Secundum par, excipiens primum, ita incedat, ut cum conspicere antegrediens, tum conspici ab illo possit: neque magis appropinquet, neque remanens visui se subtrahat. Post tria paria tres quadrigas constituet, ita ut a prima quadriga tertium par, a secunda quadriga similiter prima conspici possit. Tertia quadriga, secundam subsequens, sex habere homines debet: ut eorum duo quae renunciantur ab aliquo pari, referre turmarchae possint, turmarcha duci. Et si concitatius ire incipiunt hostes, debet primum par renunciare de hac re: ut et turmarcha et dux contentius ipsi quoque ambulent, neque longius se ab hostibus removeant. Si hostes denuo remissius ingrediuntur, item turmarcha atque dux lentius procedant: ut neque nimis appropinquantes agnoscantur, nec longius progressi neque subsequentium statum internoscere, nec internosci ab illis possint: quod calamitatem singu-

οὐ τὴν τυχοῦσαν ἐπάγει βλάβην. ἄλλως τε δὲ καὶ τῶν πολεμίων ἀπληκευόντων πρὸς τὸ ταγίσαι τοὺς ἵππους, καὶ περὶ τούτου κατα-
C μηνυόμενος ὁ στρατηγὸς, καὶ αὐτὸς ἐν ἐπιτηδείῳ τόπῳ ἀπλη-
C κευέτω πρὸς τὸ τοὺς ἵππους ταγίσαι, ἐξώβιγλα ἀποστέλλων εἰς φυλακὴν ἑαυτοῦ. καὶ ἡνίκα πάλιν τὴν κίνησιν τῶν πολεμίων κατα- 5
μηνυθείη, παραυτίκα καὶ αὐτὸς κινήσει ἐπακολουθῶν, ἔνθεν κά-
Fol. 382 r. κεῖθεν ἑαυτοῦ ἀποστέλλων ἀνὰ τριάκοντα ἱππεῖς, μὴ πόρρω, ἀλλὰ σύνεγγυς, τὰς τοῦ λαοῦ αὐτοῦ φωνὰς ἐνωτιζομένους. καὶ ὄπισθεν αὐτοῦ ἐπακολουθοῦντα ἄρχοντα ἐχέτω μεθ' ἱππέων, οὓς δὴ σάκα ὀνομάζουσι. μήκοθεν δὲ ὁδοιπορείτω ὁ στρατηγὸς, καὶ πᾶσαν 10
ποιείτω ἀσφάλειαν τοῦ μὴ διαγνωσθῆναι ὡς ὄπισθεν αὐτοῖς ἐπα-
D κολουθεῖ· ἀλλ' ἀσφαλῶς μὲν περιπατεῖν, καὶ τοὺς πλησίον πολε-
D μίων ἐπακολουθοῦντας παραγγέλλειν ἀκριβῶς ἀποσκοπεῖν, μὴ λό-
χους τινὰς οἱ πολέμιοι καταλείψωσιν εἰς ἔνεδραν τῶν ἐπακολου-
Arabum Tarsensium consuetudo in itinere faciendo. θούντων αὐτοῖς καὶ αὐτοῦ τοῦ στρατηγοῦ. ὅπερ παρὰ τῶν Ταρ- 15
σιτῶν πολλάκις γέγονε. καὶ ἐπακολουθοῦντος αὐτοῖς τοῦ τουρ-
μάρχου, καὶ μὴ ἀκριβῶς τοὺς ἔμπροσθεν σκοποῦντος ῥύακας καὶ τοὺς τόπους τοὺς δυναμένους λαὸν ἀποκρύπτειν, ἀπροόπτως τῇ ἐνέδρᾳ τούτων περιπεπτώκασι. διὰ ταῦτα πολλῆς δεῖται ἀγχινοίας καὶ ἀκριβείας ὁ ἐπακολουθῶν, ἵνα μὴ τοιοῦτόν τι συμβῇ γενέσθαι. 20
πρὸ δὲ τοῦ διαυγάσαι δεῖ τὸν στρατηγὸν, ἐπεὶ διέγνω τὸ ἐν ποίοις
P. 131 τόποις καὶ χωρίοις ἐξελάσαι μέλλουσιν οἱ πολέμιοι, εἴτε δεξιὰ εἴτε εὐώνυμα αὐτῶν ἐπικλῖναι, ἐν οἷς ὀχυρώτερος αὐτῷ τόπος καθορᾶται. καὶ ὀξύτερον βαδίσας καὶ ἐκ πλαγίου αὐτῶν γενόμενος ὡς

21. ἐπεὶ διέγνω. Fort. ἐπειδὴ ἔγνω.

larem affert. Praesertim autem subsistentibus adversariis, ad pabulum equis dandum, dux hac de re certior factus itidem, pabuli dandi causa, loco opportuno subsistat, excubiasque externas dimittat ad se custodiendum. Ubi cognovit hostes denuo movisse, ipse quoque evestigio exiens insequatur, ita ut utroqueversum tricenos equites dimittat: neque longius tamen, sed tam propinque, ut agminis eius voces exaudire queant. A tergo praefectum habeat cum equitibus insequentem, quos saca vocant. Magno autem ab hostibus intervallo dux iter faciat, omni diligentia adhibita, ne animadvertant, se a tergo ipsos sequi: item caute ingrediatur, et qui proxime hostem insequantur accurate dispicere iubeat, ne forte quasdam insidias hostes reliquerint, ad insequentes ipsumque ducem circumveniendum. Quod in Tarsensibus saepe usu venit. Etenim turmarcha illos insequens cum parum diligenter rivos ante se locaque quae armatos celare possent explorasset, de improviso in illorum insidias inciderunt nostri. Quamobrem solertia atque diligentia magna ei qui insequitur opus est, ne eiusmodi quid accidat. Ante quam diluxerit ducem oportet, ubi iam cognovit quos in agros vicosve excursuri hostes sint, ad dextram laevamve eorum se deflectere, qua locum magis natura munitum conspicatur. Et citatum agmen

ἀπὸ μιλίων δύο, πρὸ τοῦ τὴν ἡμέραν, ὡς λέλεκται, διαυγάσαι, ἵνα μὴ τὸν κονιορτὸν θεασάμενοι οἱ πολέμιοι τὴν παρουσίαν τοῦ στρατηγοῦ ἐπιγνώσωσι, τὸν ὀχυρὸν τόπον ὁ στρατηγὸς καταλαμβάνων τὸν ἴδιον ἀποκρυψάτω λαόν. κἀκεῖνος μετ' ὀλίγων ἱππέων πλησιέστερον γενέσθω τῶν πολεμίων· καὶ εἰς ὑψηλὴν περιωπὴν ἀνερχόμενος, καθαρῶς ὁρᾷν τοὺς πολεμίους σπευσάτω. Fol. 382 v.
καὶ τούτων εἰς ἔξέλευσιν ὁρμώντων καὶ διασκορπιζομένων πρὸς B
λείαν, καρτερησάτω ὁ στρατηγὸς ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ ἄχρι τρίτης ἢ καὶ τετάρτης ὥρας τῆς ἡμέρας, τὴν παράταξιν τοῦ Ἀμηρᾶ θεω- Amirae, h. e.
ρῶν, καὶ ἀκριβῶς τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ στοχαζόμενος. ἐπεὶ δ' duces Arabum.
οἱ μέλλοντες ἐξελάσαι πόῤῥω που τῆς παρατάξεως τοῦ Ἀμηρᾶ γεγόνασιν· ὡς μὴ δυνατόν ἐστι πάλιν τούτους ὑποστρέφειν, ἢ ἐπιγνῶναι τὸν κατὰ τῆς παρατάξεως τοῦ Ἀμηρᾶ ἀναφθέντα πόλεμον, ἕκαστον σπεύδοντα τὰ χωρία καταλαβεῖν, καὶ λείαν ὅτι πλείστην ποήσασθαι· τὰς ἰδίας παραταγὰς ὡς δεῖ εὐτρεπίσας, κατὰ τῆς τοῦ Ἀμηρᾶ παρατάξεως ὀλιγανδρούσης τὴν ἐπέλευσιν ποιησάτω, καὶ Θεοῦ συνεργίᾳ τῆς νίκης κρατήσει, καὶ τελείαν C
πανολεθρίαν τοῖς πολεμίοις ἐργάσεται. εἰ δὲ κατὰ τῆς παρατάξεως ἐπελθεῖν οὐ θαῤῥήσει, πολλὴν καὶ ἀξιόλογον δύναμιν ὁρῶν ἐν αὐτῇ, ὑπὲρ τὴν ἰδίαν· τότε ἐκ πλαγίου καὶ μακρόθεν διὰ κρυπτῆς καὶ ἐπιτηδείας ὁδοῦ ὁρμάτω σὺν ἑλασίᾳ τῇ προσηκούσῃ, καταλαβεῖν τὸ σκόρπισμα τῶν πολεμίων. καὶ δι' ὅλης τῆς ἡμέρας ἐπιδραμεῖν αὐτοῖς ἀγωνίσεται, διεσκεδασμένοις οὖσι, καὶ ἀξιόλογον ἔργον, Θεοῦ συμμαχίᾳ, ἐπιτελέσει. ὀφείλει οὖν καὶ ἄρχοντα τῶν χρησίμων μετὰ ὀλιγοστῶν ἱππέων ὄπισθεν ἔχειν, βλέποντα

ad latus eorum detorquens, ante quam dilucèscat, sicuti diximus, ne animadverso pulvere hostes ducem adesse intelligant, loco munito occupato suam ibi manum abdat. Inde cum paucis equitibus propius adversarios accedat, et conscensa specula edita det operam, ut dispicere clare hostes queat. Quibus ad excursionem egressis praedandique causa dissipatis, dux suo se loco contineat usque ad tertiam vel quartam diei horam, ita ut aciem consideret Amirae, numerumque copiarum attente aestimet. Sed ubi excursores longius a signis Amirae discesserunt: quando fieri non potest, ut vel redire, vel denique praelium cum acie Amirae commissum animadvertere queant, quolibet ruente, ut vicis occupatis praedam quamplurimam capiat: suis turmis convenienter instructis in aciem Amirae, iam infrequentem, impressionem faciens, Dei ope victoria potietur, et internecivam cladem hostibus inferet. Sed si non audet aciem aggredi, quod multas et bellicosas copias suisque firmiores in ea videt: e transverso ac longius, occulta et opportuna via, agmineque quantum opus est citato abeat, ad excursores dispersos opprimendos. Ac per totum diem exagitare illos dissipatos studens, praeclare rem, numine obsecundante, geret. Debet praeterea praefectum probatum cum pauculis equitibus a tergo habere,

καὶ ἀποσκοποῦντα τὴν τοῦ Ἀμηρᾶ παράταξιν, καὶ τὰ περὶ αὐ-
τῆς, ὡς ἂν ὁδοιπορείη, καταμηνύειν αὐτῷ. εἰ δὲ καὶ φοῦλκον,
τὸ εἰς φυλακὴν τῶν διασκορπιζομένων πρὸς λείαν πολεμίων ὑπάρ-
Fol. 383 r. χον, συναντήσει ὁ στρατηγὸς πλῆθος ἔχον, διχῇ τὸν λαὸν αὐτοῦ
διέλῃ, καὶ ἔμπροσθεν μὲν ἀποστείλῃ τοὺς ὀφείλοντας μετὰ τοῦ
φούλκου συνάψαι πόλεμον. τούτων δὲ συρραγέντων, εὐθὺς καὶ ὁ
στρατηγὸς μετὰ τῆς παρατάξεως αὐτοῦ πλησίον ἑπακολουθῶν
ὀξέως καὶ εὐτόλμως μετὰ κραυγῆς καὶ ἀλαλαγμοῦ σὺν ἐλασίᾳ κατ'
αὐτῶν ὁρμησάτω, καὶ τούτους, Θεοῦ βοηθείᾳ, τροπωσάμενος
P. 132 καταδιώξει καὶ τελείως καταγωνίσεται. εἰ οὖν Θεοῦ συνεργίᾳ εὐο-
δωθῇ ὁ στρατηγὸς, καὶ τοὺς εἰς λείαν ἐκδραμόντας πολεμίους
κατατροπώσηται, εἰ μὲν μεγάλην καὶ ἀξιόλογον δουλείαν ἐργάση-
ται, εἰκός ἐστι τοὺς ἐχθροὺς πρὸς τὴν ἰδίαν χώραν ὑποστρέψαι
μετ' αἰσχύνης. εἰ δὲ ἔτι ἐν τῇ ἡμετέρᾳ χρονίσαι μελετῶσι, τὸν
ἴδιον λαὸν ὁ στρατηγὸς ἀναλαμβανόμενος μήκοθεν γενέσθω
τῶν πολεμίων, ἐν ἐπιτηδείοις δηλονότι χωρίοις, καὶ τὸν λαὸν
αὐτοῦ κατάκοπον ὄντα ἐπὶ ἡμέρας τρεῖς διαναπαυσάτω, μόνους
τοὺς παραμένειν ὀφείλοντας, ὡς ἤδη ἐξεθέμεθα, ἀποστέλ-
λων ἑκάστῃ ἡμέρᾳ. πρὸς ὑποστροφὴν δὲ ὁρμῶντας τούτους ὁ
στρατηγὸς ἐπιγνοὺς, παραυτίκα τάχει πολλῷ ἄρχοντα τῶν χρη-
σίμων ἀποστείλας, τὸ πεζικὸν στράτευμα εἰς τὰς δυσχωρίας τῶν
ὁδῶν ἐπισωρευσάτω· καὶ αὐτὸς δὲ ὁ στρατηγὸς σπευσάτω, μὴ
ἐν νυκτὶ μηδὲ ἐν ἡμέρᾳ ἑαυτὸν ποσῶς ἂν ἀναπαῦσαι, ἀλλὰ σὺν
τάχει πολλῷ ἔμπροσθεν αὐτῶν γενέσθω, καὶ καλῶς παρασκευά-
σας ἅπαν τὸ τῶν πεζῶν καὶ ἱππέων αὐτοῦ στράτευμα, τὸν κατ'

17. κατάκοπον ὄντα. Vid. supra 124 A.

qui Amirae aciem videat ac speculetur, et de illa, quemadmodum se moveat, sibi renunciet. Si globum numero frequentem dux offendit, qui hostibus praedatum dispersis praesidio sit, bifariam dividat manum suam, et partim praemittat, qui cum hoc globo pugnam ineant. Quibus praeliantibus, evestigio dux quoque cum sua acie proxime subsequens acriter atque animose cum clamore et barritu cursim in illos se incitet, eosque Dei auxilio fusos persequetur ac funditus delebit. Quod si, numine obsecundante, dux bene rem gessit, compressis adversariis praedatum egressis, si magnum atque insigne facinus effecit, credendum est hostes cum probro domum redituros. Sed si amplius in ditione nostra commorari statuerunt, dux assumto suo agmine longius ab illis discedat, hoc est in loca idonea, ubi milites suos defatigatos per triduum reficiat, solosque qui speculari debent, sicuti iam exposuimus, quotidie emittat. Atenim ubi cognovit, eos signa movisse redeundi causa, evestigio per praefectum probatum magna celeritate missum in asperitatibus viarum pedestres copias congreget: ipseque dux connitatur, ut neque nocte neque interdiu partem ullam capiat quietis, sed celeritate maxima eos praecurrat, et universis pedestribus equestribusque copiis bene praeparatis dimicationem adversus illos instruat, quemad-

αὐτῶν πόλεμον διάθοιτο, καθὼς ἀνωτέρω ἐπιλεπτῶς ἐξεθέμεθα. καὶ οὕτως ποιῶν, χάριτι Χριστοῦ, καὶ δυνάμει καὶ πρεσβείαις τῆς παναχράντου αὐτοῦ μητρὸς, τῆς κατὰ τῶν ἐχθρῶν μάχης κρατήσει. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως.

ΚΕΦ. ι'. Περὶ τοῦ διαχωρισμοῦ τοῦ κούρσου, καὶ τοῦ λαοῦ ὄπισθεν ἐπακολουθοῦντος. Fol. 383 v.

Ἃ δὲ ἡμεῖς ἐθεασάμεθα, ἐκθέσθαι οὐδαμῶς κατοκνήσομεν. B *τὸ τῶν πολεμίων φωσσάτον διαφόρως, οἵ,τε ἱππεῖς σὺν τῷ πεζῷ ὁμοῦ τῆς χώρας καὶ τῶν πόλεων αὐτῶν συνεξήρχοντο· καὶ ἐπὶ δυσὶν ἡμέραις ὁμοῦ στμπεριπατήσαντες, ἔσθ' ὅτε καὶ πλείοσιν, ἀπ' ἀλλήλων διεχωρίζοντο. καὶ οἱ μὲν ἱππεῖς, οἱ τὰς ἡμετέρας χώρας* Arabum modus invadendi fines Romanos. *κατατρέχειν καὶ λεηλατεῖν βουλόμενοι, προϋλάμβανον ἡμερῶν τινων διάστημα, τοῦ πεζικοῦ λαοῦ αὐτῶν ἀφεστηκότος· διὰ τὸ σπεύδειν αὐτοὺς ἀμηνυτὶ τοὺς οἰκήτορας τῶν χωρίων καταλαβεῖν, οἵκοι μένοντας. τὸ δὲ τοῦλδον μετὰ τῶν πεζῶν καὶ τῆς τούτων ἀποσκευῆς, ὄπισθεν ἑπόμενον, ἡνίκα τὰς δυσχωρίας καὶ τὰ στενὰ* C *διῆλθεν, ἐπιτήδειον διασκοπῆσαν τόπον πρὸς φυλακὴν αὐτῶν καὶ ἀσφάλειαν, τὰς σκηνὰς πηξάμενοι ἐν αὐτῷ ηὐλίζοντο, τοὺς εἰς κοῦρσον ἐκδραμόντας ἱππεῖς ἐκεῖσε προσεκδεχόμενοι· ἵνα τοὺς ὑποστρέφοντας καλῶς τὰς δυσχωρίας διαβιβάσωσιν. ὁ οὖν στρατηγὸς, τὴν ἔξέλευσιν αὐτῶν καταμηνύμενος, τὰς παραμονὰς ἀποστελλέτω, καὶ πάντα ποιείτω κατὰ τὴν ἀνωτέρω διάταξιν. καὶ εἰ μὲν εὐχερές ἐστι τῷ στρατηγῷ, τοὺς εἰς τὴν λείαν ἐκδραμόντας διεσκεδασμένους καταλαβεῖν, καὶ τούτους κατατροπώσασθαι,* P. 133

modum superius singillatim exposuimus. Quod si ita fecerit, gratia Christi, auctoritate vero atque intercessione intemeratae matris eius, praelio cum hostibus commisso rem obtinebit. Atque haec quidem sic se habent.

CAP. X. De seiunctione manus praedatoriae, deque peditatu a tergo subsequente.

$\sin\alpha = \frac{2}{ab}\sqrt{s(s-a)(s-b)(s-c)}$ Where α = angle opposite side a, and $s = \frac{a+b+c}{2}$

$\cos\alpha = \frac{a^2+b^2-c^2}{2ab}$ Where α = angle opposite side a

$\tan\alpha = \frac{2}{a^2+b^2-c^2}\sqrt{s(s-a)(s-b)(s-c)}$ Where α = angle opposite side a, and $s = \frac{a+b+c}{2}$

$\sin\alpha = \frac{2}{ac}\sqrt{s(s-a)(s-b)(s-c)}$ Where α = angle opposite side a, and $s = \frac{a+b+c}{2}$

$\cos\alpha = \frac{a^2+c^2-b^2}{2ac}$ Where α = angle opposite side a

$\tan\alpha = \frac{2}{a^2+c^2-b^2}\sqrt{s(s-a)(s-b)(s-c)}$ Where α = angle opposite side a, and $s = \frac{a+b+c}{2}$

ὅς ῥ' εὖ εἰδὼς κῆρ' ὀλοὴν, ἐπὶ νηὸς ἔβαινε.
πολλάκι γάρ οἱ ἔειπε γέρων ἀγαθὸς Πολύϊδος,
νούσῳ ὑπ' ἀργαλέῃ φθῖσθαι οἷς ἐν μεγάροισιν.
ἢ μετ' Ἀχαιῶν νησὶν ὑπὸ Τρώεσσι δαμῆναι.

(ις'.) Οὐχὶ παρ' Ὁμήρῳ ταῦτα γέγραπται; ἢ ἀμφίβολος αὕτη καὶ ἀμφίκρημνος ἀπάτη; εἰ δὲ βούλει, καὶ τοῦ Διὸς ἐπιθήσω σοι
P. 602 τὸν λόγον· οὐχὶ τῷ Αἰγίσθῳ εἴρηκεν ὡς ἀποσχομένῳ μὲν τῆς μοιχείας, καὶ τῆς Ἀγαμέμνονος ἐπιβουλῆς, ζῆν καθείμαρται πολὺν χρόνον; ἐπιβαλλομένῳ δὲ ταῦτα πράττειν, οὐ καθυστερεῖν θανάτου; τοῦτο κἀγὼ πολλάκις προὐμαντευσάμην· ἐὰν κτάνῃς τὸν πλησίον, θανατωθήσῃ παρὰ τῆς δίκης· εἰ δέ γε μὴ τοῦτο πράξῃς, βιώσῃ καλῶς,

οὐδέ σ' ὦκα θέμις τέλος θανάτοιο κιχείη.

οὐχ ὁρᾷς ὡς ἀδιόρθωτα τὰ τῶν ποιητῶν, καὶ ἀμφίλοξα, καὶ μηδέπω ἡδραιωμένα; ὥστε ἔασον ἅπαντα, ὡς καὶ σὲ ἐν ταῖς ἐπουρανίοις βίβλοις τῶν ἀγαθῶν ἀπογράψωνται. (ιζ'.) ΚΡΙΤ. Εὖ πάντα ἀνακυκλεῖς, ὦ Τριεφῶν, ἀλλά μοι τόδε εἰπέ, εἰ καὶ τὰ
P. 603 τῶν Σκυθῶν ἐν τῷ οὐρανῷ ἐγχαράττουσι; ΤΡΙΕΦ. Πάντα, εἰ τύχοι γε Χρηστὸς καὶ ἐν ἔθνεσι. ΚΡΙΤ. Πολλούς γε γραφέας φῂς ἐν τῷ οὐρανῷ, ὡς ἅπαντα ἀπογράφεσθαι. ΤΡΙΕΦ. Εὐστόμει, καὶ μηδὲν εἴπῃς φλαῦρον θεοῦ δεξιοῦ, ἀλλὰ κατηχούμενος πείθου παρ' ἐμοῦ, εἴπερ ζῆν χρῄζεις εἰς τὸν αἰῶνα. εἰ οὐρανὸν

7. οὐχὶ τῷ] Nil variant edd. οὐ μοιχῷ vult Palm. 19. τύχοι] τύχῃ Flor. 21. φλαῦρον] φλαῦρου Flor. male.

Qui fati gnarus, naves classemque petebat.
Saepe etenim, Polyide senex, haec fata canebas:
Aut morbo in patria periturum, aut inter Achivum
Nigras Troiano casurum vulnere naves.

(XVI.) Negabisne haec ab Homero scripta? aut ambiguam potius et utrinque praeruptam fraudem agnosces? Sed Jovis etiam, si vis, orationem adiiciam. Nonne Aegistho dixit, si vellet se abstinere ab adulterio, insidiisque Agamemnoni struendis, ut diu viveret, esse in fatis? sin ista facere aggrederetur, acceleratam mortem non effugiturum. Ad eum modum et ego vaticinatus saepe sum, si occideris alium, ab ipsa Nemesi mortem expecta: si hoc non feceris, bene vives,

Nec tibi fas subito fatum finemque venire.

Non vides, quam sint minime castigata, quae poëtae fingunt, quam ambigua, nullisque subnixa fundamentis? Omnia igitur, si sapis, omitte, ut te etiam in caelestibus bonorum libris inscribant. (XVII.) CRIT. Bene revolveris ad id, unde discesseramus. Sed illud mihi dic, Scytharumne etiam res in caelo describuntur? TRIEPH. Et omnes quidem, si modo bonum aliquem esse inter gentes contingat. CRIT. Multos in caelo scribas esse dicis, qui quidem describant omnia. TRIEPH. Bona verba, ne quid in sapientem Deum dicas petulantius. Sed tanquam unus catechumenus mihi ausculta, si mo-

ὡς δέῤῥιν ἐξήπλωσε, γῆν δὲ ἐφ᾽ ὕδατος ἔπηξεν, ἀστέρας ἐμόρφωσεν, ἄνθρωπον ἐκ μὴ ὄντος παρήγαγε, τί παράδοξον, καὶ τὰς πράξεις πάντων ἐναπογράφεσθαι; καὶ γὰρ σοὶ οἰκίδιον κατασκευάσαντι, οἰκέτιδας δὲ καὶ οἰκέτας ἐν αὐτῷ συναγαγόντι, οὐδέποτέ σε διέλαθε τούτων πρᾶξις ἀπόβλητος· πόσῳ μᾶλλον τὸν πάντα πεποιηκότα θεὸν οὐχ ἅπαντα ἐν εὐκολίᾳ διαδραμεῖν ἑκάστου πρᾶξιν καὶ ἔννοιαν; οἱ γάρ σου θεοὶ κότταβος τοῖς εὖ φρο- P. 604
νοῦσιν ἐγένοντο. (ιή.) ΚΡΙΤ. Πάνυ εὖ λέγεις, καί με ἀντιστρόφως τῆς Νιόβης παθεῖν· ἐκ στήλης γὰρ ἄνθρωπος ἀναπέφηνα. ὥστε τοῦτον τὸν θεὸν προστιθῶ σοι, μὴ κακόν τι παθεῖν παρ᾽ ἐμοῦ. ΤΡΙΕΦ. Εἴπερ ἐκ καρδίας μ᾽ ὄντως φιλεῖς, μὴ ἑτερεῖόν τι ποιήσῃς ἐν ἐμοὶ,

καὶ ἕτερον μεύσῃς μὲν ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴπῃς.

ἀλλ᾽ ἄγε δὴ τὸ θαυμάσιον ἐκεῖνο ἀκουσμάτιον ἄεισον, ὅπως κἀγὼ κατωχριάσω, καὶ ὅλως ἀλλοιωθῶ, καὶ οὐχ ὡς ἡ Νιόβη ἀπαυδήσω, ἀλλ᾽ ὡς ἀηδὼν ὄρνεον γενήσομαι, καὶ τὴν θαυ- P. 605
μασίαν σου ἔκπληξιν κατ᾽ ἀνθηρὸν λειμῶνα ἐκτραγῳδήσω. ΚΡΙΤ. Νὴ τὸν υἱὸν τὸν ἐκ πατρὸς, οὐ τοῦτο γενήσεται. ΤΡΙΕΦ. Λέγε, παρὰ τοῦ πνεύματος δύναμιν τοῦ λόγου λαβών. ἐγὼ δὲ καθεδοῦμαι,

δέγμενος Ἀιακίδην ὁπότε λήξειεν ἀείδων.

(ιθ'.) ΚΡΙΤ. Ἀπήειν ἐπὶ τὴν λεωφόρον, ὠνησόμενός γε τὰ χρειω-

11. ἐμοῦ] ἐκείνους, ἴσως Longol. ἑτερεῖον] Et sic Flor. cum cett.

do vivere aeternum desideras Si enim ut pellem explicavit caelum, terramque super aquis constabilivit et stellas formavit, tum hominem, cum nihil eius ante adesset, produxit: quid adeo mirum est, omnium etiam describi actiones? Te vero, cum forte domuncula aliqua exstructa, servulos ancillasque eo conduxisti, ne vilissima eorum actio fugiat: Deus autem, qui omnia fecit, non multo magis percurrat omnia facile, omnesque omnium et actiones et cogitationes! Tui enim Dii cottabus illis, qui rectum sapiunt, olim facti sunt. (XVIII.) CRIT. Rectissime dicis, facisque, ut quemadmodum ex homine lapis Niobe, ita conversa ratione ego ex lapide homo iam factus sim. Hunc igitur Deum iureiurando adiicio, te nihil a me mali accepturum. TRIEPH. Siquidem ex animo atque vere me diligis, cave committas in me fraudem aliquam,

Atque aliud dicas, aliudque in pectore celes.

Sed agedum mirabilem illam auditiunculam mihi occine, ut et ego pallescam immuterque penitus. Nolim tamen ut quondam Niobe enecari penitus: sed avicula, ut Philomela olim, fiam, et per viridantia prata tuam illam obstupescendam consternationem tristi vocula referam. CRIT. Ita me filius, qui ex Patre est, amet, ut istuc non fiet. TRIEPH. Dic igitur, accepta a spiritu sermonis virtute. Ego vero hic considebo,

Cantare, expectans, donec cessarit Achilles.

(XIX.) CRIT. In publicam viam necessaria quaedam emturus prodieram: tum

δέστατα, καὶ δὴ ὁρῶ πλῆθος πάμπολυ ἐς τὸ οὖς ψιθυρίζοντας, ἐπὶ δὲ τῇ ἀκοῇ ἔφυντο τοῖς χείλεσιν· ἐγὼ δὲ παπτήνας ἐς ἅπαντας, καὶ τὴν χεῖρα τοῖς βλεφάροις περικάμψας, ἐσκοπίαζον ὀξυδερκέστατα, εἴ πού γέ τινα τῶν φίλων θεάσωμαι. ὁρῶ δὲ Κράτωνα τὸν πολιτικὸν, παιδόθεν φίλον ὄντα καὶ συμποτικόν. 5

P. 606

ΤΡΙΕΦ. Αἰσθάνομαι τοῦτον. τὸν ἐξισωτὴν γὰρ εἴρηκας· εἶτα τί; ΚΡΙΤ. Καὶ δὴ πολλοὺς παραγκωνισάμενος ἦκον ἐς τὰ πρόσω, καὶ τὸ ἑωθινὸν, χαῖρε, εἰπὼν, ἐχώρουν ὡς αὐτόν. (κ΄.) Ἄνθρωπίσκος δέ τις, τοὔνομα Χαρίκενος, σεσημμένον γερόντιον,

P. 607

ῥέγχον τῇ ῥινὶ, ὑπέβηττε μύχιον, ἐχρέμπτετο ἐπισεσυρμένον· ὁ δὲ πτύελος κυανώτερος θανάτου· εἶτα ἤρξατο ἐπιφθέγγεσθαι κατισχνημένον· „οὗτος, ὡς προεῖπον, τοὺς τῶν ἐξισωτῶν καταλείπει ἐλειπασμοὺς, καὶ τὰ χρέα τοῖς δανεισταῖς ἀποδώσει, καὶ τά τε

P. 608

ἐνοίκια πάντα, καὶ τὰ δημόσια. καὶ τὰς εἰραμάγγας δέξεται, μὴ ἐξετάζων τῆς τέχνης," καὶ κατεφλυάρει ἔτι πικρότερα. οἱ περὶ αὐτὸν δὲ ἥδοντο τοῖς λόγοις, καὶ τῷ καινῷ τῶν ἀκουσμάτων προσέκειντο. (κά.) Ἕτερος δὲ τοὔνομα Χλευόχαρμος, τριβώνιον ἔχων πολύσαθρον, ἀνυπόδετός τε, καὶ ἄσκεπος, μετέειπε, τοῖς ὀδοῦσιν ἐπικροτῶν, ὡς „ἐπεδείξατό μοί τις κακοείμων, ἐξ ὀρέων πα-

P. 609

ραγενόμενος, κεκαρμένος τὴν κόμην, ἐν τῷ θεάτρῳ ἀναγεγραμμένον ὄνομα ἱερογλυφικοῖς γράμμασιν, ὡς οὗτος τῷ χρυσῷ ἐπι-

3. ἐσκοπίαζον] Nihil hic variare edd. adpinxit Solan. hic et plus decies deinde, quod ubique repetere supervacuum erit. 18. ἀνυπόδετος] Hic nil variare edd. notatu dignum, quod ante ἀνυπόδητος plurimum scribant. Conf. Asin. c. 16. et Cyn. c. 13.

videbam ibi ingentem multitudinem, qui in aures alter alteri insusurrabant, adeo quidem ut labia haererent auribus. Ibi ego omnes circumspiciens, manuque incurva superciliis circumposita, quam possum acutissime cernens exploro, sicubi amicorum aliquem videre possim. Video autem Cratonem Politicum, a pueris amicum atque compotorem. TRIEPH. Sentio quem dicas. Nempe peraequatorem illum. Sed quid inde? CRIT. Multis igitur cubito amotis ad anteriora perveni, et ave, matutino dicto, ad hominem accessi. (XX.) Homuncio autem aliquis, Charicenus nomine, putridus seniculus, inter ingentes ronchos, tussimque imis ductam pulmonibus, enixe screat. Erat vero sputum ipsa morte lividius. Tum exili voce ita infit: „Hic, quemadmodum ante dicebam, Peraequatorum indulgebit omissa, debitaque reddet creditoribus privatasque impensas aeque ac publicas solvet. Recipiet etiam vanos futuri coniectores, non aestimans illos ex arte." Quin amariora etiam homo nugabatur. Qui autem circa erant, delectabantur sermonibus, novisque audiendis rebus attendebant. (XXI.) Alius vero, Chlevocharmo nomen erat, lacinia, quam caries consumserat, indutus, excalceatus praeterea et aperto capite, dentibus simul concrepans ita interlocutus est: „Ostendit mihi male vestitus aliquis, e montibus huc adveniens, comam detonsus, insculptum in theatro hieroglyphicis literis illius nomen; hunc

κλύσει τὴν λεωφόρον·" ἦν δ' ἐγὼ, „κατὰ μὲν τὰ Ἀριστάνδρου καὶ Ἀρτεμιδώρου οὐ καλῶς ἀποβήσονταί σοι ταῦτά γε τὰ ἐνύπνια ἐν ὑμῖν· ἀλλὰ σοὶ μὲν τὰ χρέα πληθυνθήσεται ἀναλόγως τῆς ἀποδόσεως· οὗτος δὲ ἐπιπολὺ τοῦ ὀβολοῦ γε στερηθήσεται, ὡς πολλοῦ χρυσίου εὐπορηκώς. καὶ ἔμοιγε δοκεῖτε ἐπὶ λευκάδα πέτρην, καὶ δῆμον ὀνείρων καταδαρθέντες, τοσαῦτα ὀνειροπολεῖν P. 610 ἐν ἀκαρεῖ τῆς νυκτὸς οὔσης." (κβ'.) Οἱ δὲ ἀνεκάγχασαν ἅπαντες, ὡς ἀποπνιγέντες ὑπὸ τοῦ γέλωτος, καὶ τῆς ἀμαθίας μου κατεγίνωσκον. ἦν δ' ἐγὼ πρὸς Κράτωνα, „μῶν κακῶς πάντα ἐξεβρίνισα, ἵν' εἴπω τι κωμικευσάμενος, καὶ οὐ κατὰ Ἀρίστανδρον τὸν Τελμισέα καὶ Ἀρτεμίδωρον τὸν Ἐφέσιον, ἐξίχνευσα τοῖς ὀνείρασιν;" ἦ δ' ὅς, „σίγα, ὦ Κριτία, εἰ ἐχεμυθεῖς, μυσταγωγήσω σε τὰ κάλλιστα καὶ τὰ νῦν γενησόμενα. οὐ γὰρ ὄνειροι τάδ' εἰσὶν, ἀλλ' ἀληθῆ. ἐκβήσονται δὲ εἰς μῆνα Μεσορί." ταῦτα ἀκηκοὼς παρὰ τοῦ Κράτωνος, καὶ τὸ ὀλισθηρὸν τῆς διανοίας αὐτῶν κατεγνωκὼς, ἡρυθριασα καὶ σκυθρωπάζων ἐπορευόμην, πολλὰ τὸν Κράτωνα ἐπιμεμφό- P. 611 μενος. εἷς δὲ δριμὺ καὶ Τιτανῶδες ἐνιδὼν, δραξάμενός μου τοῦ λώπους, ἐσπάρασε, ῥήτρην ποιήσασθαι πειθόμενός τε καὶ παρανυττόμενος παρὰ τοῦ πεπαλαιωμένου ἐκείνου δαιμονίου. (κγ'.) Εἰς λύγους δὲ ταῦτα παρεκτείναντες, πείθει με τὸν κακοδαίμονα εἰς γόητας ἀνθρώπους παραγενέσθαι, καὶ ἀποφράδι τὸ δὴ λεγόμενον ἡμέρᾳ συγκυρῆσαι. ἔφασκε γὰρ πάντα ἐξ αὐτῶν μυσταγω-

14. *Μεσορὶ*] Ex emend. Solani, edd. et schol. *Μεσωρί*. 18. *λώπους*] λοπὸς schol. *ἐσπάρασε*] *ἐσπάραξε* Bas. 1. 2.

auro viam inundaturum." Tum ego, „secundum Aristandri," inquam, „Artemidorique praeceptiones non bene haec vestra vobis somnia evenient: sed tibi quidem augebuntur debita, pro portione qua solutionem somniasti: hic vero vel obolo, quem habet, privabitur, prout multo abundavit auro. Videmini autem mihi super alba rupe, somniorumque indormiisse populo, cum tantum contractissimis hisce noctibus somniatis." (XXII.) Hi vero immanibus cachinnis, adeo ut praefocari illos prae nimio risu metus esset, imperitiam meam condemnant. Tum ad Cratonem, „malene omnia olfeci," inquam, „ut ex comoedia loquar, neque secundum Aristandrum Telmessium Ephesiumque Artemidorum, probe investigavi ista somnia?" Ille vero, „tace," inquit, „Critia, si enim potis es ut sileas, pulcherrima te mysteria edocebo, atque iamiam eventura. Cave enim somnia illa putes; verissima sunt, et intra Mesori mensem habitura exitum." Haec cum ex Cratone audissem, damnata ipsorum animi levitate erubui, vultuque tristitiam praeferens et multis Cratonem increpans, abii. Sed me aliquis torvum et tanquam Titanicum intuens, lacinia prehensum retraxit, a vetusto illo daemonio hominis, ut audientem sibi concionem praeberet, inductus instigatusque. (XXIII.) Sermone autem longius producto persuadet tandem misero mihi, ut ad praestigiatores homines accederem, et in infanstum, quod aiunt, diem inciderem: dixerat enim, omnia

γηθῆναι. καὶ δὴ διήλθομεν σιδηρέας τε πύλας καὶ χαλκέους οὐδούς. ἀναβάθρας δὲ πλείστας περικυκλωσάμενοι, ἐς χρυσόροφον οἶκον ἀνήλθομεν, οἷον Ὅμηρος τὸν Μενελάου φησί. καὶ δὴ
P. 612 ἅπαντα ἐσκωπίαζον, ὅσα ὁ νησιώτης ἐκεῖνος νεανίσκος. ὁρῶ δὲ οὐχ Ἑλένην, μὰ Δί', ἀλλ' ἄνδρας ἐπικεκυφότας καὶ κατωχριωμένους· οἱ δὲ ἰδόντες γήθησαν, καὶ ἐξεναντίας παρεγένοντο· ἔφασκον γὰρ, ὡς εἴ τινα λυγρὰν ἀγγελίαν ἀγάγοιμεν. ἐφαίνοντο γὰρ οὗτοι ὡς τὰ κάκιστα εὐχόμενοι, καὶ ἔχαιρον ἐπὶ τοῖς λυγροῖς, ὥσπερ αἱ ποινοποιοὶ ἐπὶ θέατρα, τὰς κεφαλὰς δ' ἄγχι σχόντες ἐψιθύριζον. μετὰ δὲ τὰ ἤροντό με,

„τίς, πόθεν εἰς ἀνδρῶν, πόθι τοι πόλις, ἠδὲ τοκῆες;

χρηστὸς γὰρ ἂν εἴης, ἀπό γε τοῦ σχήματος." ἦν δ' ἐγὼ, „ὀλίγοι γε χρηστοὶ, ὥσπερ βλέπω πανταχοῦ· Κριτίας δὲ τοὔνομα, πόλις δέ μοι ἔνθεν, ὅθεν καὶ ὑμῖν." (κδ'.) Ὡς δ' ἀεροβατοῦντες ἐπυνθάνοντο, „πῶς τὰ τῆς πόλεως, καὶ τὰ τοῦ κόσμου;" ἦν δ' ἐγὼ, „χαίρουσί γε πάντες, καὶ ἔτι γε χαιρήσονται." οἱ δὲ ἀνένευον ταῖς ὀφρύσιν· „οὐχ οὕτω, δυστοκεῖ γὰρ ἡ πόλις." ἦν δ' ἐγὼ κατὰ τὴν αὐτῶν γνώμην· „ὑμεῖς πεδάρσιοι ὄντες, καὶ ὡς ἀπὸ ὑψηλοῦ ἅπαντα
P. 613 καθορῶντες, ὀξυδερκέστατα καὶ τάδε νενοήκατε. πῶς δὲ τὰ τοῦ αἰθέρος; μῶν ἐκλείψει ὁ ἥλιος, ἡ δὲ σελήνη κατὰ κάθετον γενήσεται; ὁ Ἄρης εἰ τετραγωνήσει τὸν Δία, καὶ ὁ Κρόνος διαμε-

4. ἐσκωπίαζον] Leg. ἐσκοπίαζον ut c. 19. Etsi hic ω est in edd.
9. ἐπὶ θέατρα] ἐπὶ τὰ θέατρα ed. Gesn. Abest artic. ab aliis.
16. χαιρήσονται] χαρήσονται Bas. 1. 2.

mysteria ab illis se esse edoctum. Transimus igitur portasque ferreas, pavimentaque aenea, multisque per orbem superatis scalis, in aurea tecta ascendimus, qualia Menelai quondam fuisse, Homero credimus. Ibi ego oculis lustro omnia, quae ille ex insula iuvenis; video autem non Helenam ego quidem, sed homines vultibus in terram pronis pallidisque. Illi vero, cum nos viderent, gaudere obviamque procedere: dicebant enim, numquid forte tristis nuncii ferremus? quippe qui manifesto pessima quaeque optarent, atque, ut in theatris solent furiae, luctuosis rebus gauderent. Tum vero capita invicem conferentes in aures quaedam insusurrant, ac denique me interrogant:

„Tu quis es, unde venis, quaeque urbs tibi, quique parentes?
Videris enim, quantum quidem habitus tuus indicat, homo minime malus."

At ego, „pauci quidem," inquam, „ubique gentium, quantum video, boni sunt: nomen mihi est Critiae: urbs eadem quae vestra." (XXIV.) Ut vero inaniter elati homines interrogarunt, quid rerum in urbe atque adeo in mundo ageretur? egoque, „gaudent, gaudebuntque amplius," respondi: illi, superciliorum gestu abnuentes, „minime vero ita est," inquiunt, „clades enim perniciemque civitas parturit." Tunc ego ex ipsorum sententia, „nimirum vos," inquam, „cum supra humum sublati, tanquam de specula omnia prospiciatis, etiam ista quam acutissime olim perspexistis. Sed in aethere quid agitur? num eclipsin Sol patietur, Luna ad perpendiculum ipsi subiecta? num Mars ex quadrante Jovem respiciet, Saturnus autem ex diametro opponetur Soli?

τρήσει τὸν ἥλιον; ἢ Ἀφροδίτη εἰ μετὰ τοῦ Ἑρμοῦ συνοδεύσει, καὶ Ἑρμαφροδίτους ἀποκνήσουσιν, ἐφ' οἷς ὑμεῖς ἥδεσθε; εἰ ῥαγδαίους ὑετοὺς ἐκπέμψουσιν; εἰ νιφετὸν πολὺν ἐπιστρωννύσουσι τῇ γῇ, χάλαζαν δὲ καὶ ἐρυσίβην εἰ κατάξουσι, λοιμὸν καὶ λιμὸν εἰ ἐπιπέμψουσιν, εἰ τὸ κεραυνοβόλον ἀγγεῖον ἀπεγεμίσθη, καὶ τὸ βροντοποιὸν δοχεῖον ἀνεμεστώθη;" (κε'.) Οἱ δὲ ὡς ἅπαντα κατωρθωκότες κατεφλυάρουν τὰ αὐτῶν ἐράσμια, ὡς μεταλλαγῶσι τὰ πράγματα, ἀταξίαι δὲ καὶ ταραχαὶ τὴν πόλιν καταλήψονται, τὰ στρατόπεδα ἥττονα τῶν ἐναντίων γενήσονται. τοῦτο ἐκταραχθείς, καὶ ὥσπερ πρῖνος καόμενος οἰδηθείς, διάτορον ἀνεβόησα, „ὦ δαιμόνιοι ἀνδρῶν, μὴ μεγάλα λίαν λέγετε, θήγοντες ὀδόντας κατ' ἀνδρῶν θυμολεόντων, πνειόντων δόρυ καὶ λόγχας καὶ λευκολόφους τριφαλείας· ἀλλὰ ταῦθ' ὑμῖν ἐπὶ κεφαλὴν καταβήσεται, ὡς τὴν πατρίδα ὑμῶν κατατρύχετε. οὐ γὰρ αἰθεροβατοῦντες ταῦτα ἠκηκόητε, οὐ τὴν πολυάσχολον μαθηματικὴν κατωρθώκατε. εἰ δέ γε μαντεῖαι καὶ γοητεῖαι ὑμᾶς παρέπεισαν, διπλοῦν τὸ τῆς ἀμαθίας. γυναικῶν γὰρ εὑρέματα ταῦτα γραϊδίων. καὶ παίγνια. ἐπιπολὺ γὰρ τὰ τοιαῦτα αἱ τῶν γυναικῶν ἐπίνοιαι μετέρχονται." (κς'.) ΤΡΙΕΦ. Τί δὲ πρὸς ταῦτα ἔφησαν, ὦ καλὲ Κριτία, οἱ κεκαρμένοι τὴν γνώμην καὶ τὴν διάνοιαν; ΚΡΙΤ. Ἅπαντα ταῦτα παρέδραμον, εἰς ἐπίνοιαν τετεχνασμένην καταπεφευγότες·

P. 614

3. πολὺν] πολὴν prave Iunt. 5. λιμὸν] λιμόν. αὐχμὸν Flor. puncto post λιμὸν collocato. 14. κατατρύχετε] Sic pleraeque. κατατρίχετε Iunt. 15. ἠκηκόητε] Sic nostrae, ἠκηκόειτε Gesn., melius. An ἠκηκόατε?

Venusne cum Mercurio congredietur, novosque adeo edolabunt nobis Hermaphroditos, quibus vos delectamini? Numquid impetuosos imbres demittent super? an copiosa nive terram consternent, grandinemque aut rubiginem devolvent, pestemne ac famem immittent? An fulminatrix cistula plena est, tonitruumque conceptaculum repletum?" (XXV.) Illi vero, quasi re praeclare gesta, de suis illis nugabantur deliciis, fore scilicet, ut rerum facies mutetur, atque turbae colluviesque civitatem invadant, tum exercitus ab hostibus vincantur. Hic ego vehementer commotus, atque ardentis instar ilicis intumescens, contentissime exclamavi: „Nolite, miseri homines, nimis loqui magnifice, stringentes dentes in vivos corde leones spicula spirantes, crista nitentes galeas triplicique. Verum ista in vos ipsos vestraque capita expetent, qui patriae vestrae male adeo ominamini. Neque enim aut conscenso aethere ista audivistis, aut male sedulam mathematicorum artem edidicistis. Si autem vaticinia et praestigiae in hanc vos fraudem impulerunt, duplo maior vestra est stupiditas. Quandoquidem vetularum ista mulierum sunt commenta atque ludibria. Siquidem muliebria fere ingenia eiusmodi consectari solent naenias." (XXVI.) TRIEPH. Quid vero ad ista, o pulcher Critia, detonsis mentibus animisque homines? CRIT. Nimirum his omnibus praetermissis, ad commentum oppido elegans confugientes dixe-

ἔλεγον γὰρ „ἡλίους δέκα ἄσιτοι διαμενοῦμεν, καὶ ἐπὶ παννύχους ὑμνῳδίας ἐπαγρυπνοῦντες ὀνειρώττομεν τὰ τοιαῦτα." ΤΡΙΕΦ. Σὺ δὲ τί πρὸς αὐτοὺς εἶρηκας; μέγα γὰρ ἔφησαν καὶ διηπορημένον.

P. 615 ΚΡΙΤ. Θάρσει, οὐκ ἀγεννὲς, ἀντεῖπον γὰρ τὰ κάλλιστα. „τὰ γὰρ παρὰ τῶν ἀστικῶν θρυλλούμενα," ἔφην, „περὶ ὑμῶν, ὁπόταν ὀνειροπολεῖτε, τὰ τοιαῦτά που παρεισάγονται." οἱ δὲ σεσηρὸς ὑπομειδιῶντες, „ἔξω που παρέρχονται τοῦ κλινιδίου." ἦν δ' ἐγὼ, „εἰ ἀληθῆ εἰσι ταῦτα, ὦ αἰθέριοι, οὐκ ἄν ποτε ἀσφαλῶς τὰ μέλλοντα ἐξιχνεύσητε· ἀλλὰ καταπεισθέντες ὑπ' αὐτῶν ληρήσετε τὰ μὴ ὄντα, μηδὲ γενησόμενα. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐκ οἶδ' ὅπως ληρεῖτε, ὀνείροις πιστεύοντες, καὶ τὰ κάλλιστα βδελύττεσθε, τοῖς δὲ πονηροῖς ἥδεσθε, μηδὲν ὀνούμενοι τοῦ βδελύγματος. ὥστε ἐάσετε τὰς ἀλλοκότους ταύτας φαντασίας, καὶ τὰ πονηρὰ βουλεύματα, καὶ μαντεύματα, μή που θεὸς ὑμᾶς ἐς κόρακας βάλοι, διὰ τὸ τῇ πατρίδι ἐπαρᾶσθαι, καὶ λόγους κιβδήλους ἐπιφημίζειν."

P. 616 (κζ.) Οὗτοι δὲ ἅπαντες ἕνα θυμὸν ἔχοντες ἐμοὶ πολλὰ κατεμέμφοντο. καὶ εἰ βούλει, καὶ τά γε προστιθῶ σοι, ἄτινά με καὶ ὡς στήλην ἄναυδον ἔθηκαν, μέχρις ἂν ἡ χρηστή σου λαλιὰ λιθούμενον ἀνέλυσε, καὶ ἄνθρωπον ἀπεκατέστησε. ΤΡΙΕΦ. Σίγα, ὦ Κριτία, καὶ μὴ ὑπερεκτείνῃς τοὺς ὕθλους. ὁρᾷς γὰρ ὡς ἐξώγκωταί μου ἡ νηδὺς, καὶ ὥσπερ κυοφορῶ· ἐδήχθην γὰρ τοῖς παρὰ σοῦ λόγοις, ὡς ὑπὸ κυνὸς λυττῶντος· καὶ εἰ μὴ φάρμακον ληθεδανὸν

12. ὀνούμενοι] An ὀνάμενοι? Pell.

runt, „post decem dierum ieiunia, quibus pervigiles cantibus noctes ducimus, talia somniamus." TRIEPH. Sed tu quid ad illa? magnum enim quiddam dixerunt, quodque multam quaestionem habeat. CRIT. Bono es animo: nihil ignavum dixi, sed pulcherrime equidem caussam ita peregi: „etenim vera sunt, quae urbani homines saepe de vobis dicunt, somniantibus vobis talia obrepunt." Illi vero canino rictu subridentes, „extra tamen lectulum," inquiunt, „nobis obveniunt." Tum ego, „sint vera," inquam, „ista, o sublimes animae, numquam tamen tuto quae futura sunt investigaveritis, sed vestris ipsi somniis inducti, quae neque sunt, neque futura unquam sunt, nugabimini. Nescio vero quomodo somniis fidem habentes ista deblateretis, honestissima quae sunt aversemini, malis autem delectemini, idque cum nullum ex tam detestabili facinore bonum consequamini. Omittite igitur absurda illa emotae mentis ludibria, malaque consilia ac praedictiones, ne quando Deus, eo quod pessime Patriae precamini, fallacesque vestros sermones ad ipsum refertis auctorem, in malam rem vos proiiciat." (XXVII.) Hi vero uno omnes animo multis me obiurgare, et, si vis, iam ea adiiciam, quae quasi columnam elinguem me fecere, donec salutaris illa tua allocutio iam saxea membra resolvit, hominique me restituit. TRIEPH. Quin tace, Critia, neque nugas extende amplius. Vides enim ut mihi venter intumuerit, et tanquam uterum gestem. Tuis quippe sermonibus ut a rabido cane morsus sum. Atque nisi sumta procurandae oblivioni medicina conquiescam, ipsa rei recordatio in me

ἐμπιὼν ἠρεμήσω, αὕτη ἡ μνήμη οἰκουροῦσα ἐν ἐμοὶ μέγα κακὸν ἐργάσεται. ὥστε ἔασον τούτους, τὴν εὐχὴν ἀπὸ πατρὸς ἀρξάμενος, καὶ τὴν πολυώνυμον ᾠδὴν ἐς τέλος ἐπιθείς. (κή.) Ἀλλὰ τί τοῦτο; οὐχὶ Κλεόλαος οὗτός ἐστιν, ὁ τοῖς ποσὶ μακρὰ βιβὰς, σπουδῇ δὲ ἥκει καὶ κατέρχεται; μῶν ἐπιφωνήσομεν αὐτῷ; ΚΡΙΤ. Καὶ μάλα. ΤΡΙΕΦ. Κλεόλαε, μή τι παραδράμῃς γε ποσὶ, μηδὲ παρέλθῃς, ἀλλ' ἐλθὲ χαίρων, εἴγε που μῦθον φέρεις. ΚΛΕΟΛ. Χαίρετ' ἄμφω, ὦ καλὴ ξυνωρίς. ΤΡΙΕΦ. Τίς ἡ σπουδή; ἀσθμαίνεις γὰρ ἐπιπολύ. μῶν τι καινὸν πέπρακται; P. 617

ΚΛΕΟΛ. Πέπτωκεν ὀφρῦς ἡ πάλαι βοωμένη Περσῶν·
καὶ Σοῦσα κλεινὸν ἄστυ.
πέσει δ' ἔτι γε πᾶσα χθὼν Ἀραβίας,
χειρὶ κρατοῦντος εὐσθενωτάτῳ κράτει.

(κθ'.) ΚΡΙΤ. Τοῦτ' ἐκεῖνο, ὡς
ἀεὶ τὸ θεῖον οὐκ ἀμελεῖ τῶν ἀγαθῶν,
ἀλλ' αὔξει, ἄγον ἐπὶ τὰ κρείττονα.

ἡμεῖς δὲ, ὦ Τριεφῶν, τὰ κάλλιστα εὑρηκότες ἐσμέν. ἐδυσχέραινον γὰρ ἐν τῇ ἀποβιώσει τί τοῖς τέκνοις καταλιπεῖν ἐπὶ ταῖς διαθήκαις. οἶδας γὰρ τὴν ἐμὴν πενίαν, ὡς ἐγὼ τὰ σά. τοῦτο ἀρκεῖ τοῖς παισὶν, αἱ ἡμέραι τοῦ αὐτοκράτορος· πλοῦτος γὰρ ἡμᾶς οὐκ ἐκλείψει, καὶ ἔθνος ἡμᾶς οὐ καταπτοήσει. ΤΡΙΕΦ. Κἀγὼ, ὦ Κριτία, ταῦτα καταλείπω τοῖς τέκνοις, ὡς ἴδωσι Βαβυλῶνα

21. ἐκλείψει] Restitui ex Pell. et Bas. 1. 2. ἐκλήψει male Flor. Iunt. Ald. Francof. Hag. Salm. ἐκλέψει Amst.

permanens, metuo ne magnum mihi malum conciliet. Hos igitur omitte, precationemque a patre incipiens, multisque refertum nominibus carmen ad finem superaddens. (XXVIII.) Sed quid istuc? Non iste Cleolaus est, qui magnis, adeo citatisque gressibus huc descendit? Inclamabimusne hominem, Critia? CRIT. Omnino. TRIEPH. Cleolaë, ne praetercurras pedibus nos, praetereasve: accede, salve, si quid apportas novi. CLEOL. Vos vero salvete ambo, nobile amicorum par. TRIEPH. Quaenam est ista tua festinatio, multum enim anhelas! Ecquid forte novi factum est?

CLEOL. Cecidit supercilium celebre Persicum:
Cadetque Susa mox, urbs inclyta:
Arabumque tellas tota mox cadet
Valida manu victoris atque robore.

(XXIX.) CRIT. Hoc est illud,
Nunquam bonos piosque negligit Deus,
Sed auget, ornat, in bonisque collocat.

Nos vero, Triepho, in optima incidimus tempora. Angebar enim, quid cum moriendum esset, liberis meis testamento relinquerem (nosti enim mendicitatem meam, ut ego tua). Iam vero hoc satis est liberis, vita Imperatoris: ita enim nec divitiae nobis deerunt, neque gens ulla ad terrorem nobis incutiendum valebit. TRIEPH. Et ego, Critia, haec relinquo liberis, ut

ὀλλυμένην, Αἴγυπτον δουλουμένην, τὰ τῶν Περσῶν τέκνα δούλειον ἦμαρ ἄγοντα, τὰς ἐκδρομὰς τῶν Σκυθῶν παυομένας, εἴτ' οὖν καὶ ἀνακοπτομένας. ἡμεῖς δὲ τὸν ἐν Ἀθήναις Ἄγνωστον ἐφευ-
P. 618 ρόντες, καὶ προσκυνήσαντες, χεῖρας εἰς οὐρανὸν ἐκτείναντες τούτῳ εὐχαριστήσομεν, ὡς καταξιωθέντες τοιούτου κράτους ὑπήκοοι γενέσθαι· τοὺς δὲ λοιποὺς ληρεῖν ἐάσωμεν, ἀρκεσθέντες ὑπὲρ αὐτῶν εἰπεῖν τὸ, Οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ, κατὰ τὴν παροιμίαν.

2. εἴτ'] Sic vett. εἴθ' Salm. et Amst. εἴ τ' Flor.

videant Babylona perditam, Aegyptum sub iugum redactam, Persarum gnatos servili pondere pressos, excursiones Scytharum repressas, utinam omnino praecisas. Nos vero ignotum qui est Athenis Deum a nobis inventum adorantes, manibus in caelum sublatis eidem gratias agemus cum tam excellenti potestati ut subiecti essemus, digni sumus ab ipso habiti. Reliquos autem nugari sinamus, satisque habeamus illud de iis dicere, quod est in proverbio: non est curae Hippoclidi.

LUITPRANDI LEGATIO
AD
NICEPHORUM PHOCAM
IMPERATOREM CONSTANTINOPOLITANUM
PRO OTTONIBUS AUGUSTIS
ET ADELHEIDA.*

Ottones Romanorum invictissimos Imperatores Augustos, gloriosissimamque Adelheidem Imperatricem Augustam, Luitprandus Sanctae Cremonensis Ecclesiae Episcopus semper valere, prosperari, triumphare, anhelat, desiderat, optat. Quid causae fuerit, quod prius literas sive nuncium meum non susceperitis, ratio subsequens declarabit. Pridie nonas Iunii Constantinopolim venimus, et ad contumeliam vestram turpiter suscepti, graviter, turpiterque sumus tractati; palatio quidem satis magno, et aperto, quod nec frigus arceret, sicut nec calorem repelleret, inclusi sumus: armati milites appositi sunt custodes, qui meis omnibus exitium [1]), caeteris prohiberent ingressum. Domus B ipsa solis nobis inclusis pervia a palatio adeo sequestrata, ut eo nobis non equitantibus, sed ambulantibus anhelitus truncaretur. Accessit ad calamitatem nostram, quod Graecorum vinum ob picis taede gypsi commixtionem nobis impotabile fuit. Domus ipsa erat inaquosa, nec sitim saltem aqua extinguere quivimus, quam data pecunia emeremus. Huic magno vae, vae aliud appositum est, homo Sciliorum [2]) custos, qui quotidianos sumptus praeberet; cui similem si requiras, non terra, sed infernus for- p. 479 Col. 1.

* Luitprandi Legationem edidimus ex Muratorii Script. Rer. Ital. Tom. II., sed aliquanto emendatiorem, adhibita huius libelli editione principe, quae Henrici Canisii cura Ingolstadii 1600. 4. prodiit. Numeri marginibus appositi indicant paginas editionis Muratorii. 1) Fort. *exitum. Muratorius.* 2) Alias *Siciliorum. Canisius.*

san dabit: is enim quidquid calamitatis, quidquid rapinae, quid-
quid dispendii, quidquid luctus, quidquid miseriae excogitare
C potuit, quasi torrens inundans, in nos effudit. Nec in centum
viginti diebus una saltem praeteriit, quae non gemitus nobis
praeberet, et luctus. Pridie nonas Iunii, ut superius scripsimus,
Constantinopolim ante portam Caream [3]) venimus, et usque ad
undecimam horam cum equis, non modica pluvia, expectavi-
mus. Undecima vero hora non ratus Nicephorus nos dignos esse,
tam ornatos vestra misericordia equitare, venire iussit, et usque
in praefatam domum marmoream, invisam, inaquosam, patu-
lam sumus deducti. Octavo autem, id est [4]) Sabbato primo
dierum Pentecostes ante fratris eius Leonis Coroplati [5]), et Lo-
gothetae praesentiam sum deductus, ubi de Imperiali vestro no-
D mine magna sumus contentione fatigati. Ipse enim vos, non
Imperatorem, id est *βασιλέα* sua lingua, sed ob indignationem
ῥῆγα, id est *Regem* nostra vocabat. Cui cum dicerem, quod
significatur idem esse, quamvis quod significat diversum; me,
ait, non pacis, sed contentionis causa venisse, sicque iratus sur-
gens, vestras literas, vere indignans, non per se, sed per in-
terpretem suscepit, homo ipse ad personam satis procerus, falso
Col. 2. humilis: cui si innisus homo fuerit, manum eius perforabit.
Septimo autem id est [6]) ipso videlicet Sancto die Pentecostes in
domo, quae dicitur *Στεφάνα*, id est *Coronaria* ante Nicepho-
rum sum deductus, hominem satis monstruosum, pygmaeum,
capite pinguem, atque oculorum parvitate talpinum, barba curta,
lata, spissa, et semicana foedatum, cervice digitali turpatum,
prolixitate, et densitate comarum satis Iopam [7]), colore Aethio-
pem, cui per mediam nolis occurrere noctem: ventre extensum,
natibus siccum, coxis ad mensuram ipsam brevem longissimum,
cruribus parvum, calcaneis, pedibusque aequalem, villino [8]),
sed nimis veternoso, vel diuturnitate ipsa foetido, et pallido orna-
B mento indutum, Sicyoniis calceamentis calceatum, lingua procacem,
ingenio vulpem, periurio, seu mendacio Ulyssem. Semper mihi
domini mei Imperatores Augusti, formosi quanto hinc formosio-
res visi estis? semper ornati, quanto hinc ornatiores? sem-

3) Fort. *Auream. Can.* 4) Fort. *Idus. Mur.* 5) *Curopala-
tae. Mur.* 6) *Idus. Mur.* 7) Alias *hirtum. Can.* 8) Alias
byssino. Can.

per potentes, quanto hinc potentiores, semper mites, quanto hinc mitiores? semper virtutibus pleni, quanto hinc pleniores? sedebant ad sinistram, non in eadem linea, sed longe deorsum duo parvuli Imperatores, eius quondam domini, nunc subiecti, cuius narrationis initium hoc fuit: Debueramus, immo volueramus te benigne, magnificeque suscipere, sed domini tui impietas non permittit, qui tam inimica invasione Romam sibi vindicavit, Berengario, et Adelberto contra ius fasque vitam C abstulit, Romanorum alios gladio, alios suspendio interemit, oculis alios privavit, exilio alios relegavit, et Imperii nostri insuper civitates homicidio, aut incendio sibi subdere tentavit: et quia affectus eius pravus effectum habere non potuit, nunc te malitiae huius suggestorem atque impulsorem, simulata pace, quasi ἄσκοπον [9]), id est exploratorem ad nos direxit. Cui inquam ego: Romanam civitatem Dominus meus non vi, aut tyrannice invasit, sed a tyranni, immo tyrannorum iugo liberavit. Nonne effoeminati dominabantur eius? et quod gravius, sive turpius, nonne meretrices? Dormiebat, ut puto, tunc potestas D tua, immo decessorum tuorum, qui nomine solo, non autem re ipsa Imperatores Romanorum vocantur. Si potentes, si Imperatores Romanorum erant, cur Romam in meretricum potestate sinebant? Nonne Sanctissimorum Paparum alii sunt relegati, alii a te afflicti, ut neque quotidianos sumptus, nec eleemosynam habere quirent? nonne Adelbertus contumeliosas literas Romano, et Constantino decessoribus tuis Imperatoribus, misit: nonne P. 480 Col. 1. Sanctissimorum Apostolorum Ecclesias rapinis expoliavit: quis ex vobis Imperatoribus zelo Dei ductus tam indignum facinus vindicare, et Sanctam Ecclesiam in statum proprium reformare curavit? neglexistis vos, non neglexit Dominus meus, qui a finibus terrae surgens, Romamque veniens impios abstulit, et Sanctorum Apostolorum Vicariis potestatem et honorem omnem contradidit. Postmodum vero insurgentes contra se, et Dominum Apostolicum, quasi iurisiurandi violatores sacrilegos, Dominorum suorum Apostolicorum tortores, raptores, secundum decreta Imperatorum Romanorum Iustiniani, Valentiniani, Theodo- B sii, et caeterorum cecidit, iugulavit, suspendit, et exilio relegavit: quae si non faceret, impius, iniustus, crudelis, tyrannus

9) Fort. κατάσκοπον. *Can.*

esset. Palam est, quod Berengarius, et Adelbertus sui milites effecti, Regnum Italicum sceptro aureo ex eius manu susceperunt, et praesentibus servis tuis, qui nunc usque supersunt, et hac in civitate degunt, iureiurando fidem promiserunt. Et quia, suggerente Diabolo, hanc perfide violarunt, iuste illos quasi desertores, sibique rebelles, Regno privavit: quod ita subditis tibi et postmodum rebellibus faceres. Sed non, ait, Adelberti hoc profitetur miles. Cui inquam: si secus dixerit, meorum aliquis militum, si iubes, cras ita rem esse duello declarabit. Esto, C inquit, fecerit haec, ut ais, iuste. Nunc cur Imperii nostri terminos [10]) bello incendioque aggressus sit, expedi. Amici eramus societatemque indissolubilem, nuptiis interpositis, facere cogitabamus. Terram inquam, quam Imperii tui esse narras, gens, incola, et lingua, Italici Regni esse declarat. Tenueruntque illam potestative Longobardi; quam et Ludovicus Longobardorum, seu Francorum Imperator, de manu Saracenorum, multitudine prostrata, liberavit. Sed et Landulphus Beneventanorum, et Capuanorum Princeps septennio potestative eam sibi subiugavit. Nec a servitutis eius, seu successorum suorum iugo, D usque ad praesens exiret, si non immensa data pecunia, Romanus Imperator nostri Regis Hugonis amicitiam emeret. Et haec causa fuit, quod nepoti suo, et aequivoco Regis nostri, eiusdem Hugonis spuriam coniugio copulavit. Et ut considero, Domino meo non gratiam, sed impotentiam adscribis, quod post Italiae, seu Romae acquisitionem, tot annis eam tibi dimiserit. Societatem vero amicitiae, quam te parentela voluisse facere dicis, fraudem nos dolumque tenemus: pausanas [11]) exigis, quas nec te exigere neque nos concedere ratio ipsa compellit. Verum ut fallacia exculpatur, veritas non reticeatur, misit me Dominus meus ad te, ut, si filiam Romani Imperatoris, et Theophanae [12]) Imperatricis, Domino meo, filio suo Ottoni Imperatori Augusto in E coniugium tradere volueris, iuramento mihi affirmes, et ego pro gratiarum recompensatione haec, et haec Dominum meum tibi facturum et observaturum, iureiurando affirmabo. [13]) Sed et optimam [14]) amicitiae arabonam fraternitati tuae nunc Domi-

10) Alias *terram. Can.* 11) Al. *inducias. Can.* 12) Alii vocant *Theophaniam. Can.* 13) Hic deest aliquid. *Can.* 14) Al. *optimum arrhaboncm. Mur.*

nus meus contulit, cum Apuliam omnem potestati subditam, non meo interventu, cuius hoc suggestione malum factum esse dicis. Cuius rei tot sunt testes, quot sunt totius Apuliae habi- Col. 2
tatores. Secunda, inquit Nicephorus, hora iam transiit: προέλευσις, id est processio nobis est celebranda. Quod nunc instat, agamus. Contra haec, cum opportunum fuerit, respondebimus. Non pigeat me προέλευσιν ipsam describere, et dominos meos audire. Negotiatorum multitudo copiosa, ignobiliumque personarum, ea solemnitate, collecta, ad susceptionem, et laudem Nicephori, a palatio usque ad Sanctam Sophiam, quasi pro muris viae margines tenuit, clypeolis tenuibus satis, et spiculis vilibus dedecorata. Accessit et ad dedecoris huius augmentum, quod vulgi ipsius potior pars, ad laudem ipsius, nudis processerat pedibus. Credo sic eos putasse sanctam ipsam B
potius exornare προέλευσιν. Sed et Optimates sui, qui cum ipso per plebeiam, et discalceatam multitudinem ipsam transierunt, magnis et nimia vetustate rimatis tunicis erant induti. Satis decentius quotidiana veste induti procederent. Nullus est, cuius atavus hanc novam haberet. Nemo ibi auro, nemo gemmis ornatus erat, nisi ipse solus Nicephorus, quem Imperialia ornamenta ad maiorum personas sumpta, et composita, foediorem reddiderant. Per salutem vestram, quae mihi mea charior extat, una vestrorum pretiosa vestis procerum, centum horum, et eo amplius pretiosior est. Ductus ergo ad προέλευσιν ipsam in eminentiori loco, iuxta psaltas, id est cantores, sum consti- C
tutus. Cumque quasi reptans monstrum illud procederet, clamabant adulatores psaltae: Ecce venit stella matutina, surgit Eous, reverberat obtutu solis radios: pallida Saracenorum mors, Nicephorus μέδων, id est Princeps. Unde et cantabatur: μέδοντι, id est Principi Nicephoro, πολλὰ ἔτη [15]), id est plures anni sint. Gentes hunc adorate, hunc colite, huic tanto colla subdite. Quanto tunc verius canerent: Carbo extincte veni μέλλε, anus incessu, silvanus vultu, rustice, lustrivage, capripes, cornute, bimembris, setiger, indocilis, agrestis, barbare, dure, villose, rebellis, Cappadox. Igitur falsidicis illis inflatus naeniis Sanctam

15) Codinus Curopal. lib. De off. aulae Constantinop. *Ἅμα οὖν τῷ τὸν βασιλέα φανῆναι, οἱ ψάλται ἀντίκα ψάλλουσι τὸ πολυχρόνιον: Simulatque apparet Imperator, cantores statim canunt: Ad multos annos. Can.*

Sophiam ingreditur, dominis suis Imperatoribus se a longe sequentibus, et in pacis osculo ad terram usque adorantibus. Ar-
D miger huius sagitta calamo immissa Aeram [17]) in Ecclesia ponit, quae prosequitur, quo nimirum tempore imperare coeperit, et sic Aeram, qui id non viderunt, intelligunt. Hac eadem die convivam me sibi esse iussit. Non ratus autem me dignum esse cuipiam suorum praeponi Procerum, quintus decimus ab eo absque gausape sedi; meorum nemo comitum non dico solum mensae non assedit, sed neque domum, in qua conviva eram, vidit. Qua in coena temporis satis, et obscoena, ebriorum more, oleo delibuta, alioque quodam deterrimo piscium liquore aspersa, multa super potentia vestra, multa super Regnis et militibus
E me rogavit. Cui cum consequenter et vere responderem: mentiris, ait: domini tui milites equitandi ignari, pedestris pugnae sunt inscii, scutorum magnitudo, loricarum gravitudo, ensium longitudo, galearumque pondus neutra parte eos pugnare sinit, ac subridens, impedit, inquit, eos et gastrimargia, hoc est ventris ingluvies, quorum Deus venter est, quorum audacia, cra-
P. 481 Col. 1 pula; fortitudo, ebrietas; ieiunium, dissolutio; pavor, sobrietas. Nec est in mari domino tuo classium numerus. Navigantium fortitudo mihi soli inest, qui eum classibus aggrediar bello maritimas eius civitates demoliar, et quae fluminibus sunt vicina, redigam in favillam. Quis, cedo, mihi etiam in terra copiarum paucitate resistere poterit? filius non affuit: uxor non defuit; Saxones, Suevi, Baioarii, Italici omnes cum eo affuerunt; et cum civitatulam unam sibi resistentem capere nescirent, immo nequirent, quomodo mihi resistent venienti? quem tot copiae prosequuntur, *Gargara quot segetes, quot habet Methymna racemos, Quot Coelum Stellas, quot Mare in flatibus undas.* Cui cum respondere, et Apologeticum dignum inflatione hac
B evomere vellem non permisit; sed adiecit quasi ad contumeliam: vos [17]) non Romani, sed Longobardi estis. Cui adhuc dicere volenti, et manu ut tacerem innuenti, commotus inquam: Romulum fratricidam, ex quo et Romani dicti sunt, porniogeni-

16) Al. *Aram. Can.* 17) *Ex Niceta Choniate, Curopalata, et aliis notum est, Graecos nomen Romanorum sibi proprium fecisse. Hinc factum, ut Graecorum hostibus nomen Romanorum tam hostile fuerit; quippe cum Graeci se solos Romanos, reliquos vero Latinos vocarent. Can.*

tum, hoc est ex adulterio natum chronographia innotuit; asylumque sibi fecisse, in quo alieni aeris debitores, fugitivos, servos, homicidas, ac pro reatibus suis morte dignos suscepit, multitudinemque quamdam talium sibi adscivit, quos Romanos appellavit: ex qua nobilitate propagati sunt ipsi, quos vos Kosmocratores, id est Imperatores appellatis, quos nos, Longobardi scilicet, Saxones, Franci, Lotharingi, Baioarii, Suevi, Burgun- C diones tanto dedignamur, ut inimicos nostros commoti, nil aliud contumeliarum, nisi, Romane, dicamus: hoc solo id est Romanorum nomine, quidquid ignobilitatis, quidquid timiditatis, quidquid avaritiae, quidquid luxuriae, quidquid mendacii, immo quidquid vitiorum est, comprehendentes. Imbelles vero nos, et equitandi inscios quia dicis si Christianorum peccata promerentur, ut in hac austeritate perdures, quales vos estis, quamvo pugnaces nos simus, bella proxima demonstrabunt. Talibus Nicephorus exacerbatus dictis, manu silentium indixit, mensamque sine latitudine longam auferri, meque in invisam domum, seu ut verius fatear, carcerem reverti praecepit. Ubi post biduum cum indignatione, tum aestu, et siti, magno sum languore af- D fectus, sed et asseclarum meorum nemo extitit, qui non eodem ebriatus poculo, diem sibi ultimum imminere formidaret. Cur quaeso non aegrotarent, quibus erat potus pro optimo vino salsugo; pro culcitra, non foenum, non stramen, non saltem terra, sed durum marmor, pro cervicali lapis? quibus patula domus, non calorem, non imbrem, non frigus arcebat. Ipsa si vellet salus his circumfusa, ut vulgo loquimur, eos salvare non posset. Proprio ergo, atque meorum debilitatus angore, convocato ad me custode, immo persecutore meo, non precibus solum, sed pretio obtinui, ut epistolam meam hunc modum con- E tinentem Nicephori fratri deferret. Leoni Coroplati, et Logothetae τοῦ δρόμου Luitprandus Episcopus. Si Imperator Serenissimus petitionem, ob quam veni, perficere cogitat, non fatigant me, quas hic sustineo, passiones: literis solummodo meis et nuncio, ut instruatur Dominus meus, me hic moram ab re non facere. Quod si secus res sese habet, navis et hic Veneticorum, onerariaque proficisci festinat, hanc me aegrotum ingredi sinat, ut si dissolutionis meae tempus advenerit, cadaver Col. meum genitale saltem solum suscipiat. Quas cum legisset, se

post quatriduum me iussit adire. Sederunt cum eo ad disceptationem vestram, secundum eorum traditionem, sapientissimi viri, Attico pollentes eloquio, Basilius Parakimomenos, [18]) Proto a secretis, Protovestiarius, et duo magistri, quorum hoc fuit narrationis initium: quid causae sit, quare te huc fatigasti, frater, edissere. Quibus cum parentelae gratia, quae esset occasio infinitae pacis, edicerem, inquiunt: inaudita res est, ut Porphyrogeniti, Porphyrogenita, hoc est, in purpura nati filia, in purpura nata, gentibus misceatur; verum quia tam excellentem
B rem petitis, si datis quod decet, accipietis quod libet; Ravennam scilicet, et Romam cum his omnibus continuatis, quae ab his sunt usque ad nos. Si vero amicitiam absque parentela desideratis, Romam liberam esse Dominus tuus permittat: Principes autem, Capuanum scilicet, et Beneventanum Sancti nostri Imperii olim servos, nunc rebelles, servituti pristinae tradat. Quibus, Dominum meum, inquam, potentiores habere Schlavos Petro Bulgarorum Rege, qui Christophori Imperatoris filiam in coniugium duxit etiam ipsi non ignoratis. Sed Christophorus, aiunt, non Porphyrogenitus fuit. Roma vero, inquam, quam vos liberam esse velle perstrepitis cui servit? cui tributa persolvit?
C Nonne prius meretricibus serviebat? et vobis dormientibus, immo non valentibus, Dominus meus Imperator Augustus a tam turpi servitute liberavit? Constantinus Imperator Augustus, qui hanc ex suo nomine condidit civitatem, Sanctae Apostolicae Romanae Ecclesiae, ut erat Kosmocrator, multa donaria contulit non in Italia solum, sed in omnibus pene Occidentalibus Regnis, nec non de Orientalibus atque Meridianis, Graecia scilicet, Iudea, Perside, Mesopotamia, Babylonia, Aegypto, Libya, ut ipsius testantur privilegia, quae penes nos sunt. Sane quidquid in Italia, sed in Saxonia, Baioaria, omnibus Domini mei Regnis
D est, quod ad Apostolorum Beatorum Ecclesiam respicit, Sanctissimorum Apostolorum Vicario contulit. Et si est, ut Dominus meus ex his omnibus civitates, villas, milites, aut familiam obtineat, Deum negavi. Cur Imperator vero non itidem facit, ut ea, quae suis insunt Regnis, Apostolorum Ecclesiae reddat, et per laborem, atque munificentiam Domini mei ditem,

18. Id est *Cubicularius. Can.*

et liberam, ditiorem ipse, ac liberiorem reddat? Sed hoc, ait Basilius Parakimomenos, faciet, cum ad nutum suum Roma, et Romana Ecclesia ordinabitur. Tum, homo, inquam, quidam, multam ab alio passus iniuriam, his Deum aggressus est verbis: Domine, vindica me de adversario meo. Cui Dominus, faciam, inquit, in die cum reddam unicuique secundum opera sua. At illa, Quam tarde, infit. Tunc omnes, praeter fratrem, cachinno E commoti discrepationem dimiserunt, meque in invisam domum reduci praeceperunt, magnaque custodiri cautela usque in Sanctorum Apostolorum religiosis cunctis celebrem diem. Qua celebritate me satis aegrotum, nec non et Bulgarorum nuncios, qui pridie venerant, ad Sanctos Apostolos sibi obviare praecepit. Cumque post naeniarum garrulitatem, et Missarum celebrationem, ad mensam invitaremur, in citeriori mensae margine, quae erat sine latitudine longa, Bulgarorum nuncium, Ungarico more P. 482 tonsum, aenea catena cinctum, et ut mens mihi suggerit, cate- Col. 1 chumenum, mihi praeponit; ad vestram plane, Domini mei Augusti, contumeliam. In vobis contemptus, in vobis spretus, in vobis abiectus. Sed gratias ago Domino Iesu Christo, cui vos servitis omni spiritu vestro, quod habitus sum pro nomine vestro dignus contumelias pati. Verum, Domini mei, meam non considerans, sed vestram iniuriam, mensam reliqui. Quumque indignans abire vellem, Leo Coroplates, Imperatoris frater, et Proto a secretis Simeon, pone me sequuntur, haec latrantes: Cum Christophori filiam Petrus Bulgarorum Vasileus coniugem duceret, Symphona, id est consonantia scripto iuramento firmata sunt, ut omnium gentium apostolis, id est nunciis, penes nos B Bulgarorum apostoli praeponantur, honorentur, diligantur. Bulgarorum ille apostolus, quamquam, ut dicis, et verum est, tonsus, illotus, et catena aenea cinctus sit: Patricius tamen est, cui Episcopum praeponere, Francorum praesertim, nefas decernimus, iudicamus. Et quoniam te id indigne ferre cognoscimus, non te nunc, ut putas, ad hospitium redire sinimus, sed in diversorio quodam cum Imperatoriis servis cibum gustare compellimus. Quibus ob incomparabilem cordis dolorem nil respondi, sed quae iusserant, feci; indignum iudicans mensam [19]), qua non

19. *indignam iudicans causam. Can.*

C dico mihi, id est Luitprando Episcopo, sed Bulgarorum nuncius vestro praeponitur nuncio. Sed lenivit dolorem meum Imperator Sanctus munere magno, mittens mihi ex delicatissimis cibis suis, hoedum pinguem, ex quo ipse comederat, allio, cepe, porris laute suffarcinatum, garo delibutum; quem vestrae tunc mensae inesse optavi, ut qui delicias Sancti Imperatoris faustas esse non creditis, saltem his perspectis crederetis. Transactis ergo octo diebus, cum Bulgari iam abessent, putans me mensam magnifacere suam, in eodem loco me satis aegrotum secum convivare coëgit. Affuit cum pluribus Episcopis et Patriarcha: quibus praesentibus, plures mihi quaestiones de scripturis sacris
D proposuit, quas cum Spiritu Sancto afflante eleganter exposui, novissime autem ut de vobis ludum haberet, quas Synodos haberemus, rogavit. Cui cum Nicaenam, Chalcedonensem, Ephesinam, Antiochenam, Carthaginensem, Ancyranam, Constantinopolitanam edicerem; Ha ha he, ait, Saxonicam dicere es oblitus: quam si rogas, cur nostri codices non habent, rudem esse, et ad nos nec dum venire posse respondeo. Cui inquam: in quo membro regnat infirmitas, illud est cauterio exurendum: haereses omnes a vobis emanarunt, penes vos viguerunt: a nobis, id est Occidentalibus hic sunt iugulatae, hic sunt occisae. Romanam, sive Papiensem Synodum, quamquam essent saepe, his non connumeramus. Roma-
E nus enim Clericus, postmodum universalis Papa Gregorius, quia a vobis appellatus est Dialogus, Eutychium Constantinopolitanum Patriarcham haereticum ab eiusmodi haeresi liberavit. Aiebat idem Eutychius, nec solum aiebat, sed etiam docebat, clamabat, scriptitabat, nos in resurrectione non veram, quam hic habemus, sed phantasticam quamdam carnem assumpturos: cuius erroris liber a Gregorio orthodoxe est combustus. Sed Evodius, Papiensis Episcopus, propter aliam quamdam haeresim,
Col. 2 huc, id est Constantinopolim, a Romano est Patriarcha directus; quam compressam, in Catholicam atque Orthodoxam reformavit. Saxonum genus, ex quo Sanctum Lavacrum et Dei accepit notitiam, nulla est haeresi maculatum, ut ibi Synodus fieret, ·a errorem, cum nullus esset, corrigeret. Rudem quia dicis ·onibus esse fidem, id ipsum et ego affirmo: semper enim d eos Christi fides rudis est, et non vetus, ubi fidem opera ·untur. Hic fides non rudis, sed vetus est, ubi fidem opera

non committantur, sed quasi prae vetustate, ut vestis contempta contemnitur. Sed hanc Synodum factam esse in Saxonia certo scio, in qua tractatum est et firmatum, decentius ensibus pugnare, quam calamis; et prius mortem obire, quam hostibus B terga dare: quod vel tuus exercitus experitur, in corde meo dixi, et quam sint pugnaces re ipsa experiatur. Verum hac eadem die post meridiem, adeo impotentem et transfiguratum me revertenti ad palatium sibi praecepit occurrere, ut obviantes mihi, quae prius in stuporem mentis mulieres versae, Mana, mana [20]), clamabant, miseriam meam pugnis pectora tunsae dicerent ταπεινὲ καὶ ταλαίπωρε, cui, Nicephoro scilicet venienti, et vobis absentibus, quid tunc manibus in caelum erectis optaverim, proveniant utinam. Sed mihi velim credatis, ad risum me non parum illexit. Impatienti enim atque effraeni insidens equo, satis parvus, satis magno, puppam ipsum mens sibi depinxit mea, quam Schlavi C vestri equino colligantes pullo matrem praecedentem sequi effraenate dimittunt. His expletis ad concives et cohabitatores meos, quinque leones, in praenominatam invisam domum sum deductus; ubi post hebdomadarum spatium trium, nullius, nisi meorum sum colloquio visitatus. Qua ex re Nicephorum numquam me velle dimittere mens sibi depinxit mea, ac tristitia immodica languorem languori adeo superimposuit, ut vita excederem, nisi mihi hanc Dei Genitrix a Creatore et Filio suo precibus obtineret; quemadmodum non fantastica, sed vera est mihi visione monstratum. His ergo tribus hebdomadibus habuit Nicephorus extra Constantinopolim metastasin, id est stationem, D in loco qui dicitur εἰς πηγὰς, id est ad fontes, eodemque me venire praecepit. Et cum tamen languidus essem, ut non solum statio, sed ipsa etiam sessio gravis mihi morae videretur, discooperto capite, quod malae valetudini meae nimis contrarium erat, ante se me stare coëgit; cui et ait: Domini tui Regis Ottonis nuncii, qui praeterito te praecesserunt anno, iuramento mihi promiserunt, et iurisiurandi literae inpraesentiarum sunt, numquam illum in aliquo nostrum scandalizare Imperium. Vis maius scandalum, quam quod se Imperatorem vocat, Imperii nostri the-

20) Id est *Mater, mater. Mur.*

mata sibi usurpat? utraque non sunt ferenda; etsi utraque importabilia, istud est non ferendum, immo nec audiendum, quod se Imperatorem nominat. Sed si confirmas eadem, quae ipsi fecerunt, fortunatum te atque locupletem Imperii nostri Maiestas cito dimittet. Id autem eo non dixit, ut vos, si mea hoc stultitia faceret, conservatos sperarem [21]), sed voluit habere prae manibus quod in laudem suam et contumeliam nostram ostenderet futuris temporibus. Cui inquam: nuper Sanctissimus Dominus meus, ut est Sapientissimus et Spiritu Dei plenus, haec
P. 483 praenoscens, quae asseris, ne terminos, quos constituit mihi,
Col. 1 transcenderem ἐντολήν, id est praeceptum, conscripsit, quod et sigillo signavit suo, ne secus facerem. Scis Domine mi Auguste, qua id fiducia dixerim? ἐντολήν istud in medium proferatur, et quidquid iusserit, iuramento a me tibi firmetur. Sed praeteriti nuncii, praeter iussionem Domini mei promiserunt, iuraverunt, conscripserunt, ita est, ut Plato ait: Causa penes optantem, Deus extra culpam. His expletis ventum est ad nobilissimos Principes, Capuanum et Beneventanum, quos ipse servos nominat, et ob quos intestinus ipsum agitat dolor. Servos, inquit, meos Dominus tuus in tutelam recipit suam, quos
B si non dimiserit, et in pristinam servitutem redegerit, nostra amicitia carebit; ipsi in Imperium nostrum ut recipiantur, flagitant; sed recusat eos nostrum Imperium, ut cognoscant et experiantur, quam periculosum sit servos a Dominis declinasse, servitutem effugere. Et est decentius Domino tuo, ut mihi eos tradat amicus, quam mihi dimittat invitus. Experientur plane, vita comite, quid sit herum fallere, quid sit servitutem deserere, et, ut puto, sentiunt nunc quod dico, operantibus hoc nostris, qui sunt ultra mare, militibus. Quibus respondere me non permisit, sed abire cupientem, ad mensam suam redire praecepit. Cui pater assedit, homo, ut mihi videbatur, natus centum quinqua-
C ginta annis. Cui itidem ut filio, Graeci in laudibus, immo inventis suis, Deus annos ut multiplicet conclamant. Qua in re, quam sint Graeci stulti, quamve huius gloriae amatores, quamve adulatores, quam cupidi, hinc colligere possumus: optant soli non sola, sed silicernio, quod naturam ipsam non pati cer-

21) Fort. *servaturos speraret. Mur.*

to sciunt. gaudet et silicernium ea sibi optari, quae nec Deum facere, nec tibi [22]) prodesse, sed obesse, etiam si faceret, novit. Quod quaeso Nicephorum gaudere pacis ..... illum, et phosphorum clamabant. Impotentem, virilem; stultum, sapientem; brevem, magnum; nigrum, album; peccatorem, sanctum dicere, mihi credite, non laus, sed contumelia est. Et qui aliena magis gaudet sibi acclamari, quam propria, avibus omnino est D similis, quarum intuitum nox illuminat, dies coecat. Sed redeamus ad rem. Hac in coena, quod prius non fecerat, voce latina [23]) Beati Ioannis Chrysostomi homiliam in Apostolorum Actibus legere iussit. Post cuius lectionis terminum, cum ad vos redeundi licentiam quaererem, capite se ita facturum innuens, recipi me ad concives et cohabitatores meos leones, persecutori meo indixit. Quod cum fieret, non sum ab eo visus usque in tertium decimum Kalend. Augusti; sed diligenter custoditus, ne cuiuspiam fruerer sermone, qui suos mihi actus indicaret. Interea Grimizonem Adelberti nuncium se adire iussit, quem cum navali suo exercitu redire praecepit. Fuerunt chelandia viginti E quatuor, Russorum naves duae, Gallicae duae; si plus miserit, quas non viderim, nescio. Vestrorum, Domini mei Imperatores Augusti, militum fortitudo non eget, ut adversariorum impotentia animetur. Quod in his saepe expertum est gentibus, quarum etiam ultimi, et caeterorum comparatione, impotentes Graecam fortitudinem straverunt, tributariam fecerunt. Sicut enim vos non terrerem, si fortissimos illos et Alexandro Macedoni Col. 2 similes praedicarem; sic et vos instigo, cum impotentiam eorum, quae vera est, narro. Mihi credatis velim, et credetis scio, omnem ipsum exercitum, quadringentis [24]) vestris, si fossa murive non impediant, posse occidere [25]), cui exercitui, ut puto, ad contumeliam vestram, hominem quamdam, sed quamdam eo dixi, quia mas esse desiit, mulier fieri nequit, praeposuit. Adelbertus octo millia loricatorum se habere Nicephoro mandavit, quibus cum Argivo adminiculante exercitu vos fugare, aut sternere dicit; rogavitque aemulum vestrum ut pecunia illi mitteretur, quia illos avidius ad pugnam instigaret. Sed nunc, domini mei, acci- B

22) Fort. *sibi. Mur.* 23) Alias *vosceIatus*, ex quo corrigo *voce elata. Can.* 24) Fort. *a quadringentis vestris. Mur.* 25) *occidi. Mur.*

pite insidias Danaum, et crimine ab uno discite omnes: Nicephorus mancipio illi, cui collectitium atque conductitium commendavit exercitum, pecuniam satis magnam hac ratione dedit, ut, si Adelbertus cum septem millibus loricatorum, et eo amplius, sicut mandavit, se adierit, tunc donativum eis illud distribuat. Cona frater suus cum ipso et Argolico exercitu vos impugnet, Adelbertus vero Bareis diligenter custodiatur, donec potitus victoria frater redeat. Quod si veniens tot hominum millia non duxerit, ut capiatur, vinciatur, vobisque eo venientibus tradatur; insuper et pecunia, quae ei debebatur, vestras in ma-
C nus conferatur, edixit. O bellatorem, o fidelem! prodere cupit, cui [26]) defensorem parat; defensorem parat, quem perdere cupit: in neutro fides, in utroque infidelitas: fecit, quo non eguit; eguit, quod non fecerat. Sed esto, fecerit, ut Graecos decuit, nos ad propositum redeamus. Quarto decimo Kalendas Augusti collectitium ipsum navalem exercitum, me ab invisa domo spectante, dimisit. Decimo tertio autem, quo die leves Graeci raptionem Eliae Prophetae ad caelos ludis scenicis celebrant, me se adire praecepit; cui et ait: Imperium nostrum copias in Assyrios ducere cogitat non super Christicolas, quemadmodum dominus tuus: praeterito quippe anno idipsum facere volui, sed audito, quod dominus tuus Imperii nostri terram invadere vellet, dimis-
D sis Assyriis, illum versus habenas retorsimus: obviavitque nobis in Macedonia Dominicus Venedicus nuncius suus, qui multo labore et sudore nos, ut reverteremur, delusit, iureiurando nobis affirmans, numquam dominum tuum esse id cogitaturum nedum facturum; revertere ergo (quod cum audissem tacitus Deo gratias dixi) et haec, atque haec tuo domino nunciato: si me compotem fecerit, ipse redito. Cui iubeat, inquam Sanctissimum Imperatorem [27]) tuum me in Italiam cito advolare, certa ratione, quod dominus meus, quae vult Imperium tuum, compleat, et laetus ego ad te redeam. Quod qua mente dixerim,
E nec ipsum, proh dolor, latuit. Nam subridens, simul capite innuit, meque contra tenus se adorantem, atque abeuntem extra, foris manere, atque ad coenam allio et cepa bene olentem, oleo et garo sordidam venire praecepit, magnisque die illa effeci

26) Alias *qui*. *Can*. 27) Fort. *imperium*. *Mur*.

precibus, ut munus meum, quod saepe aspernatus erat, digna-
retur accipere. Residentibus itaque nobis ad mensam sine lati-
tudine longam pallingi [28]) latitudine rectam, longitudine se-
minudam, ex Francis, quo nomine tam Latinos, quam Teu- P. 484
tones comprehendit, ludum habuit: rogavitque me, ut quo in Col. 1
loco Episcopatus mei civitas esset, quove nomine frueretur,
edicerem. Cui Cremona, inquam, Eridano fluviorum Italiae
Regi satis vicina; et quia Imperium tuum chelandia eo mittere
properat, prosit mihi te vidisse, prosit agnovisse, da pacem loco,
ut per te saltem possit subsistere, qui tibi non potest resistere. Sed
vafer ille haec εἰρωνικῶς me dixisse cognovit, submissoque vultu se
ita facturum promisit, iuravitque mihi per Sancti sui virtutem Im-
perii, nil me mali passurum, sed prospere suis cum chelandiis
usque in Anconitanum portum cito perventurum; et mihi id tunso
digitis pectore iuravit. Verum quam impie peieraverit, animad- B
vertite. Haec acta, haec dicta sunt decimo tertio Kalendas Au-
gusti, secunda feria, quo ex die usque in nonum stipendiorum
nihil ab eo recepi, cum tanta esset Constantinopoli fames, ut
viginti quinque asseclas meos, et quatuor custodes Graecos tri-
bus aureis una coena nequirem reficere. Quarta feria ipsius hebdo-
madae Nicephorus Constantinopolim egreditur, in Assyrios pro-
fecturus. Quinta feria frater suus me accersivit, quem ita con-
venit. Sancto Imperatore praemisso, domi hodie dispositionis
eiusdem causa substiti; nunc si te Sanctum Imperatorem vi-
sendi desiderium obtinet, et si quidquam, quod nec dum prodi-
deris habes, edissere. Cui inquam: Nec Sanctum Imperatorem vi- C
dendi, nec rei novae narrandae habeo causam, unum hoc peto,
secundum Sancti Imperii promissionem, ut chelandiis in Anco-
nitanum portum usque deducar. Quo audito (ut sunt Graeci
per caput alterius semper iurare parati) per Imperatorium caput,
per vitam propriam, per liberos, quos Deus ita, ut verum dixit,
conservet, se id completurum iurare coepit. Cui cum quando?
dicerem; mox discedente, inquit, Imperatore: Delongaris enim,
sub cuius manu navium est omnis potestas, recedente Sancto
Imperatore, curam tui aget. Hac spe ludificatus, laetus ab eo
recessi. Post sequentem vero diem, sabbato scilicet, in Umbriam, D

28) Alias *palii* vel *palmi*. *Can.*

qui est locus decem et octo milliaribus Constantinopoli distans, Nicephorus me accersiri iubet, cui et ait: Putabam te quidem virum magnum et honestum ea gratia huc venisse, ut completa omnimodo voluntate mea perpetuam inter me et dominum tuum constitueres amicitiam. Et quoniam ob cordis tui duritiem id facere nolis, unum saltem, quod facere iusta ratione possis, efficito; scilicet dominum tuum Principibus Capuano et Beneventano, servis meis, quos oppugnare dispono, nullum consilium collaturum. Sua qui non largitur, nostra saltem dimittat. Nova res est, quod eorum patres et avi nostro Imperio tributa dederunt; at id istos brevi tempore facturos Imperii nostri ex-
E ercitus laborabit. Cui inquam: Principes isti apprime nobiles et domini mei sunt milites; qui si senserint exercitum tuum super eos irruere, eis copias mittet, quibuscum tuos conterere, et duo illa themata, quae ultra mare habes, tibi praevalebunt auferre. Tunc bufonis in modum tumefactus, et commotus, Discede, inquit. Per me, per qui me talem genuere parentes, faciam, ut aliud dominus tuus, quam desertores servos defendere cogitet. Cumque abirem, iussit interpreti, me sibi convivam fieri: accitisque eorumdem Principum fratre et Byzantio
Col. 2 Barisiano, magnas in vos, gentemque latinam et Teutonicam contumelias evomere iussit. Verum cum a sordida coena ipse discederem, nunciis interpositis, clam mihi mandaverunt, et iuraverunt, se quae latraverant non sponte, sed Imperatore volente et comminante dixisse. Sed et idem Nicephorus in eadem coena me interrogavit, si vos perivolia, id est brolia vel si perivoliis onagros, vel caetera animalia haberetis. Cui cum vos brolia, et in broliis animalia, onagris exceptis, habere affirmarem: ducam te, inquit, in nostrum perivolium, cuius magnitudinem, et onagros, id est silvestres asinos, te vidisse miraberis.
B Ductus itaque in perivolium satis magnum, montuosum, fructuosum, minime amoenum, cum pileatus equitarem, meque Coroplates a longe prospiceret, filio celeriter directo, mihi mandavit, fas non esse quempiam, ubi Imperator esset, pileatum, sed teristratum incedere. Cui mulieres, inquam, nostrae tiaratae et teristratae, viri equitant pileati. Nec decet vos compellere patrium me hic mutare morem: cum vestros nos adeuntes patrium morem tenere sinamus: manicati enim, fasciati, fibu-

lati, [29]) criniti, talari tunica induti penes nos equitant, incedunt, mensae assident, et, quod nostris omnibus nimis turpe videtur, ipsi soli capite operto Imperatores nostros deosculantur. Quod non amplius fieri Deus permittat, tacitus dixi. Revertere C ergo, inquit: quod cum facerem, occurrunt mihi commisti capreis, quos ipsi dicunt, onagri. Sed quaeso quales onagri? quales sunt Cremonae domestici. Color idem, forma eadem, auriti itidem, vocales similiter cum rudere incipiunt, magnitudo non dispar, velocitas una, dulces lupis aeque; quos cum viderem, coëquitanti Graeco inquam: huiusmodi numquam in Saxonia vidi. Si, inquit, Dominus tuus Sancto Imperatori morigeratus fuerit, multos illi huiusmodi dabit, eritque illi non parva gloria, cum ipse possidebit, quod nemo dominorum decessorum suorum vidit. Sed mihi credite Domini mei Augusti, confrater et Coëpiscopus meus Dominus Antonius potest non inferiores D dare, ut commercia testantur, quae fiunt Cremonae: atque ipsi non onagri, sed domestici; non vacui, sed onerati procedunt. Sed cum ea superius scripta verba idem Nicephoro nunciasset, transmissis mihi duabus capreis, ut abirem licentiam dedit. In crastinum autem Syriam versus profectus. Sed cur exercitum nunc in Assyrios duxerit, quaeso advertite. Habent Graeci et Saraceni libros, quos ὁράσεις, sive visiones Danielis vocant; ego autem Sibyllinos: in quibus scriptum reperitur, quot annis Imperator quisque vivat: quae sint futura, eo imperitante, tempora, pax, an simultas, secundae Saracenorum res an adversae. Legitur itaque, huius Nicephori temporibus Assyrios Grae- E cis non posse resistere, huncque septennio tantum vivere: post cuius obitum Imperatorem isto deteriorem (sed timeo quod inveniri non possit) et magis imbellem debere surgere; cuius temporibus praevalere debent adeo Assyrii, ut in Chalcedoniam usque, quae distat Constantinopoli haud longe, potestative cuncta debeant obtinere. Considerant enim utrique tempora, una eademque re Graeci animati insequuntur, Saraceni desperati non resistunt: tempus expectantes, cum et ipsi insequantur, Graeci iterum non resistunt [30]). Sed Hippolytus quidam Siciliensis Episco- P. 485 Col. 1 pus eadem scripsit, et de Imperio vestro, et gente nostra, no-

29) Alias *vipolati*. *Can.* 30) Alias *interim non resistant*. *Can.*

stram nunc dico omnem, quae sub vestro Imperio est, gentem: atque utinam verum sit, quod de praesentibus scripsit iste temporibus. Caetera, ut scripsit, sunt usque huc completa, quemadmodum per ipsos, qui horum librorum scientiam habent, audivi: et ex multis eius dictis unum id proferamus in medium. Ait enim nunc completum iri scripturam, quae dicit: *Λέων καὶ σκύμνος ὁμοδιώζουσιν ὄναγρον* Graece ita, Latinum autem sic: Leo et Catulus simul exterminabunt onagrum, cuius interpretatio secundum Graecos: leo, id est Romanorum sive Graecorum
B Imperator, et Catulus Francorum scilicet Rex, simul his praesentibus temporibus exterminabunt onagrum, id est Saracenorum Regem Africanum. Quae interpretatio eo mihi vera non videtur, quoniam Leo et Catulus, quamvis disparis magnitudinis, unius tamen sunt naturae, et speciei, seu moris: atque, ut mihi mea scientia suggerit, si leo Graecorum Imperator, inconveniens est, ut catulus sit Francorum Rex: quamvis enim utrique homines sint, sicut leo et catulus uterque animalia; distant tamen moribus tantum, non dico solum quantum species speciebus, sed
C quantum sensibilia insensibilibus. Catulus a leone nil nisi tempore distat, forma eadem, rabies una, rugitus idem. Graecorum Rex crinitus, tunicatus, manicatus, teristratus, mendax, dolosus, immisericors, vulpinus, superbus, falso humilis, parcus, cupidus, allio, cepe, et porris vescens, balnea bibens: Francorum Rex contra pulchre tonsus, a muliebri vestitu veste diversus, pileatus, verax, nil doli habens, satis ubi competit misericors, severus ubi oportet: semper vere humilis, nunquam parcus, non allio, cepis, porris vescens, ut possit animalibus eo parcere, quatenus non manducatis, sed venundatis pecuniam congreget. Audistis differentiam, nolite hanc interpretationem suscipere: aut enim futura est, aut haec vera non est: impossibile est enim, ut Nicephorus, sicut ipsi mentiuntur, sit Leo, et
D Otto sit Catulus, qui simul exterminent aliquem. Ante enim pererratis amborum finibus, exul, aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim, quam Nicephorus et Otto amicitia coëant et foedera iungant. Audistis Graecorum, audite nunc Luitprandi Cremonensis Episcopi interpretationem: dico autem, et non sojum dico, sed affirmo, si scriptura haec praesentibus est implenda temporibus, Leo et Catulus, pater, et filius, Otto, et

Otto in nullo dispares, tempore distantes tantum, simul hoc praesenti tempore exterminabunt onagrum, id est silvestrem asinum Nicephorum: qui non incongrue silvestri asino comparatur, ob vanam et inanem gloriam, incestumque Dominae et Commatris suae coniugium. Si onager iste nunc a leone et catulo E
nostro Ottone, et Ottone, patre scilicet, et filio, Augustis Romanorum Imperatoribus exterminatus non fuerit, nec quod Hippolytus scripsit verum erit: Graecorum enim illa superior abiicienda interpretatio est. Sed, o Iesu bone, Deus aeterne, Verbum Patris, qui nobis indignis loqueris non voce, sed inspiratione, nullam aliam interpretationem, quam meam in hac sententia velis. Iube ut leo et catulus isti hunc exterminent, et humilient onagrum corpore, quatenus in se reversus, dominisque Col. 2
suis Basilio et Constantino Imperatoribus subditus, in die Domini spiritus sit salvus. Sed Astronomi hoc idem de vobis et Nicephoro praenunciant. Res, inquam, mira. Cum quodam sum locutus Astronomo, qui vestram, Domini mei Augusti, aequivocique vestri Augusti formam, mores, ut sunt, vere dixit; cunctaque mea praeterita quasi praesentia dixit. Nec praeteriit quisquam amicorum, vel inimicorum, de quibus mens mihi suggessit ut interrogarem, cuius habitum, formam et mores non diceret. Quidquid calamitatis mihi hoc in itinere accidit, futurum esse praedixit. Sit mendacium omen [31]), quod dixit; B
unum, quaeso, solummodo sit verum, quod vos esse facturos Nicephoro praedixit, fiat utinam, utinam fiat, et tum nil me mali passum esse intelligam. Scribit etiam praefatus Hippolytus, Graecos non debere Saracenos, sed Francos conterere: qua lectione Saraceni animati, ante triennium cum Manuele Patricio, Nicephori nepote, iuxta Scyllam et Charybdim in mari Siculo, bellum perant; cuius immensas copias cum prostravissent, ipsum comprehenderunt, capiteque truncum [32]) suspenderunt: cuius socium et commilitonem cum caperent, qui neutrius erat generis, occidere sunt dedignati, sed vinctum ac longa custodia maceratum tanti vendiderunt, quanti nec ullum huiusmodi mortales C
sani capitis emerent. Nec infirmiori animo, eadem confirmati lectione, haud multo post Magistro Exarchontae occurrunt, quem

81) Fort. *omne. Can.* 32) Fort. *truncatum. Mur.*

dum in fugam verterent, eius copias omnibus modis contriverunt. Est et aliud, quod nunc Nicephorum compulit copias in Assyrios ducere: Argorum enim omnem regionem, instans tempus, Deo iubente, eo usque fames attrivit, ut neque tritici duo Papienses sextarii aureo comparentur, hocque ubi ubertas quasi regnat. Hanc pestem, muribus cooperantibus, ita dilatavit, ut messionis tempore, quidquid ubique terrarum annonae erat, minimo dato pretio, possessoribus eiulantibus, congregarit. Quod cum iuxta Mesopotamiam faceret, ubi frugum copia muribus absentibus creverat, arenae maris multitudini annonae multitudi-
D nem coaequavit. Igitur cum vili hoc commercio turpiter fames ubi desaeviret, octoginta millia mortalium, obtentu militiae secum congregavit, quibus per continuum mensem, quod uno emerat aureo, duobus vendidit. Hae sunt, domine mi, res, quae Nicephorum copias in Assyrios nunc ducere compulerunt. Sed quales, quaeso, copias? Vere, inquam, non homines, sed hominibus similes: quibus lingua tantum procax, sed frigida bello dextera. Non inspicit in his Nicephorus qualitatem, sed solam quantitatem: quod quam periculosum illi sit, tum sero poenite-
E bit eum, cum imbelles plurimi, multitudine animati, a nostris perpaucis bella scientibus, immo sitientibus conterentur. Cum obsideritis Bareas, trecenti tantummodo Ungari iuxta Thessalonicam quingentos Graecos comprehenderunt, et in Ungariam duxerunt. Quae res, quia prospere successit, compulit ducentos Ungariorum haud longe Constantinopoli in Macedonia similiter facere: ex quibus, cum incaute per angustam redirent viam, quadraginta sunt capti; quos nunc Nicephorus de custodia eductos, pretiosissimisque vestibus ornatos, patronos sibi et de-
P. 486 Col. 1 fensores paravit, secum in Assyrios ducens. Verum qualis sit eius exercitus, hinc potestis coniicere, quoniam qui caeteris praestant, Venetici sunt et Amalphitani. Nunc, his omissis, quid mihi acciderit animadvertite. Sexto Kalend. Augusti extra Constantinopolim in Umbria a Nicephoro licentiam accepi ad vos redeundi: cumque Constantinopolim venirem, Christophorus Patricius Eunuchus, qui Nicephori vicem eodem gerit, mihi mandavit, non posse me tunc recedere, quia Saraceni tunc occupaverunt mare, et Ungarii terram: expectandum mihi esse, donec ipsi discederent: sed utrumque, proh dolor, fuit mendacium.

Tunc appositi sunt custodes, qui mihi et meis a domo mea exitum prohiberent. Latinae linguae pauperes, qui me eleemosynarum gra- B tia adierunt, comprehendentes ceciderunt, custodiae tradiderunt: Graecolonon meum, id est Graecae linguae gnarum, non permittebant egredi, saltem ut sumptus emeret, sed cocum solum Graecae linguae ignarum: qui non signorum signis, sed digitorum, seu capitis nutibus cum venditore emptor loquebatur; tantique nummis emebat quatuor, quanti Graecolonon obsonium uno. Et cum amicorum quidam aromata, panes, vinum, poma mitteret; solo cuncta fundentes, nuncios colaphis satis oneratos dimiserunt. Et nisi divina pietas parasset in conspectu meo mensam adversus eos, qui tribulant me, unâ mihi parata mors foret accepta. Sed qui permisit tentari, dedit tunc misericorditer pati. Huiuscemodi me periculum secundo Nonarum Iunii usque ad sextum No- C nas Octobris, Constantinopoli diebus scilicet centum viginti maceravit. Verum ut augerentur calamitates meae, in Assumptione Sanctae Dei Genitricis et Virginis Mariae, meo omine non bono venerunt Domini Apostolici, et universalis Papae Ioannis nuncii cum literis, quibus rogabant Nicephorum Imperatorem Graecorum, ut parentelam firmamque amicitiam faceret cum dilecto, spiritualique filio suo Ottone Romanorum Imperatore Augusto. Quae vox, quae inscriptio secundum Graecos peccatrix, et temeraria, quomodo latorem non occiderit; cur priusquam laederetur, non oppresserit, qui in aliis rebus saepe videor spermologus et multisonus, in hac, ut piscis, videor insonus. Obiur- D gabant Graeci mare, imprecabantur aequori, plus iusto mirantes, cur peccatum illud portare potuerit, cur fretum dehiscens navim non obsorbuerit. Imperatorem, inquiunt, universalem Romanorum, Augustum, magnum, solum Nicephorum scripsisse Graecorum, hominem quemdam barbarum, pauperem Romanorum non piguit. O caelum, o terra, o mare! Sed quid, inquiunt, faciemus hominibus istis sceleratis, criminosis. Pauperes sunt, et si eos occidimus, manus nostras sanguine vili polluimus; pannosi sunt, servi sunt, rustici sunt; si eos flagellamus non ipsos, sed nos dedecoramus, qui nec Romana scutica deaurata, nec huiusmodi sunt crucibus digni. O utinam alter Episcopus, E alter Marchio esset: culeis enim suti post acerbos virgarum ictus, post barbae seu capillorum distractionem, in mare demergeren-

tur. Sed serventur, inquiunt, et quousque Sanctissimus Imperator Romanorum Nicephorus haec resciscat mala, gravi custodia macerentur. Dum haec resciscerem, felices eos, quoniam pauperes; me infelicem, quia divitem, iudicavi. Cum domi essem, mea me voluntas pauperem excusabat; Constantinopoli vero positus, Croesi me habere divitias timor ipse dicebat. Sem-
Col. 2 per mihi pauperies gravis, tunc visa est levis, tunc accepta, tunc amplectenda. Amplectenda utique, quae suos perimi, subiectos sibi flagellari non patitur. Et quia haec paupertas Constantinopoli solum suos ita defendit, eodem sit solummodo diligenda. Igitur, Apostolicis nunciis in carcerem traditis, publicana illa epistola Nicephoro in Mesopotamiam mittitur; unde usque ad quintum Idus Septembris non est reversus qui afferret apologeticum nuncium. Qua die cum rediret, et me lateret, post biduum, decimo octavo scilicet Kalend. Octobris, precibus muneribusque effeci, ut vivificum atque salutiferum adorarem lignum: ubi tanto in tumultu populi clam custodibus quidam me adierunt, qui mentem meam lugubrem furtivis sermonibus hilarem reddi-
B derunt. Decimo quinto autem Kal. Octobris, mortis vitaeque medius, ad palatium sum convocatus. Cumque ad Christophori Patricii Eunuchi praesentiam venirem, benigne me suscipiens, mihi cum tribus aliis assurrexit: quorum huiusmodi fuit narrationis initium: Ostendunt pallor in ore sedens, macies in corpore toto, crinitum caput, prolixa contra morem barba, immensum cordi tuo inesse dolorem, eo quod redeundi ad Dominum tuum terminus est dilatatus. Verum ne Sancto Imperatori, neve nobis succenseas, oramus. Reddimus autem tarditatis tuae causam. Papa Romanus (si tamen Papa est vocandus, qui Alberici filio
C apostatae, adultero, sacrilego, communicavit, comministravit) literas nostro Sanctissimo Imperatori se dignas, illoque indignas misit, Graecorum illum, et non Romanorum Imperatorem vocans: quod tui domini consilio actum non est ἀμφίσβητον. Quod, inquam mecum, verbum audio? perii: haud dubium est, quin in praetorium recta proficiscar via. Sed Papa, audi, aiunt, omnium hominum stolidior, scimus dicere vis, nosque id profitemur. At ego non id aio. Audi ergo: sed Papa fatuus, insulsus, ignorat Constantinum Sanctum Imperialia sceptra huc transvexisse, Senatum omnem, cunctamque Romanam militiam. Romae vero

vilia mancipia, piscatores scilicet, cupediarios, aucupes, nothos, plebeios, servos tantummodo dimisisse. Numquam ille D
hoc nisi tui suggestione scriberet Regis: quod quam periculosum ambobus fuerit, nisi resipuerint, proxima tempora declarabunt. Sed Papa, inquam, simplicitate clarus, ad laudem hoc Imperatoris, non ad contumeliam scribere putavit. Constantinum Romanum Imperatorem cum Romana militia huc venisse, ac civitatem istam suo ex nomine condidisse certo scimus; sed quia linguam, mores, vestesque mutastis, putavit Sanctissimus Papa ita vobis displicere Romanorum nomen, sicut et vestem; quod in futuris vita comite ostendetur epistolis; quarum superscriptio haec erit: Ioannes Papa Romanus Nicephoro, Constantino, Basilio, magnis Romanorum Imperatoribus atque Augustis, quod quia nam di- E
xerim, quaeso, advertite. Nicephorus periurio atque adulterio Regni apicem est adeptus; et quoniam Christianorum omnium salus ad Romani Papae pertinet sollicitudinem, mittat Nicephoro Dominus Papa epistolam sepulcris omnino similem, quae foris sunt dealbata, intus plena sunt ossibus mortuorum: improperet illi intrinsecus, qualiter periurio et adulterio acceperit super Dominos suos monarchiam, invitet eum ad Synodum, et, si non venerit, anathemate feriat. Si superscriptio huiusmodi non fuerit, nec ad ipsum usque feretur. Nunc ad propositum redeamus. Superscriptam ex superscriptione promissionem a me me- P. 487
morati Principes cum audissent, nil inesse doli putantes, Grates Col. 1
tibi persolvimus, aiunt, o Episcope: decet enim sapientiam tuam tantis mediatricem intercedere rebus, solus es ex Francis, quem nunc diligamus; sed cum depravata, te hortante, correxerint, et ipsi diligentur: tuque iterum ad nos cum veneris, non indonatus abibis. Corona aurea sceptroque cum huc ultra rediero, me Nicephorus donabit, tacitus dixi. Sed hic, inquiunt: vult Dominus tuus Sanctissimus cum Imperatore firmare amicitiam foedere nuptiarum? Cum huc venirem, voluit, inquam; sed quia me diu hic morante literas non recepit σφάλμα, id est vitium a B
vobis, meque captum putat et vinctum, aestuatque animus eius totus, ut Leaenae, catulis raptis, donec vindictam iusta faciat acerbitate, et nuptias abhorreat, atque iram in vos evomat. Si ceperit, inquiunt, non dicimus Italiam, sed nec ipsa capiet eum, in qua ortus est, pauper, et gunnata, id est pellicea Saxonia,

pecunia, qua pollemus, omnes nationes super ipsum invitabimus, et quasi Keramicum [33]), id est vas fictile, quod confractum reformari nequit, confringemus. Et quoniam te in decorem suum quaedam pallia emisse putamus, ut in medium proferantur, edicimus, quae sunt vobis digna, plumbea notentur bulla, vobisque sinantur, quae vero κωλυόμενα, id est nationi-
C bus omnibus, prae nobis Romanis, prohibita, pretio reddito, auferantur. Quod cum fieret, quinque mihi pretiosissimas purpuras abstulerunt: indignos vos, omnesque Italos, Saxones, Francos, Bagoarios [34]), Suevos, immo cunctas nationes huiusmodi veste ornatos incedere iudicantes. Quod quam indecorum, quamque contumeliosum sit, molles, effoeminatos, manicatos, tiaratos, teristratos, mendaces, neutros [35]), desides, purpuratos incedere; heroas vero, viros scilicet fortes, scientes bellum, fidei, charitatisque plenos, Deo subditos, virtutibus plenos non: quid est, si non haec contumelia est? Sed ubi est, inquam,
D Imperatorius sermo? ubi Imperialis promissio? cum enim illi valedicerem, rogavi, ut in Ecclesiae honorem quantivis pretii me permitteret pallia emere. Qui ait, qualia vis et quanta? ποιότητα καὶ ποσότητα, id est qualitatem et quantitatem ponens differentiam plane non posuit, ut diceret, his, et illis exceptis. Testis est Leo Coroplates frater eius; testis est et interpres Evodisius, Ioannes, Romanus; testis sum ipse, qui, quod Imperator diceret, etiam si interpres abesset, intellexi; sed κωλυόμενα, id est prohibita sunt haec, inquiunt. Et cum, quae asseris, Imperator diceret, de talibus saltem, ut somniares, non potuit cogitare: ut enim divitiis, sapientia; ita et caeteris nationibus
E praestare veste debemus: ut quibus est singularis in virtutibus gratia, sit singularis et in pulcritudine vestis. Haud quaquam singularis, inquam, haec vestis fieri potest, cum penes nos obolariae mulieres et mandrogeruntes his utantur. Unde, inquiunt, vobis? A Veneticis, et Amalphitanis institoribus, inquam, qui nostris ex victualibus, haec ferendo nobis, vitam nutriunt suam. Sed non amplius hoc facient, aiunt. Scrutabuntur plane, et si quid huiusmodi inventum fuerit, verberibus caesus, crine tonsus poenas dabit. Temporibus, inquam, beatae memoriae Constan-

33) κεραμοῦ. *Can.* 34) Alias *Baioarios*. *Mur.* 35) Eunuchos intelligit. *Can.*

tini Imperatoris huc veneram, non Episcopus, sed Diaconus; nec Col. 2
ab Imperatore, aut Rege, sed a Berengario Marchione missus, et
multo plura ac pretiosiora pallia emi: quae neque scrutata, nec
a Graecis visa, nec plumbo sunt signata. Nunc, Deo miserante,
Episcopus, et a Magnificis Imperatoribus Ottone, et Ottone, pa-
tre, et filio missus, tanto inhonestior, ut Veneticorum more pal-
lia mea notentur, et quae quantivis pretii videntur, auferantur,
cum in Ecclesiae mihi commissae usus ferantur. Non taedet vos
contumeliarum mearum, immo dominorum meorum, in quibus
contemnor? quod sum custodiae traditus, quod fame sitique
cruciatus, quod non ad ipsos redirem hucusque retentus, nisi
etiam ad cumulum dedecoris eorum propriis expolier rebus?
auferte saltem, (quae sunt empta, dimittite) quae sunt dono ab
amicis donata. Constantinus, inquiunt, Imperator, homo lenis,
in palatio manens perpetuo, huiusmodi rebus amicas sibi natio- B
nes effecerat: Nicephorus vero Basileus, homo *ταχύχειρ*, id est mi-
litiae deditus, palatium, ceu pestem abhorret; et vocatur a no-
bis prope simultatis amator, atque argumentosus, qui non pre-
tio sibi gentes amicas, sed terrore et gladio sibi subditas facit.
Atque ut cognoscas, quanti dominos tuos Reges habeamus, quae
data sunt coloris huiusmodi, et quae empta, via eadem ad nos
revertentur. His dictis, atque completis *χρυσοβούλιον*, id est C
epistolam auro scriptam et signatam mihi dederunt, vobis defe-
rendam, sed non vobis dignam, ut mens credit mea. Tulerunt
autem et alias literas argento signatas, atque dixerunt: Papam
vestrum Imperiales recipere literas indignum esse diiudicamus.
Mittit autem illi Coroplates, Imperatoris frater, non per suos
pauperes nuncios, sed per te epistolam se satis dignam, ut, nisi
resipuerit, funditus se periisse cognoverit. Hanc cum accepissem,
vale mihi dicentes, dimiserunt, oscula praebentes satis iucunda,
satis amabilia. Sed dum recederem, legationem mihi non me,
sed illis satis dirigunt dignam, scilicet quod mihi soli, meisque D
equos darent. Sarcinis nullum: sicque nimis, ut res poscebat
turbatus, *διασώστῃ*, id est ductori meo, quinquaginta aureorum res
pretio dedi. Et cum non haberem, quod pro malefactis Nice-
phoro tunc redderem, hos in pariete invisae domus meae et in
mensa lignea versiculos scripsi:

Argolicum non tuta fides: procul esto Latine.
Credere, nec mentem verbis adhibere memento.
Vincere dum possit, quam sancte peierat Argos!
Marmore quae vario magnis patet alta fenestris
Haec inaquosa domus, concluso pervia soli,
Frigora suscipiens, aestum nec saeva repellens.
Praesul ab Ausonia Luitprandus in urbe Cremona
Constantinopolim pacis profectus amore
Quattuor aestivis concludor mensibus istic:
E *Induperator enim Bareas* [36]) *conscenderat Otto,*
Caede simul, flammisque sibi loca subdere tentans,
Sed precibus remeat Romanas victor ad urbes
Inde meis. Nurum promisit Graecia mendax,
Quae nec nata foret, nec me venisse doleret,
Nec rabiem Nicephore tuam perpendere quirem,
Privignam prohibes, qui nato iungere herili.
Imminet ecce dies furiis cum pulsus acerbis,
Ni Deus avertat, toto Mars saeviet orbe,
Crimine, paxque tuo cunctis optanda silebit.

P. 488 Col. 1 His conscriptis versibus sexto Nonas Octobris hora decima ex illa quondam opulentissima et florentissima, nunc famelica, periura, mendace, dolosa, rapace, cupida, avara, cenodoxa civitate cum diasoste meo lintre egressus, diebus quadraginta et novem, asinando, ambulando, equitando, ieiunando, sitiendo, suspirando, flendo, gemendo Naupactum veni, quae est Nicopoleos civitas: in qua diasostes meus me deserens duabus parvis impositum navibus duobus me mandatoribus, qui Hydruntem me per mare conducerent, commendavit. Verum cum entolin, id est praeceptum ius captionis a Graecorum Principibus non haberent, ubiubi spernebantur: nec iam nos ab ipsis, sed ipsi a
B nobis alebantur. Quam saepe illud Terentianum mecum stomachabar: Tutore opus est, quos defensores paras. Igitur Nonis Kalend. Decemb. Naupactum egressus, biduo ad Offidarim [37]) fluvium usque perveni, ut [38]) meis comitibus non in naviculis, quae eos capere non poterant, residentibus, sed secus litus pergentibus. Positi itaque in Offidaro flumine, Patras alio maris in litore decem et octo milliaribus distare prospeximus: quem Apostolicae passionis locum, quia Constantinopolim ascendendo visitavimus, adoravimus: nunc eum visitare et adorare (confiteor

36) Fort. *Barim*, sive *Barium*. *Mur.* 37) Alias *Ophidarin*. *Can.*
38) Locus imperfectus. *Mur.*

peccatum meum) distulimus. Fecit hoc, Domini mei Augusti, revertendi ad vos, et videndi ineffabile desiderium; et ni hoc solum esset, perpetuo, ut puto, perierim. Pugnavit contra me C insensatum Auster mare flatibus ab imis turbans sedibus. Quumque hoc continuis diebus ac noctibus faceret, pridie Kalend. Decembris, ipso scilicet passionis die, intellexi meo mihi hoc accidisse delicto. Sola vexatio intellectum dedit auditui. Fames quippe nos vehementer oppresserat. Terrae incolae ut nostra nobis auferrent, interficere nos cogitabant; mare ne effugeremus, fluctibus aestuabat. Tum conversus ad Ecclesiam, quam videbam, flens et eiulans inquam: Sancte Andrea Apostole, compiscatoris, confratris, et coapostoli tui Simonis Petri sum servus. Passionis tuae locum non abhorrui, nec superbia declinavi: urit me domum redeundi Augustalis visio, Augustalis D amor. Si te ad indignationem commovit peccatum meum, eliciat ad misericordiam meorum meritum Augustorum. Non habes, fratri quod conferas; confer diligentibus fratrem Augustis, inhaerendo ei, qui omnia novit. Nosti tu quanto labore et sudore, quantisque vigiliis et impensis Romanam fratris tui Petri Apostoli Ecclesiam ex impiorum manibus ereptam ditaverint, honoraverint, exaltaverint, et in statum proprium reformaverint. Si mea me praecipitant opera, ipsorum saltem liberent merita: quosque vult praedictus, fide et sanguine frater tuus Apostolorum Princeps Apostolus Petrus, in aliis rebus gaudere et prosperari, in hac, id est, in me, quem ipsi direxerant, minime contristari. Non est, Domini mei Augusti Imperatores, verum E dico, non est adulatio haec, nec consuo nunc pulvillos sub cubito manus; res, inquam, vera est: post biduum vestris meritis tanta est fretum tranquillitate sedatum, ut, cum nautae a nobis aufugerent, ipsi Leucaten usque navigaremus, milliaribus scilicet centum et quadraginta nihil discriminis aut tristitiae patientes, nisi parum in faucibus fluminis Acheloi; ubi discurrentes velociter fluctus eius maris unda reverberat. Quid ergo, praepotentes Augusti, retribuetis Domino pro omnibus, quae Col. 2 retribuit in me vobis? dicam quid. Hoc Deus vult, hoc petit; et quamvis sine vobis hoc facere possit, vult tamen huius rei esse hypurgos, id est ministros: ipse enim quod ei offeratur dat; custodit quod exigat, ut possit coronare quod praestat. Adver-

tite igitur quaeso. Nicephorus cum omnibus Ecclesiis homo sit impius, livore, quo in vos abundat, Constantinopolitano Patriarchae praecepit, ut Hydruntinam Ecclesiam in Archiepiscopatus honorem dilatet, nec permittat in omni Apulia seu Calabria Latine amplius, sed Graece divina Mysteria celebrari. Mercatores dicit fuisse praeteritos Papas, et Spiritum Sanctum vendidisse, quo
B vivificantur et reguntur omnia, qui replet Orbem terrarum, qui scientiam habet vocis, qui est cum Deo Patre et Filio eius Iesu Christo coaeternus, et consubstantialiter, sine initio, sine fine, permanens verus, qui pretio non aestimatur, sed a mundis corde tanti emitur, quanti habetur. Scripsit itaque Polyeuctus Constantinopolitanus Patriarcha privilegium Hydruntino Episcopo, quatenus sua auctoritate habeat licentiam Episcopos consecrandi in Acirentila, Turcico, Gravina, Maceria, Tricario, qui ad consecrationem Domini Apostolici pertinere videntur. Sed quid hoc memorem, cum ipsa Constantinopolitana Ecclesia nostrae Sanctae Catholicae atque Apostolicae Ecclesiae Romanae merito
C sit subiecta? Scimus, immo videmus Constantinopolitanum Episcopum pallio non uti, nisi Sancti Patris nostri permissu. Verum cum impiissimus Albericus, quem non stillatim cupiditas, sed velut torrens impleverat, Romanam civitatem sibi usurparet, dominumque Apostolicum quasi servum proprium in conclavi teneret; Romanus Imperator filium suum Theophylactum eunuchum Patriarcham constituit: cumque eum Alberici cupiditas non lateret, missis ei muneribus satis magnis, effecit, ut ex Papae nomine Theophylacto Patriarchae literae mitterentur: qua [39]) auctoritate cum ipse, tum successores eius absque Pa-
D parum permissu palliis uterentur. Ex quo turpi commercio vituperandus mos inolevit, ut non solum Patriarchae, sed etiam Episcopi totius Graeciae palliis utantur. Quod quam absurdum sit, censore opus non est. Est ergo meum consilium, sanctam fieri Synodum, et ad eamdem vocari Polyeuctum, quod si venire, et σφάλματα sua, id est vitia superius scripta, canonice emendare noluerit; quod sanctissimi Canones decreverint, fiat. Vos interim, praepotentes Augusti, ut coepistis, laborate: efficite, ut, si nolit vobis Nicephorus, quem canonice arguere disponi-

39) Fort. *quarum*. *Mur.*

mus, obedire, audiat vos, quorum copiis non audet cadaverosus occurrere. Hoc, inquam, est, quod nos Apostolici Domini et commilitones nostri facere volunt. Non est a Graecis Ro- E
manus vilis tenendus locus, quia recessit inde Imperator Constantinus; verum eo magis colendus, venerandus, adorandus, quia venerunt illuc Apostoli doctores Sancti, Petrus et Paulus. Ac de his satis me scripsisse sufficiat, donec Deo largiente, Sanctissimorumque Apostolorum orationibus, ex Graecorum ereptus manibus, vos adeam. Et tunc non taedeat dicere, quod hic nunc piguit scribere; nunc ad propositum redeamus. Octavo Idus Decembris Leucatem venimus, ubi ab Episcopo ipsius loci Eu- P. 489 Col. 1
nucho, sicut et ubique ab aliis, inhumanissime suscepti et tractati sumus. In omni Graecia, veritatem dico, non mentior, non reperi hospitales Episcopos. Divites sunt, pauperes sunt: divites aureis, quibus plena luditur arca: pauperes ministris, seu utensilibus. Soli mensulae assident nudae, paximacium [40]) sibi apponentes, balneaque tunc vitro permodico non bibentes sed sorbillantes. Ipsi vendunt, ipsi emunt; ostia ipsi claudunt, ipsi aperiunt; ipsi dapiferi, ipsi agatones, ipsi capones; sed, ha, caupones volui scribere; verum res ipsa, quae vera est, veritatem etiam nolentem compulit scribere: dicimus enim, quia capones sunt, id est eunuchi, quod canonicum non est: sunt et B
caupones, id est tabernarii, quod contra Canones est: quorum

Incipit et claudit coenam lactuca tenacem,
Claudere quae coenas lactuca solebat avorum.

Felices eos, si paupertatem Christi haec imitaretur, pauperes iudicarem. Facit hoc asper nummus, et auri sacra fames. Verum parcat illis Deus. Hoc eo illos puto facere, quoniam eorum Ecclesiae sunt tributariae. Leucarensis mihi iuravit Episcopus, quotannis Ecclesiam suam debere Nicephoro aureos centum persolvere, similiter et caeteras plus minusve, secundum vires suas. Quod quam iniquum sit, Sanctissimi Patris nostri Ioseph acta demonstrant; quia cum Aegyptum totam famis tempore tributariam Pharaonis faceret, Sacerdotum terram a tributo liberam C
esse permisit. Igitur decimo nono Kal. Decembris Leucatem exeuntes, ipsique, quoniam, ut superius scripsimus, nautae effuge-

40) Id est *panem nauticum. Mur.*

rant, navigantes decimo quinto ad Coriphus pervenimus, ubi ante navis egressionem occurrit nobis strategos quidam Michaël nomine, Chersionitis a loco scilicet Chersona: homo ipse canus capite, facie hilaris, sermone bonus, risu semper iucundus, sed, ut post patuit, mente diabolus: quod et Deus apertis mihi monstravit indiciis, si mea tunc mens hoc potuisset coniicere; mox enim, ut pacem, quam corde non ferebat, mihi osculo dedit, tota Coriphus magna scilicet insula tremuit: nec solum semel,
D sed ter eadem die pertremuit. Postque triduum autem, deci-
Col. 2 mo quinto scilicet Kalend. Decembris, dum in mensa positus panem comederem, qui ampliabat super me calcaneum suum, verecundatus sol facinus tam indignum lucis suae radios abscondit, et eclipsin [41]) passus Michaëlem illum terruit sed non immutavit. Dicam ergo, quid illi causa amicitiae fecerim, quidnam ab eo pro recompensatione perceperim. Dum Constantinopolim ascenderem, illud vestrum pretiosissimum scutum miro opere deauratum et fabricatum, quod mihi Domini mei Augusti dedistis, caeteris cum muneribus, ut amicis meis Graecis darem, filio ipsius contuli. Nunc Constantinopolim rediens patrem pallio donavi pretiosissimo; pro quibus omnibus gratias distribuit
B eiusmodi. Scripsit Nicephorus, ut quacumque hora se adirem, absque mora chelandio impositum Leoni Kitonitae dirigeret; quod ipse non fecit: verum diebus viginti me retentum non suis, sed propriis me stipendiis aluit, donec a praefato Leone Kitonita nuncius venit, qui illum cur me moraretur, obiurgavit. Verum cum obiurgationes meas, lamenta, et suspiria mea ferre non posset, recessit, meque homini tam iniquo et pessimo commendavit, ut sumptus saltem me emere non permitteret, donec a me cortinam, librae argenti pretio dignam, acciperet: et quum post viginti dies inde discederem, nuncius ipse, cui cortinam dederam, nauclero iussit, ut post acroteria, id est promontorium quoddam, me positum fame perire permitteret. Hoc autem eo
C fecit, quoniam ne purpuras haberem absconditas, mea pallia regyravit: ex quibus dum unum vellet accipere, non accepit. O Michaëles, Michaëles, ubi vos tot simul talesque reperi! custos meus ille Constantinopolitanus Michaëli suo rivali me

41) Fuisse hoc anno solis eclipsin 22. Decembris Curopalates testatur. *Mur.*

commendavit, malus pessimo, pessimus iniquo. Michaël vocatus est et diasostes meus, homo quidem simplex; cuius sancta simplicitas tantum mihi pene nocuit, quantum et istorum perversitas. Sed ab his parvulis Michaëlibus impegi in te Michaëlem magnum, semieremitam, semimonachum. Dico, et verum dico; non proderit tibi balneum, quo te assidue potas in amore Beati Ioannis Praecursoris. Qui enim ficte Deum quaerunt, num- D quam invenire merentur. . . . . [42])

42) Caetera desunt in MS. *Can.*

EXCERPTA EX HISTORIIS ARABUM

DE EXPEDITIONIBUS SYRIACIS NICEPHORI PHOCAE ET IOANNIS TZIMISCIS.

Christianus Lassenius Phil. Dr. lectoribus S. P. D.

Rogavit me Vir illustris, *Niebuhrius*, ut ad novam, quae mox prodibit, Leonis Diaconi editionem adornandam ex Arabicis libris, quorum consulendorum in hac urbe mihi facultas data esset, excerperem quae ad res ab imperatoribus Nicephoro Phoca et Ioanne Tzimisce in oriente gestas illustrandas facerent. Quam occasionem ad istorum temporum historiam perspiciendam aliquid ex orientalibus fontibus conferèndi propter summi viri apud me auctoritatem et insignem erga me benevolentiam libentissime arripui. Diligenter igitur qui mihi praesto essent historiae orientalis scriptores perlegi, ex quibus quae excerpsi, hoc ordine disposui.

Primo loco exhibui excerpta ex Abulpharagii sive Barhebraei Chronico Syriaco, quod quadraginta abhinc annis publici iuris fecerunt V. V. D. D. *P. I. Bruns*, professor Helmstadiensis, et *G. G. Kirsch*, rector Hofensis. Auctor Chronici medicus fuit Melitenensis, religione Christianus; historiam universalem a creatione mundi usque ad finem saeculi decimi tertii summatim et breviter exposuit libro, qui minime est contemnendus, dum copiosiores et accuratiores Orientalis historiae commentarii, Arabica maximam partem conscripti lingua, scriniis sepulti et curiosorum oculis detracti iacent. In libro, de quo h. l. dicitur, componendo lingua usus est Abulpharagius (in ceteris fere Arabice loquitur) Syriaca, cuius quum prorsus sim ignarus, de in-

terpretatione nullum penes me est iudicium, quanquam comparet, adeo verborum tenaces fuisse interpretes, ut sermone parum Latino usi sint; attamen difficile sane est, ingenio linguarum Orientalium accommodare Latinam et saepenumero vereor, ne idem quod mox in aliis castigabam, alii in me castigaturi sint.

Abulpharagium excipiunt excerpta ex annalibus Abulfedae, a *Reiskio* Latine redditis et post mortem viri doctissimi et linguae Arabicae apprime periti Arabice et Latine editis ab *I. G. C. Adler*, professore Hafniensi. Notus est auctor neque instituta de eo disputatione tempus obsidebo lectoris. Ex notis Reiskianis eas tantum retinui, quae rebus dilucidandis inservirent, ceteris, quae huc non facerent, omissis.

Ex Elmacini historia Saracenica quae excerpseram, omnino omisi, quum comparatione facta vidissem, nil fere ab eo memoriae proditum fuisse, quod non copiosius et melius iam traditum sit ab Abulpharagio et Abulfeda,

Ultimo denique loco Latine interpretatus sum partem libelli, ante hos octo annos editi a V. clariss. *G. W. Freitagio*, lingg. Orientt. in hac Academia prof. publ. ordin., quem linguae Arabicae praeceptorem ipse veneror, hoc sub titulo: Regierung des Saahd-Addaula zu Aleppo. Aus einer Arabischen Handschrift herausgegeben von G. W. Freitag. Textus Arabicus, qui heic primum typis exscriptus est, excerptus est e codice Arabico Parisiensi, cuius partem iam antea publici iuris fecerat idem vir doctus, hoc indice: Selecta ex historia Halebi; ed. G. W. Freitag. Lutetiae Parisiorum. 1819. Praemissa est copiosa et bonae frugis plena editoris praefatio, in qua de auctoris vita et fide libro eius habenda accurate disputatum est; brevibus igitur h. l. rem expedire possum. Natus est auctor anno Arabum 588 Halebi; nomen ei fuit Ohmaro ben-Ahmed, designatur autem plerumque cognomine Cemaleddini (l. l. p. XXXVI). Vir fuit rarae doctrinae, eximiae prudentiae, ad res agendas natus atque aptus, summisque honoribus a principibus suis ornatus; diem obiit supremum anno 660 Mizri, oppido Aegyptiaco. Historiam Halebi inde a primis urbis initiis diligenter et accurate, puro et simplici dicendi genere usus, memoriae mandavit, veritatis prae ceteris studiosus; qua de re iudicent lectores ipsi, si excerpta

ex annalibus eius Halebensibus cum scriptoribus rerum Byzantinarum comparare velint.

Excerpta ex quovis auctore separatim exhibui, hoc potissimum consilio, ut facilius intelligeret lector, quae de quaque re gesta quisque tradat. A notis supervacuis addendis manus abstinui; minime enim ratus sum, hunc mihi datum esse locum, ut cognitionem litterarum Orientalium qualemcunque probarem, neque ullam cum scriptoribus historiae Byzantinae comparationem institui, quippe quod fines provinciae mihi demandatae excederet.

Restat, ut tribus verbis dicam de Seifeddaula, domino Halebi, patre Saahd-addaulae, cuius saepius in hisce excerptis mentio facta est. Oriundus is fuit ex nobili familia Hamdanidarum, cui nomen inditum est ab auctore, Hamdano, avo Seifeddaulae. Post varia fata annis denique 333 et 334, qui incidunt in annos p. Chr. n. 944 et 945, Halebi eiusque ditione potitus est Seifeddaula, ibique regnum suum stabilivit. (Cf. Abulf. Tom. II, p. 435. Select. ex hist. Hal. p. 37 seqq. cf. edit. not. ad h. l.) Saepius regiones Graecorum lacessivit susceptis expeditionibus, quas longius persequi ab hoc loco alienum foret. (Abulf. l. l. p. 457; 461; 467. Elmac. p. 275; p. 477 seqq. p. 286 seqq. Abulphar. p. 195 seq.) Mortuus est anno 356. (Abulf. p. 493. Sel. ex hist. Hal. p. 138. Elmac. p. 280.)

Mentionem Seifeddaulae iniecit Leo (libr. II, cap. 1 — 5.) sub nomine Chambdani, i. e. Hamdani, quod non ipsi, sed avo nomen fuit. Ad expeditionem, de qua l. l. dicit Leo, referendum est excerptum ex Abulpharagio, quod statim ab initio exhibui; eandem expeditionem memorant Abulfeda et Cemaleddinus, quorum verba h. l. legere haud gravabitur lector.

Cemaleddinus p. 134: „Anno 348 vel 349 Seifeddaula regiones Graecorum invasit. Quum, multis incolarum occisis, multisque captis, praeda potitus, per angustias Magharae-Alcohl redire animo haberet et versus eas iter flecteret, Leoni filio Phocae domestico, qui ad illas ipsum praecesserat, occurrit. Praelio ibi commisso Seifeddaula vincitur. Hostes Muhammedanis praedam captam eripiunt, thesauro impedimentisque Seifeddaulae potiuntur. Multi in hoc praelio vitam amittunt, et Abu-Ferasus Alharetsus ben-Sahid ben-Hamdan captivus factus, ab hostibus Car-

shanam ducitur. Inde Constantinopolin missum anno 354 patriciis, quos captivos fecerat, datis, Seifeddaula eum cum aliis redimit."

Abulfeda Tom. II, p. 469: „Eodem anno (i. e. anno fugae 349, qui 2 Martii A. C. 960 coepit) impetebat Seifeddaula Hamdanides Romanam ditionem nova incursione, ingente cum exercitu; subigebat urbes et arces, urebat, vastabat, trucidabat homines, pecora et homines abigebat, Charsianum *) usque procedebat. Sed redituro domum intercipiebant Graeci viam per pylas, eaque ratione non tantum sua recuperabant omnia, etiam hostis potiebantur impedimentis, et quam passi fuerant, iacturam tanta compensabant in Seifeddaulae copias edita strage, ut ipse vix cum trecentis salvus evaderet. Id futurum praeviderant rerum bellicarum istorumque locorum usu periti, suaserantque propterea Hamdanidae, nollet via, qua isset, eadem redire. Ille vero spreverat consilium, vir solus sibi sapiens, monitoribus asper, qui omnia per se, nemine consulto, gerere volebat, ne, si quid rei prospere succederet, id consiliariorum sapientiae, non suae, imputaretur."

Dabam Bonnae ad Rhenum die 23 Iunii.

I. EX GREGORII ABULPHARAGII CHRONICO SYRIACO.

(Cf. ed. Brunsii et Kirschii p. 197 sqq.)

Eo anno (Arabum 348) qui Graecorum est 1272, mortuo rege Constantino, regnare coepit filius eius Romanus, qui senatum virosque principes multum honoravit, erga omnes autem magnanimus fuit. Eo anno Iones, qui etiam Schumuschchig, dux exercitus, et Nicephorus, domesticus, missi ab eo in Arabum fines, progressi sunt usque ad Abiram, unde, occisis 100 militibus, et incensis frugibus, cum triginta captivis abierunt. Siphoddaula, Halebi Emira, cum 3000 egressus, Carschenam quum pervenisset, permagnam praedam inde abduxit. Redux, pro-

*) i. e. Charshanam, urbem ditionis Graecae prope Malathiam. *Lass.*

pterea quod Romani omnes angustos exitus interceperant, cum 100 tantum ex servis suis evasit. Reliquos Romani partim occiderunt, partim vinctos cum praeda recuperata reduxerunt, multis insuper equis, armis et numis, qui Siphoddaulae, filii Hamdani fuerant, potiti. Nobilium, qui cum eo (militaverant), simul occisi sunt, Hamed, filius Namusi, Mususia Chan et Cadi Abu-Hozain.

Anno 350 Arabum magna Arabum caterva, Antiochia Tarsum profecta, in Romanorum insidias incidit, qui ex iis aliquos occiderunt, reliquos magnam turbam vinctos abduxerunt. Indignati sunt Arabes, ideoque servus Siphoddaulae, Naga, irruptione a latere Miphractae in Romanorum regionem facta, magnam praedam cum 2000 hominum, et in his 50 catenis vinctos abduxit.

Anno Graecorum 1274, Arabum 351, Nicephorus domesticus, cum 100,000 equitum in Ciliciam profectus, Anazarbam obsedit gravique bello vexavit, donec qui intus erant Arabes, de auxilio desperantes, pacti, ut si arcem traderent, incolumes cum facultatibus exirent, fide a Nicephoro accepta, maxime quod viderent, hostes a montis latere murum brevi perrupturos, portas aperuerunt. Nicephorum, quum ingressus vidisset, parum abfuisse, quin gladii ope sine molestia aperiret (urbem), poenituit promissum. Itaque edixit, ut in oratorium templum omnis populus congregaretur et quicunque non introiret, sanguine poenas lueret. Insequenti die pedites mane in urbem intromissi, quemcunque invenerunt, viros, mulieres et pueros, trucidarunt. Tum comportari arma in urbe coepta. Inventa sunt 40,000 loricarum praeter gladios et arcuum magnum numerum. Palmarum arborum 40,000 succisa sunt. Exire deinde omnes, qui in templo erant, iussit, et quorsum vellent, abire, mortem minatus omnibus, qui ad vesperam remanerent. Exeuntes adeo se compresserunt, ut multi eorum, viri, mulieres et liberi ea compressione perirent. Multi in via mortui sunt. Qui autem remanserunt, quorsum tenderent, ignorabant. Nicephorus templum evertit et duos urbis muros nec non aulas destruxit. Duobus et viginti diebus, quibus in Cilicia commoratus erat, Nicephorus 55 arces cepit, partim vi, partim deditione. Quum ex arce quadam, quam domini eius fide accepta tradiderant, mulieres Arabes egrederentur, et in has Armeni quidam irruerent, mariti earum zelo correpti,

gladios strinxerunt. Nicephorus Arabibus, qui gladios strinxerant, iratus, 400 viros et mulieres multas occidit. Quia ieiunium quadragesimale appropinquaverat, Nicephorus cum suis Caesaream abiit, post festos dies rediturus. Tarsensis Arabum dux, coactis 4000, adortus Romanos victus et non ipse tantum, sed omnes etiam Arabes et frater quoque Tarsensis ducis, Bar-Rababi, occisi sunt. Romani, iterum Ciliciam ingressi, expugnarunt arcem Ziz et praesidio non ei tantum, sed reliquis etiam arcibus imposito, profecti sunt Halebum. Opposuit se Siphoddaula Romanis, sed victus est. Ceciderunt etiam omnes Hamdani filii et ipse Siphoddaula cum paucis tantum caedem effugit. Subegit Domesticus aulam eius, quae extra urbis murum sita erat, ab eaque non tantum 390 argenti talenta, sed etiam 2400 mulos et armorum infinitum numerum exegit. Aula incensa, urbem ipsam oppugnavit, in cuius muro quum aperturam fecisset, Romani transgressi caedi non prius finem fecerunt, quam defatigati erant. Invenerunt in ea 1200 Romanos vinctos, quos in libertatem restituerunt. Plus quam 10,000 puerorum et puellarum abduxerunt et praedae tantum, quanto ferendo pares erant, asportarunt. Quod reliquum erat, combusserunt. Invenerunt lacus oleo olivarum plenos, quos aqua impleverunt, ut oleum omne supernataret et deinde in terram effusum corrumperetur. Templa everterunt, quibus destruendis Romani novem dies absumserunt. Quum in eo essent, ut abirent, obstitit sororis filius regis Romani, Nicephorum in bellum secutus, „Non discedimus," inquiens, „donec arcem aperuerimus." Nicephorus, qui adversari non posset, „En," aiebat, „arx ante te est; abi, ut capias." Hic regis sororis filius vix arcis portae appropinquaverat, quum quia lapis ex apertura super arcis porta contra illum proiectus apud eum deciderat, aversa facie fugit. Tum aperta porta Dailamita quidam, nomine Bascha, fugientem secutus, hastam inter humeros eius ita adegit, ut per pectus exiret, et hoc modo interemit. Reversi eius socii cadaver ad Nicephorum retulerunt, qui mortem filii sororis regis ulturus 1200 Arabibus, qui vincti apud eum custodiebantur, capita abscindi iussit; quo facto in terram Romanorum rediit. In vicis Halebi omnino nihil corrupit, imo agrestes ita commonuit: „Ne cessate ab agricolatione; nam nostra est haec terra; brevi ad vos redibimus." Hoc tempore iterum mille pedites

Armeni, in agrum Edessenum irrumpentes, 1000 oves, 500 tauros et 10 viros Arabes abduxerunt. Hisce temporibus quum Romani Arabibus praevalerent et diripiendo omnia usque ad Armeniam maiorem pervenissent, Armenorum illi, qui metu, ne ab Arabibus, propterea quod Christiani essent, vexarentur, aufugerant, in fines Romanorum se contulerunt. Romani dederunt illis Sebastiam in Cappadocia, unde, quum numerus eorum valde auctus esset, miserunt, qui arcibus ab Arabibus captis praesidio essent. In omnibus expeditionibus hi quoque Armeni pedites cum Romanis exierunt, prospere plerumque pracliantes. Nicephorum domesticum cum Romanorum copiis a Halebo reversum, quum Simandoam pervenisset, nuncio de morte regis allato, omnes viri principes cum Schumuschchigo unanimi consensu anno Graecorum 1275 pronunciaverunt regem et servum eius Schumuschchigum domesticum. Hoc ad bellum cum Arabibus gerendum dimisso, ipse Constantinopolin ingressus in regno confirmatus est. Schumuschchig Mopsvestiam per 7 dies obsedit et quamvis plus quam sexaginta locis murum perfodisset, ingredi tamen non potuit. Itaque agrum eius et agros Adanae et Tarsi incendit. Mopsvestenis 5000 virorum Tarso auxilio venerunt, sed Romani obviam facti eos omnes occiderunt; quo facto, relicta urbe, discesserunt. In Cilicia magna fames orta est, quam ob rem permulti Arabes Damascum confugerunt. Etiam Halebi, Haranae et Edessae gravis fames fuit. Anno post Domesticus iterum Ciliciam ingressus Mopsvestiam oppugnavit per tres menses, sed expugnare non potuit; itaque quum morbi et pestilentia copias infestarent, tributo imposito abiit.

Anno Graecorum 1276, Arabum 354, quum rex Nicephorus Constantinopoli Caesaream Cappadociae sedem transtulisset, Tarsenses et Mopsvesteni, misso ad eum legato, deditionem pollicentes, regem ab eo expetierunt. Respondit ille: „Nunc demum quum de regum vestrorum auxilio desperantes canum cadaveribus iam vescimini et pestilentia vos absumit, mihi vos subiicietis (tam diu nempe) donec vires recuperaveritis, ut rebellare possitis. Vobis a me nil nisi gladius expectandus est.“ Litteris eorum super legati capite ita combustis, ut huius quoque barba combureretur, legatum eiecit. Tum fama est quotidie 300 mortuorum lectos e Tarso elatos esse. Rex Nicephorus congregato exercitu

Mopsvestiam obsedit et postquam cepit die Saturni, die 13 mensis Radschabi huius anni, magnam caedem in ea edidit. Quum 200,000 virorum, mulierum et liberorum vincta in terram Romanorum misisset, ad Tarsum oppugnandam profectus est. Cuius cives quum supplices incolumitatem ab eó peterent, pollicentes se portas aperturos, misertus eorum promisit, se vitam illis opesque servaturum. Ingressus urbem principes Arabes multum honoravit, mensae adhibuit et iussos, quidquid opum possent, secum auferre, Antiochiam misit, facta etiam potestate, ut quicunque non Antiochiam, sed in alias Arabum urbes ire mallet, quocunque vellet, abiret. Dedit quoque custodes tres patricios, qui ab omni eos iniuria defenderent. Armenis quibusdam, qui nonnullis Arabibus manus intulerant, manus nasosque amputavit, postquam multum flagellis caesi erant. Legatos in omnes vias cum illis misit et omnem dedit operam, ut bona cum pace ad Arabes, socios suos, pervenirent. Templum Tarsense equorum stabulum fecit. Tarso patricium cum 5000 equitum imposuit praesidium. Etiam Massisae alium patricium reliquit. Restituta Tarsus multum florere coepit. Tanta erat in ea annonae abundantia, ut 14 panis litrae una zuza venderentur. Multi ex Arabibus, priscis eius civibus, reversi sunt, quorum aliqui baptizati et Christiani facti sunt, aliqui, quorum tamen liberi omnes baptizabantur, in fide sua perstiterunt.

Anno post rex Nicephorus Amidam obsedit et, quum capere nequiret, Antiochiam multos dies oppugnavit, sed similiter capere non potuit; itaque incensis vicis hortisque vicinis abiit.

Anno Graecorum 1279, Arabum 357, Chorasani nonnulli cum 3000 Arabum Antiochenorum in Cappadociam irruperunt, sed 40,000 Romanorum, qui occurrerant, permultos Chorasanorum et Antiochenorum tum interfecerunt, tum vinctos abduxerunt. Arabes Antiocheni Patriarcham Chalcedonensium occiderunt et ecclesias Antiochiae multas vastarunt. Romani Sarugum profecti 300 Arabes et multas pecudes abduxerunt.

Hoc anno, orto inter Chorasanos, qui Antiochiae erant et Arabes Antiochenos dissidio, Romani ex regione Antiochena 12 hominum millia, viros et mulieres, pueros puellasque, abduxerunt. Anno post, i. e. 1280 Graecorum, Romani Caphar-

tutam profecti 800 homines cum multa praeda abegerunt. Quum Hamadam habitatoribus vacuam invenissent, igne tectis subiecto, abierunt.

Paullo post Nicephorus, Romanorum rex, Antiochiam obsedit et inde Tripolin perrexit, ubi omnia aedificia extra murum sita combussit. Inde profectus arcem Gazae bene munitam cepit et magnam numorum vim ex ea egessit. Deinde inter Hamadam et Halebum consedit, ubi duos menses commoratus est. Captivanti et diripienti nemo erat, qui occurreret. Puerorum, puellarumque, qui apud eum vincti erant, 100,000 numerata sunt; inter quos non erat vir senex aut senex femina; nam hos partim occidit, partim liberos dimisit. Nisi mortalitas Romanos invasisset, etiam Halebum et Antiochiam cepisset. Hierosolymam quoque faciem converterat, quorsum tamen, quia milites eius caede patrata defatigati et praeda magna onusti erant, abire non potuit.

Anno 1280, qui est Arabum 359, Romani cum Christianis arcis Lucae prope Antiochiam sitae conspirarunt, convenitque inter eos, ut hi Antiochiam ingrederentur, seque metu Romanorum aufugisse significarent atque, donec exercitus Romanorum veniret, ibi remanerent, deinde ad urbem aperiendam manus intrinsecus praeberent. Quod quum hi fecissent, duorum mensium intervallo frater regis Nicephori cum 40,000 Romanorum murum Antiochiae cinxit et tum habitatores arcis Lucae a parte montis adiutores fuerunt, ut Romani Antiochiam introirent et caperent. Magna ibi caede facta, separarunt viros feminasque senes cum parvis statura eosque, quocunque vellent, discedere iusserunt. Virorum vero feminarumque iuvenum et puerorum plus quam 10,000 in terras Romanorum miserunt. Halebum etiam 10,000 equitum quum misissent, Halebenses promiserunt, se quotannis Romanis certum quoddam tributum soluturos esse, in cuius rei fidem 800 obsides dederunt. Eo tempore multum bello inclaruit imperator Nicephorus, qui omnes Ciliciae urbes, Antiochiam et Syriam in potestatem suam redegit, quam ob rem omnes Arabum gentes metu perculsae sunt. Itaque animo elatus imperatricem Theophaniam, Imperatoris Romani uxorem, invitam tamen, sibi coniunxit; neque hac re contentus duos huius filios, Basilium et Constantinum castrare voluit,

ut eorum progenie exstirpata, ex se tantum regia proles deduceretur. Theophania autem, cognito eius consilio, de filiis suis admodum sollicita domesticum Schumuschchigum, quocum conspiraverat, muliebribus indutum vestibus cum quibusdam aliis iniuriam passis in palatii aedem noctu nativitatis servatoris introduxit et Nicephorum certiorem fecit, se stirpis suae feminas quasdam ad se in ecclesiam vocasse, ut earum secum pernoctantium colloquio uteretur. Hac ratione quam primum imperatorem somno gravatum sentiebat, Schumuschchigus et qui cum eo erant, inducti in lecto eum occiderunt, eorumque, qui palatii portas custodiebant, plus quam 70 interfecerunt. Hanc caedis Nicephori caussam in libris accurate scriptis invenimus; ea autem, quam beatus Mar-Michaël tanquam ab Ignatio Melitenensi acceptam refert, occisum esse ideo, quod in coniugio parum fidelis fuisset, minime veri similis est, quia, eo occiso, neque cum Schumuschchigo, qui post Nicephorum regnavit, neque cum alio quoquam rem habuit.

Anno 360 Arabum propterea, quod inventi erant duo Arabes noctu in templo iuxta coenobium Michaëlis Nestorianorum Mozalanorum sito occisi, Christianos Mozalanos Abu-Thagleb filius Nazeroddaulae 120,000 zuzarum multavit.

Anno 362 Arabum Domesticus cum Romanorum exercitu Nisibin profectus magnam stragem ibi edidit et per 22 dies nihil aliud egit, quam ut captivaret, diriperet et regionem vastaret. Postea quum Amidam tenderet, huius urbis dux militum impetravit a Mozalae praefecto, Abu-Thaglebo, ut magnas copias cum fratre suo mitteret. Romanos adorti victores Arabes fuerunt et Domesticum captum vinctumque, Romanis fugientibus, Mozalam miserunt. Abu-Thaglebus, quo amorem cum Romanis confirmaret, benignissime habuit Domesticum, qui tamen cancri morbo ibi obiit.

Hoc anno populus Bagdalenensis, qui multos Nisibenos in captivitatem incidisse, multos occisos esse audivisset, ad iram concitatus magnum adversus Chalifam Motium, ludibrio habitum, tumultum excitavit, quod pro Arabibus certare nollet, et in eius aulam amicosque tela coniecit. Adierunt etiam nobilium quidam Emiram Azoddaulam, Cufae versantem, sollicitaruntque, ut contra Romanos milites mitteret.

Anno Arabum 364, Graecorum 1286, Romanorum imperator Ivan, idem ille Schumuschchigus, Syriam ingressus, Hamadam et Balbecum cepit et quum Damascum profecturus esset, Bar-Zaccath, nobilis Arabs Syrus, scripta ad Damasci praefectum, Phatganum, epistola, consilium ei dedit, ne, quum imbecillior esset, Romanorum regi obsisteret. Obtemperans ille huic consilio imperatori Schumuschchigo obedientiam et 300,000 zuzarum tributum promisit, quo imperator Schumuschchigus contentus fuit. Huic Damasco appropinquanti Phatganus obviam factus equo descendit et terram aliquoties osculatus est. Laetus hac re imperator equum conscendere eum iussit multumque honoravit. Iussus deinde, ut coram eo decurreret et militiae specimen ederet, quum decurrisset, imperatoris laude motus iterum equo descendit terramque osculatus est. Imperatoris iussu equum conscendit et quum ille unius tantum anni tributum exigeret, denuo descendit, terram osculaturus. Imperatori equum, quo vectus decurrerat, gladium et hastam postulanti non haec tantum, sed vestimenta quoque, aromata et decem equos cum multis hastis obtulit; sed imperator istum tantum equum et istam tantum hastam accepit, reliquis redditis, benevolentia eius contentus; imo amicivit Phatganum splendidis vestibus et praeterea operibus auro fabrefactis, vestibus argento tectis et mulis donavit. Inde Sidonem profectus est, cuius cives obviam egressi se subiecerunt dona offerentes, quapropter iis relictis Beryton duxit, quam vi aperuit et diripuit. Inde Gabalam venit et quia eius incolae resistebant, vi etiam expugnavit. Direpta ea Tarson profectus est, ubi imperatricis Theophaniae frater venenum ei potandum praebuit, quapropter in gravem morbum incidit et in urbem regiam reversus mortuus est, postquam quatuor annos regnaverat. Hic in agendo strenuus, corpore validus, animo fortis, bello felix erat. Statim a regni initio erga omnes magnanimum se praebuit, captivosque dimisit. Constantinopoli magnam ecclesiam aedificavit, multas urbes, multasque regiones subegit. Mortuum principes et plebes mirum in modum luxerunt. Post eum imperatoris Romani filii, Basilius et Constantinus, per 85 annos imperium obtinuerunt vero amore se invicem complexi. Basilius, quia bellicosior erat, Constantino fratre in urbe regia relicto, continuo cum Arabibus bella gessit.

II. EX ABULFEDAE ANNALIBUS MUSLEMICIS.

(Cf. Tom. II, p. 477 seqq. ed. Reisk.)

Anno CCCLI (qui die 8 Febr. A. C. 962 coepit) occupabant Romani, duce Domestico *) (Nicephoro Phoca), Ain-Zarba (v. Anazarbum) pacis pacto, paucisque aliquot ibi peremtis, plurimos inviolatos dimittebant. Iidem, eodem duce, victoriae instabant, vultum tam benigne monstranti. Halebum impetebant, et ipsa urbe, praeter arcem, potiebantur. Quod ita contigit. Domesticus Seifeddaulam securum, omniumque rerum ignarum derepente obruens, copiis per otium contrahendis excludebat. Correptis igitur paucis, qui aderant, iactabat Halebensis belli aleam, sed, amissis longe plurimis, cum exigua manu in fugam ibat. Sic patebat Graecis omnis ager urbi subiectus, patebat ipsius Seifeddaulae regia, cui nomen erat Daràn (seu geminae domus) extra urbis ambitum sita, ubi tercentum argenti utres **) inveniebant, quadringentos atque mille mulos, armorumque tantum apparatum, ut modum paene excederet. Urbis moenia tum admotis machinis quatiebant; depulsi tamen oppidanorum fortitudine, suaque spe deiecti, proximum in montem, Gauschan, concedebant. Interim incidebat in cives et praetorii peditatum, seu praesidia, ob quasdam in urbe rapinas, seditio, quae moenia defensoribus, in forum concurrentibus, nudabat. Quam videntes Graeci solitudinem et intestinum tumultum, subito adorti, effringunt portas, gladioque in virilem aetatem grassantur; plus decem millia puerorum utriusque sexus asportant, et praedam cogunt incredibilem, cui deferendae quum non sufficerent, quae praesto aderant iumenta, igni dant quae auferre nequibant. Decimo ab ea victoria die receptui canebat Domesticus et gravem praeda exercitum deducebat per agrum Halebensem, pagis par-

*) Ipsi imperatori Nicephoro Phocae tribuit Cedrenus occupationem Anazarbi p. 664, D; e quo patet Abulfedam temporum ordinem turbare; Cedrenus haec anno Nicephori Phocae imperatoris secundo adscribit, qui in A. Chr. 964 incidit. *R.* Cum Abulfeda tamen consentit Bar-Hebraeus; vid. supr. p. 12. *L.*

**) Uter argenti continet decies mille numos argenteos. *A.*

cens, iussis tantummodo colonis serere et colere; altero anno se rediturum et fruges comportaturum esse.

l. l. p. 479.

Eodem anno expugnabant Graeci arcem Dalue, aliasque tres circum arces.

Eiusdem anni decimo mense auferebant iidem captivum ex urbe Manbeg, cui praeerat, Abu-Ferasum Haretum, filium Saidi, filii Hamdani. *)

l. l. p. 481.

Eodem anno (i. e. CCCLII, qui die 29 Ian. A. Chr. 963 coepit) occiderunt Graeci suum imperatorem (Romanum iuniorem) eique alium subrogarunt. Tum filius Schemeschkik (Tzimisces) evasit Domesticus. **)

l. l. p. 483.

Anno CCCLIV (qui die 6 Ian. A. Chr. 965 coepit) Romanus imperator (Nicephorus Phocas) corona cinxit et tandem expugnavit Masisam, die Saturni, decimo tertio septimi mensis, et posteaquam gladio in incolas desaeviisset, parcebat reliquis et captivos secum in ditionem suam rapiebat. Ducenta fere millia hominum numerabat urbs. Inde petiti Tarsenses se submittebant et, incolumitate precibus impetrata, emigrare iussi sunt. Terra marique emigrantibus prosecutores, a quibus in tuta loca deducerentur, a Romano usque ad Antiochiam additi. Tarsi fanum tunc in stabulum abiit, suggestus in ignem; urbs aliis incolis et

*) Cf. Elmacinum p. 223 et 224 (interpret. Lat. p. 278 et p. 280.) qui septennem fuisse captivitatem Abu-Ferasi ait, et anno demum 355 solutam, quum permutatio captivorum Romanos inter et Muslemos institueretur. Memorat Cedrenus p. 637 aliquem Chabdani, vel rectius Chamdani, h. e. Hamdanidae Seifeddaulae affinem, quem Ἀπολασάηρ appellat, captum et Constantinopoli productum in triumpho fuisse. Diversus est a nostro Abu-Feraso, de cuius captivitate Graeci, quantum novi, non memorant. Illius, quem laudat Cedrenus, nomen est Abu'l-Aschajer. Genealogiam eius non constituerim. Elmacinus eum appellat Abulasajirum, filium Haseni, vicarium Seifeddaulae, scilicet in arce Tel-Patric eumque in carcere Constantinopoli periisse ait. *R.* Quadriennem captivitatem Abu-Ferasi fuisse, auctor est Abulfeda p. 497; cf. praeterea de Abu-Feraso quae annotant Cl. Freitag ad Sel. ex hist. Hal. p. 138. 139. *L.*

**) Confundit noster h. l. tempora et homines. Debuerat dixisse: anno 360 (Christi 969) peremtus fuit Romanus imperator (Nicephorus Phocas) et qui hactenus Domesticus fuerat, Ioannes Tzimisces, in eius locum successit. Nam Romanus, Nicephori antecessor, iamdudum fato suo decesserat. *R.*

novis aedificiis atque munimentis instructa. Dein redibant quidam paullatim ad pristinas sedes, alii prorsus non excesserant, Christianam fidem professi. His rebus gestis redibat Romanus Constantinopolin.

l. l. p. 487.

Anno CCCLV (qui die 27 Dec. A. Chr. 965 coepit) excurrebant Graeci in agrum Muslemicum. Primus impetus Amidam perculit, tum missa facta eius obsidione, Nisibinam; inde transgressi e Mesopotamia in Syriam, diu haerebant circa Antiochiam; tandem Tarsum repetebant.

Eodem liberabat Seifeddaula suum affinem, Abu-Ferasum Hamdanidam, e vinculis, facta captivorum permutatione, per quam Muslemorum ingens multitudo libertatem recuperavit.

l. l. p. 503.

Interea dum Mesopotamiae domini hunc in modum intestinis bellis ipsi sese lacerant, via patebat Romanis per Syriam usque ad Tripolin. Arcem Erach expugnabat eorum imperator. Inde tendebat Emessam, quam incolis vacuam facillime nactus (advenientis terrore patriam deseruerant), iniectis ignibus pervastabat. Ab ea excursione redibat ad tractum maritimum, quem rapinis et populationibus desolabat, et octodecim suggestus (e totidem fanis maioribus) eiiciebat. Postquam duo menses incubuisset Syriae, abibat domum praeda gravis et captivis numero haud facile complectendis.

Anno CCCLIX (qui die 13 Nov. A. Chr. 969 coepit) rursus invadebant Romani Syriam, et Antiochia violenter expugnata caedibusque et rapinis pervastata, Halebum petebant, quam Corubeh *) tunc tenebat, Seifeddaulae mancipium, heri filio, Abu'l-Maalio Scharifo extortam, ut modo diximus. Hic in arcem se receperat, urbe hosti permissa. Obsidione ad temporis aliquod tolerata, pactus Corubeh certum annuum tributum pro Halebo et agro circa, Romanos avertebat, sumtis secum obsidibus abeuntes. Ita locus factus Muslemis ad pristinas sedes revertentibus. Iuris Halebensis autem tum erant hae praeturae, Hamata, Emessa, Cafar-Tab, Maarra, Apamea, Schaizar et his interiecta loca.

*) In excerptis ex historia Halebi infra exhibendis scribitur hoc nomen Carghujah; quod, nisi fallor, recte se habet; omissis enim punctis diacriticis, quibus distinguuntur litterae Ghain et Ye ab Ain et Be, facile corrumpi potuit nomen illud in Corubeh. *L.*

In Armenia quoque Graeci Malazcardam *) oppugnabant. Ut paucis complectar, totus ille tractus Syriae maritimus, et quae circa Euphraten, patebant Graecorum libidini, nemine neque hostem arcente, neque terras tuente, praesidiis et rectore nuda s

l. l. p. 507.

Deus tamen afflictis Muslemis praesidium aderat et liberator e tantis angustiis. Ille enim ipse Romanus imperator, quem hactenus in Muslemicam ditionem adeo saevientem vidimus, qui spe atque cupidine totam Syriam iam devoraverat, qui orbem fidelem terrore sui compleverat, hoc ipso anno muliebribus insidiis occubuit. Erat ille Nicephorus, qui sublato decessore suo rege, uxorem eius in matrimonium duxerat stirpe ortus non regia, idque animo agitabat, ut superioris thori masculam prolem exsecaret, quo suae regiam dignitatem perpetuam assereret. Sed indignum et intolerabile facinus detestata et impedire nitens puerorum mater conspirabat cum Domestico in viri caedem, structo in hunc modum dolo. Conscios, Domesticum puta et eius amicos, habitu muliebri deformatos, de nocte in sacellum aliquod, Nicephori cubiculo proximum, introducebat; et tyranno profundum stertente, foribusque obseratis, ipsa surgens per eam portulam intromittebat percussores, per quam e cubiculo aditus ad sacellum patebat. Itaque aggressus dormientem Nicephorum iugulabat Domesticus, deus autem eius ministerio quietem populo suo a molestissimo vexatore praestabat. Domesticus inde unum ex Imperatricis filiis, e priore matrimonio, et genuino sanguine regio creatum, Augustum nuncupabat. De cetero Domesticus is appellatur, qui regionum Byzantinarum cis Hellespontum in orientem porrectarum curam gerit.

l. l. p. 511.

Anno CCCLXI (qui die 23 Oct. A. Chr. 971 coepit) invadebant Graeci Djeziram (i. e. Mesopotamiam) Edessam, Nisibinam, caedibusque grassabantur et rapinis; contra quos auxilium implorantes Bagdadum confluebant extorres Muslemi. Quod in

*) Malazcardae oppugnationem Elmacinus p. 280 ad annum 353 refert. Nam quod ibi bis legitur *regio Kerdae*, vitiosum est et Malazcard reponendum. Forte conciliari possint hi duo auctores, si dicas Romanos hanc arcem, quam anno 353 ceperant, deinceps amisisse, et hoc demum rursus recuperasse. *R.*

tumultum plebem Bagdadicam concitabat. Perferuntur miserorum querimoniae ad Bochteiarum, Bagdadi supremum Emirum, venatione tum temporis occupatum; qui promtam quidem opem laturum, et hostes finibus exacturum promittebat; ideoque Chalifae necessarios instruendae expeditioni sumtus rogabat, et invitum multumque obluctantem opibus haud contemnendis emungebat. Vana tamen ista omnia et ad speciem ludibriumque composita. Queri quidem Motius pecuniam sibi nullam esse; mirari, quare numos a se requirant, cui praeter nominis gloriam et dignitatis in publicis precibus speciem, in facultatibus et auctoritate reliquum nihil fecerint. Si tamen inique secum agere decrevissent, malle Chalifatum eiurare. At ridens Bochteiar frigidam excusationem, graviora et necessitatem tergiversanti admovendam minabatur. Quapropter coactus Chalifa vendebat supellectilem, indeque coactum aes ad quadraginta millia drachmarum mittebat Buidae. Ille autem tantum aberat, ut eo, quo flagitarat, impenderet, ut, qui expeditionem contra Graecos vel fando nominaret, auditus nemo ex eo tempore fuerit, sed in necessitatibus deliciisque suis perdebat. Inde iactatum Bagdadi fuit vulgare illud scomma, multatum Chalifam a Bochteiaro fuisse (tanquam inferiorem a potiore, aut sontem a praetore).

l. l. p. 513.

Anno CCCLXII (qui die 11 Oct. A. Chr. 972 coepit) excurrebat Domesticus in tractum Maiafarekinae, quem depraedabatur. Huic Muslemos contemnenti et incauto immittebat Abu-Taglab exercitum cum fratre, Hebatalla, qui praelio congressus fudit Graecos, ipsumque cepit Domesticum; quem in vinculis ad fratrem misit. Ea in custodia incidebat Domesticus in morbum, unde periit, invalida medicina, quam Abu-Taglab ipsi adhibebat.

III. EX CEMALEDDINI ANNALIBUS HALEBENSIBUS.

Hoc anno (i. e. anno fugae 357) excurrebat agmen Romanorum, tum peditum, tum equitum, ex eis, qui finibus imperii tuendis relicti erant; numero erant V millia. Primum agrum Halebensem petebant. Quos quum aggressus esset Karghujah cum exercitu Halebensi, captus est; ipse quidem paullo post

evasit, copiae autem eius fugatae sunt, multis ex satellitibus Seifeddaulae a Romanis captis. Deinde Imperator Romanorum Maahrra-Alnohmanam adortus est, oppidoque potitus, fanum maximum et maiorem aedificiorum partem dirui iussit. Eodem modo in Maahrra-Mazrinam saeviebat, vitae tamen incolarum, quorum MCC erant, pepercit, eosque in ditionem Romanam captivos abducendos curavit. Tum aggressus est Caferthabam et Schaizaram, cuius templum combussit, neque aliter Hamatam tractavit; Himza deinde expugnata, omnes qui eo confugerant captivos fecit. Tum Ircatam impugnavit, qua urbe capta incolisque in captivitatem redactis, ad Tripolin usque progressus est; sed quum vidisset, suburbia ab incolis iam fuisse combusta, Djabalam se convertit, qua potitus, Laodiceam duxit. Convenit eum Abu'l-Hosainus Ali-Ben-Ibrahim-Ben-Iusuf-Alfuzaiz, quicum pactionem fecit ea conditione, ut obsides ex urbe sibi traderentur; asseruit autem ille, imperatoris se esse cognatum et quum Romanus maiores eius agnovisset, Sardeghum (Strategum) eum creavit; hac itaque ratione incolumes evaserunt Laodiceae incolae. Inde Antiochiam ducens in potestate sua tenuit 100,000 captivorum, puerorum, puellarum, iuvenumque; nam hos solos captivos fecerat, viris et foeminis provectioris aetatis, atque senibus aut interfectis aut dimissis. Dicitur omnino in hac expeditione 18 suggestis *) potitus esse; vicorum autem quos diripuit et combussit, numerus definiri nequit.

Castris ante Antiochiam positis, neque cum incolis manum conseruit, neque omnino legatum ad eos misit, sed castellum e regione Antiochiae exstruxit, eique praeposuit Michaëlem Albordji (Burtzam), cuius dicto audientes esse iussi sunt duces limitanei. Quum rumor inter homines percrebuisset, id consilii Romano esse, ut totam hiemem Antiochiam obsidione cinctam teneret, aliasque mitteret copias Halebum oppugnatum, Karghujah Saahdaddaulae **) persuasit, ut Halebum relinqueret, ne in urbe obsideretur. (Narrat deinde auctor, Karghujahum, qui Hadjibus, i. e. comes palatii Saahdaddaulae erat, summam rerum Halebensium sibi arrogasse, urbemque Halebum, arce exstructa, murisque refectis, munivisse, socio regni facto Bacdjuro, cui nomen Emiri inditum sit; imperatorem autem Roma-

*) I. e. urbibus, ubi condita erant templa. *L.*
**) Filio Seifeddaulae, de quo supra verba fecimus. *L.*

norum, hoc audito, domum reversum esse; factum esse hoc anno 358 mense Muharrem; deinde Saahdaddaulam, sociorum manu collecta, mense Ramadhano Halebum oppugnasse et manum cum Karghujah et Bacdjuro conseruisse; tum pergit:) Scripsit deinde Karghujah ad Romanos et Patricium quendam, qui in finibus ditionis Romanae versabatur, rogavit, ut sibi auxilio veniret. Hic, unus eunuchorum Nicephori, nomine Thorbasi, copias eduxit, tum autem iter Antiochiam versus deflexit propter hanc caussam, quod inter imperatorem Romanorum, quum is, secum ducens captivos et praedam, ut supra traditum est, Bukae *) versaretur, et incolas huius urbis, qui Christiani erant, convenisset, ut hi Antiochiam migrarent, simulantes se metu Romanorum domicilia reliquisse, ita ut istic habitantes Romanis Antiochiam obsidione petentibus ad urbem expugnandam auxilium ferrent. Quo facto consilia cum Christianis Antiochiae incolis coniunxere et Thorbasium certiorem fecere, vacuam esse urbem et praefecto destitutam. Incolae autem urbis Muhammedani muros deseruerant et negligentiores erant in urbe custodienda, quum exercitus Romanus ad XL millia, ducibus Thorbasio et Ianiso-ben-Schomeschkik, aggrederetur et Antiochiam obsidione cingeret. Incolae Bukae ab ea quam tenuerunt summi muri parte descenderunt et moenia urbis vacua reliquerunt; tum ascenderunt Romani et urbe potiti sunt. Factum hoc est nocte 13ma mensis Dsulhidjdjae anni 358. Penetrarunt Romani in urbem, combusserunt et captivos fecerunt, fuit autem nox nativitatis. Quum Romani montem urbis ascendissent, prehenderunt custodes et eis dixerunt: „Laudate et praedicate Deum magnum." Qui hoc non fecerit, hunc interfecerunt. Custodes itaque proclamarunt: „Magnus est Deus neque Deus est praeter eum." Qua quidem re impediti sunt incolae, quo minus verum rerum statum animadverterent, donec Romani omnibus turribus potiti fuerint et omnes una clamorem ediderint. Omnes, qui ad portam Aldjenan (hortum) dictam pervenire properabant, captivi facti sunt. Caterva autem, quae ad portam maris se congregaverat, repagula removit et hoc modo incolumis evasit.

Romani in monte urbis arcem exstruxerunt et maximum fanum suile fecerunt, posthac tamen patriarcha eo loco pro horto

*) Ex hoc loco apparet mendose nomen scriptum esse ap. Abulpharag. p. 205, ubi Luca legitur. *L.*

usus est. Dein quum Thorbasius Halebum duceret, ut auxilium ferret Karghujah et Bacdjuro, qui ab Abu'lmaahlio (Saahdaddaula) oppugnatione premebantur, Abu'lmaahlius, obsidione relicta, primum Chunazereh, deinde Maahrra Cnohman profectus est; Graecos vero cepit cupido Halebi occupandae; urbem itaque oppugnarunt et a parte septentrionali expugnarunt; quo facto arcem circumsederunt. Tum res ad pactionem venit, hisce conditionibus, ut pro unoquoque locorum, magnorum atque parvorum, quae pacto inclusa essent, solveretur tributum denarii, 16 drachmas Islamicas pretio aequantis; et praeterea e regionibus pactione comprehendendis 700,000 drachmarum quotannis Romanis penderentur. Urbes Himz, Dsusijjah, Salmijjah, Hamah, Schaizar, Caferthab, Afamijjah (Apamea), Maahrra'lnohmân, Halebum, Djeblalsumak, Maahrra-Mazrin, Kennisrin, Atsareb usque ad limitem palatii, quod Atsarebum attingit et firmum vocatur, (tum universa regio, quae porrigitur) usque ad Arhab, Masufân, Cimar,*) Barzaja et campum, qui prope Ahfas est, a dextera parte limitis: haec omnia permanserunt domino Halebi, cetera Graecis adiudicata sunt, (nimirum tota regio,) quae a Barzaja orientem versus extenditur usque ad fluvium Abu-Solaimân et pylas Sunjab dictas, tum ad Nafudsam, Awanam et Tel-Hamid et dextram Sadjuri ripam et quidem usque ad alveum fluvii, ubi in Euphraten sese exonerat. Ceterae pacis conditiones hae fuere:

Karghujah, duce (Emiro) Muhammedanorum, qui in hac dignitate permanere deberet, mortuo, res tradendas esse Bacdjuro, quo defuncto ab imperatore Romano eligendum esse ducem ex incolis Halebi; Muslemis autem non esse ius cuiusvis ducis constituendi. A Christianis nullum per hancce ditionem tributum esse exigendum, iis tantummodo exceptis, qui ibi domum aut villam possiderent; si adveniret exercitus Muslemicus, expeditionem in nomen Romanum facturus, defendendum esse a Karghujah hisce verbis: „duc per alias regiones ac nostras; ne intres ditionem pactionis"; sin dux harum copiarum haud pareret, armis esse petendum et vi repellendum; cuius rei sin minus potis esset Karghujah ipse, litteris adeundos esse imperatorem Graecorum et Thorbasium, ut copias mitterent hostibus repellendis pares. Si quid comperissent Muslemi de adventu magni exercitus (hosti-

*) Nomen in codice punctis diacriticis caret, ideoque incertae est scripturae.

lis), scribendum esse ad imperatorem et ducem copiarum, ut hi, de re certiores facti, rebus suis consulerent. Sin autem expeditionem in terram Muhammedanorum suscipere in animo haberent imperator et dux copiarum Romanorum, obviam eundum esse a Bacdjuro usque ad locum, ubi imperatum ei fuisset; atque Bacdjuro Romanum per ditionem pacis comitante, non fugiendum esse ab incolis vicorum, ita ut emeret exercitus Romanus quo opus ei esset, praeter stramentum, quod pro more bellico nulla solutione facta suppeditandum esset; a duce Muhammedanorum usque ad fines obviam esse eundum copiis Romanis, ut eis praesto esset; quae quum extra fines egressae essent, licitum esse Emiro in ditionem suam reverti. Si expeditionem facerent Romani contra sectam ab Islamo diversam, coniungendum esse exercitum Emiri cum Romano et consociatis armis dimicandum, utut iussus fuerit Emirus. Si quivis ex Muslemis religionem Christianam amplexus fuisset, nil contra eum permissum esse Muslemis, neque Christianis permissum esse quid contra quemlibet Christianorum, qui in Muslemicam transierit sectam. Si servus, Christianus seu Muslemicus, vir sive foemina, in eam quam definivimus regionem ex alia aufugisset, haud celandum esse a Muslemis, sed indicandum; tum solvendum esse a domino pretium 36 denariorum pro eo, si vir esset, pro foemina 20 denarios Romanos, pro puero sive puella 16; sin autem non possideret (dominus) quo solveret pretium liberationis, a domino solvendos esse tres denarios, quibus ab Emiro acceptis, restituendum esse servum. Si baptizatus esset, qui aufugisset, haud licere Muslemis eum retinere, sed pendendum esse Emiro a domino, quod sancitum fuerit, quo facto, restituendum esse servum. Si quid ex ditione Romana fur rapuisset et fuga se subtraxisset, mittendum esse ab Emiro ad ducem exercitus Romani, ut poenas lueret. Si Romanus regiones Muslemicas visitaret, haud impediendum esse a negotio suo. Si speculator ex ditione Muslemica Romanam intrare vellet, arripiendum esse et in vincula coniiciendum. Haud excidendam esse a Muslemis arcem, nec novam exstruendam; quod autem excisum fuisset, restaurandum esse. Nullum Emirum Muslemicum nec recipiendum esse a Muslemis neque ab ullo eorum praeter Bacdjurum et Karghujah litteris esse adeundum. His (Karghujah et Bacdjuro) mortuis haud licere Muslemis Emirum e regione Muslemica arcessere neque ab (aliis) Muslemis auxilium peter-

sed recipiendum esse eum, qui ab imperatore Romano ex ditione pacis electus fuerit. Post mortem Karghujah et Bacdjuri constituendum esse ab imperatore iudicem (Kadhi) e Muslemis, qui secundum leges eorum ius diceret. Graecis licere destructas in his regionibus ecclesias restaurare; patricios et episcopos, qui ad Muslemos pervenirent, pro dignitate esse accipiendos. Quod autem attinet ad portorium ex ditione Romana exigendum, pactione sancitum est, ut portitores imperatoris cum eis, quos constituerent Karghujah et Bacdjurus una sederent, ita quidem, ut pro mercibus, quae constarent ex auro, argento, sericis Graecis, bombyce rudi, lapidibus, gemmis, margaritis et attalicis aulaeis portorium exigendum esset a portitoribus regis Romani; pro vestibus autem, linteis, pecore et aliis rebus a portitoribus Karghujah, et hoc mortuo, Bacdjuri; denique utroque defuncto pro omnibus mercibus portorium exigendum esse a portitoribus Romanis. Denique constitutum est, ut quum comitatus (mercatorum) ex ditione Romana veniret Halebum profecturus, scribendum esset a praefecto regionum limitanearum ad Emirum, qui quum rem comperisset, homines mitteret, qui eum consalutarent et Halebum comitarentur; si posthac in eum impetus factus esset, Emiri esse restituere quod direptum fuisset; idem esse faciundum, si in comitatum impetus factus esset a tribu Arabum Scenitarum aut Muslemis in ditione Emiri.

Iurarunt in hasce conditiones multi urbis senes una cum Karghujah et Bacdjuro, obsides autem Romanis traditi sunt ex incolis Halebi Abu-Alhasan-ben-Abi-Asamah; Kesri-ben-Kosur; filius sororis Ebn-Abi-Ihsa; frater Abu'-Ihasani Alhaschschab; Abu'-Ihasan-ben-Abi-Thaleb; Abu'-Ithajjeb Alhaschemi; Abu'-Ifaradj Alahththar (Aromatarius) et Iumn, satelles Karghujah. Conciliator huius pacis fuit vir Haschemita, incola Halebi, nomine Thaher.

Dein Romani Halebo abierunt et retinuit Karghujah praefecturam suam; res administrabant is et satelles eius Bacdjurus. Factum est hoc mense Zafaro anni 359.

(Narrat deinde auctor, Karghujah et Bacdjurum postulasse ab Abu'-Imaahlio (Saahdaddaula), ut partem tributi, quod regionibus Muslemicis impositum fuisset, solveret; quod quum recusasset, Himzam oppressam fuisse a Graecis. Posthac Bacdjurum anno 364 in vincula coniecisse dominum suum, Karghujah, summaque rerum esse potitum; quod quum audivisset Abu'-Imaahlius, Halebum duxisse, urbemque obsidione cinxisse; Bacdjurum autem auxilio vocasse Romanos, qui tamen eum reliquerint, Nicephoro interemto; anno denique 367 Halebo potitum esse Abu'-Imaahlium; quae omnia ut aliena ab historia Byzantina in transcursu tantum indicare volui. *L.*)

ANNOTATIONES.

Digitized by Google

CAR. BEN. HASII

IN

LEONIS DIACONI

HISTORIAM

NOTAE PHILOLOGICAE ET HISTORICAE.

IN LIBRUM PRIMUM.

Pag. 3. *ed. Bonn. lin.* 1. *Εἴπερ ἄλλο τι*] Celeber scriptorum P. 185
Byzantinorum locus communis, de utilitate historiae. Leo Agathiam ut toto opere item hic imitatur, et sententiis, *Ῥᾴδιον μὲν οὖν ἥκιστα ἂν εἴη ἅπαντα διεξιέναι καὶ ἀπαριθμεῖσθαι, ὁπόσων ἀγαθῶν ἡ ἱστορία τὸν βίον ἐμπίμπλησιν·* et ipsis vocabulis translatis, usque ad illa praefat. Agathiae, 2. D. *εἰ μή τι καὶ μᾶλλον ὀνίνησιν.*

Pag. 4. *lin.* 9. *πολλῶν ἐν τῷ κατ' ἐμὲ χρόνῳ*] Agathiae 4. B. *ἐπειδὴ δὲ ἐν τῷ κατ' ἐμὲ χρόνῳ ξυνέβη μεγάλους μὲν πολέμους πολλαχοῦ τῆς οἰκουμένης ἀπροσδόκητα ξυῤῥαγῆναι*, et quae sequuntur.

Ibid. lin. 21. *τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου παραγαγεῖν.*] Ex S. Paulo I. ad Corinth. VII. 31. *παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου·* ubi tamen, quae apud Leonem active, neutrali significationeB intelligenda. Vide Schleusnerum Lexic. in Nov. Test. II. 392. Meliusque, opinor, Leo vel superiori phrasi scripsisset *ἐλλιμενίσαι*, vel hic, *παράγειν.*

Ibid. lin. 22. *Ἀλλά μοι εἴη — μὴ δεύτερον τῆς προθυμίας δραμεῖν*] Ex Agathia 5. C. ubi cusum, *Ἀλλά μοι ἄξιόν τι δρᾶσαι τῆς προθυμίας.* Corrige ex Leone, quod mens omnino postulat, *Ἀλλά μοι εἴη, ἄξιόν τι δρ. τῆς πρ. Modo contingat mihi, ut efficiam aliquid dignum desiderii mei*, sive, *studii mei.* Locis, ubi *εἴη* sequente infinitivo votum significat, nihil est sane frequentius. Vide Viger. De idiotism. 237. Plutarch. M. Bruto 1002. E. *εἴη μὲν, ὦ Βροῦτε, νικᾶν.* Iosephus Antiquit. Iud. 645. C. 670. G. Eadem vox, *εἴη*, restituenda loco Concilii Lateranens. III. 864. A.

Ἀλλ' ἔνθαπερ ἂν ὁ τοῦ πῶς εἶναί τισι ἕτεροφυὲς (sic) *εἶναι λόγος.* Scribendum, *ἑτεροφανὴς εἴη λόγος*, ex S. Cyrillo Dialog. de S. Trinitat. V. 1. 468. C. unde haec petita sunt. Simul corrige
P. 186 proxime praecedentia Actis eiusd. Concilii, 863. A. mire ab interprete translata: *Quod eandem naturam habet secundum operationem et indissimiliter aequale est, non habebit ex parte quicquam, de qua creata sunt.* Emenda: *Quod eiusdem speciei operationem habet et aequale est sine ulla differentia, id quibusdam in rebus differentiam habere non potest.* Nam sic verti debent Graeca illa: *Τὸ ταυτοειδὲς κατ' ἐνέργειαν καὶ ἀπαραλλάκτως ἴσον, οὐκ ἂν ἔχοι διαφορὰν ἐπί τισι τῶν ὄντων.* Tametsi apud S. Cyrillum, unde haec item translata sunt, paulo aliter se habeant. Adde, eiusdem vocis, *εἴη*, formam pluralem, *εἶεν*, vel *εἶεν ἄν*, interdum sic adhiberi, ut vertenda sit, *significant, intelligi possunt.* Quod moneo, quia in eo nonnulli subolfenderunt. Velut in loco corrupto Eusebii In Psalm. I. 388. E. *εἶεν ἂν πόλις τῆς Ἰουδαίας; δι' ἃς ἀκολούθως τῇ ἐπουρανίῳ Σιὼν αἱ πολλαὶ παρὰ τῷ πατρὶ μοναί.* Vertit Montefalconius: *Fueritne Iudaeae civitas? Sed consequenter dicamus, esse caelestem Sion, ubi*
B *mansiones apud Patrem multae.* Legendum, *εἶεν ἂν πόλεις τῆς Ἰουδαίας ἀκολούθως τῇ ἐπ.* ut sit sensus: *His vocabulis*, civitates Iudaeae, *consequenter ad caelestem Sion* (de qua proxime supra), *intelligi possunt multae illae, quae apud Patrem exstant, mansiones.* Itaque non male Gentianus Hervetus reddidit locum S. Gregorii Nysseni In Cantic. Canticor. I. 552. A. *Εἶεν δ' ἂν οὗτοι τάχα μὲν αἱ ἀγγελικαὶ δυνάμεις, αἳ κ. τ. λ. Ii autem forte fuerint angelicae potestates, quae etc.* Eandem significationem habet verbum *ἐστὶ*, nisi quod magis affirmet. S. Athanasius Orat. II. contra Arian. I. 525. C. *ὅτι δὲ τὸ, ἐν ἀρχῇ ἐποίησε . . . τὸ ἤρξατο ποιεῖν ἐστί, „quod haec verba*, in principio fecit, . . . *idem significent ac*, coepit facere." Ubi iterum Montefalconius paululum erravit. Eodem sensu adhibentur a scholiastis commentatoribusque Graecis verba *ἐξακούω, λαμβάνω, μεταλαμβάνω*, sicut *accipere* apud Latinos, ut sint vertenda *exponere, inter-*
C *pretari*, sensu praesertim allegorico et anagogico. De verbo *ἐξακούω* posterius. Significationis vocum *λαμβάνω* et *μεταλαμβάνω*, quarum utraque in Lexico summi viri Schneideri notata exstat, ponam hic quaedam exempla. S. Basilius Comment. in Esaiam, I. 889. A. *τὸ γὰρ Βασὰν εἰς τὴν αἰσχύνην μεταλαμβάνουσιν· Basan enim interpretantur ignominiam.* Eustathius, 1396. 27. *τὸν Ὀδυσσέα μὲν εἰς φιλόσοφον οἱ παλαιοὶ μεταλαμβάνουσιν, philosophum per allegoriam significare aiunt.* Plenior phrasis apud S. Gregorium Nyssenum In Cantic. Canticor. I. 544. *ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα μεταλαμβάνων εἰς τροπικὴν σημασίαν.* Vide quoque Eusebium Praeparat. Evangel. 310. C. 474. B. 516. B. Verbum *λαμβάνω* sic usurpat Origenes Contra Cels. 318. C. *τοῦ*

ὁρᾶσθαι λαμβανομένου πνευματικῶς· *cum videre intelligitur spiritualiter.* Idem In Matth. I. 484. E. δύνανται οἱ Φαρισαῖοι λαμβάνεσθαι εἰς τοὺς διδασκάλους τῶν Ἰουδαϊκῶν παραδόσεων· *Pharisaeorum nomine intelligere possumus doctores traditionum Iudaicarum.* Huetius perperam: *Pharisaei docendis Iudaeo-* D *rum traditionibus assumi possunt.* Concil. Ephesinum, 1282. B. ἐπὶ δὲ τῆς θεότητος ταῦτα καὶ ψευδῆ λαμβανόμενα, καὶ ἡμῖν ὡς συκοφάνταις δικαίας κατακρίσεως αἴτια. Ubi vulgatus interpres omnino nihil vidit, scribens: *In Deitate vero haec mendacia sunt, cum suscipiuntur, et nobis calumniae blasphemiae condemnationis causa.* Sensus: *Haec autem, si de Divinitate intelliguntur, et falsa sunt, et nobis tanquam calumniatoribus causam iustae condemnationis afferunt.* Eandem vim habere verbum ἐξακούω, iam alii notaverunt: addam exempla Eusebii Praepar. Evang. 675. C. Porphyrii De abstinentia 54. A. ἃ δὴ ἡμεῖς ὡς τὴν ὑστέραν πλημμέλειαν ἐκβαίνοντα [l. ἐκφαίνοντα], οὐκ ὀρθῶς ἐξακούομεν, *non recte interpretamur.* S. Basilii In Hexaëmeron I. 74. B. In Esaiam 839. C. Adversus Eunomium II. 51. D. διὰ τὴν τῶν πολλῶν ἄγνοιαν, ἀνθρωπικῶς ἐξακουόντων τῆς γεννήσεως τοῦ υἱοῦ· *qui generationem filii humanitus accipiebant*: ubi nota, ἐξακούω construi cum genitivo. Photius Epistola ad episc. Aquileiens. 533. A. αὐτοὶ τὸ, ἐκ τοῦ ἐμοῦ, οὐχ ὡς εἶπεν ὁ Σωτὴρ ἐξακούοντες· *non ita, ac dixit Servator, intelligentes.* Nolo alias auctoritates congerere, quae magno numero P. 187 occurrunt. Quo magis mirandum, Frontonem Ducaeum et Harduinum in hac voce lapsos, epistola Dionysii Alexandr. ad Basilidem Concil. I. 187. A. οἱ δὲ σοφώτερον ἐξακούοντες, *qui autem* [hoc vocabulum ὀψὲ] *saniori sensu*, seu *doctiore sensu, intelligunt.* Illi verterunt, *sapientiores autem id audientes.* Ab ἐξακούω, hac significatione, fit ἐξακουστέον, *intelligendum est:* quo cum alii sunt usi, tum in primis S. Clemens Alexandrinus. Velut Paedagogo 89. C. ὅπερ καὶ μᾶλλον ἐξακουστέον· Stromatibus 356. A. ibid. 614. D. Altera significatio verbi ἐξακούω, rarior illa quidem, et in Lexicis, quantum memini, omissa, est *subaudio, subintelligo.* Quo sensu Latini quoque nonnunquam dicunt *audio*, velut Quintilianus Instit. rhet. IX. 3. 58. Graeci vulgo ἐννοῶ. Eusebius Demonstr. Evang. 383. B. τὸ, σοῦ, πάλιν ἐξακουόντων ἡμῶν, *ubi illud*, tuam, *rursus subintelligimus.* Etymol. Magn. 211. lin. 55, loco corrupto, τὰ ἐπὶ τῶν εὐθειῶν ἐνεργητικὰ ἐξακουόμενα ῥήματα, πρῶτα καὶ δεύτερα πρό- B σωπα οὐκ ἔχει. Corrige, τὰ ἐπὶ τῶν θείων ἐνεργητικὰ ἐξακουόμενα· *activa, ubi subintelligitur vocabulum, Deus.* Agitur enim de impersonalibus βρέχει, χιονίζει, ἀστράπτει et similibus, ubi grammatici Graeci vocem Θεὸς subaudiri volunt. Neque alio significatu invenies προσυπακούω, *subintelligo.* Philo De migratione Abrahami 309. G. Clemens Alexandrinus Stromatibus,

753. A. Paulus Alexandrinus Apotelesm. 54. A. Ioannes Philoponus De creatione mundi, 208. B. Polychronius In Iesaiam, II. 358. A. ἵνα τοῦτο προσυπακούηται, *ut hoc subaudiatur*. Eusebius Commentar. in Psalmos, 1. 48. A. προσυπακουόντων ἡμῶν, τὸν Κύριον, καὶ κατὰ κοινοῦ πάλιν λαμβανόντων τὰ ἑξῆς· quae Montefalconius vocabulorum technicorum inscitia mire sic reddidit: *Cui nos respondemus*, Dominum non invocaverunt, *et quae sequuntur in communi accipimus*: notamque addidit: *Προσυπα-*
C*κούειν, id est, respondere.* Atenim sensus loci est: *adeo ut subaudiamus* Dominum, *et per figuram quam vocant a communi resumamus quae sequuntur.* Haec dixi longius fortasse quam attinebat, quod interpretes caeteroqui doctos minus intellexisse verba ea vidi: opportunior huiusmodi res persequendi locus erit in Glossario vocum a scholiastis commentatoribusque Graecis peculiari sensu usurpatarum, quod iam pridem inceptum, quando res meae siverint editurus, ut ab eruditis probetur valde opto.

Pag. 5. *lin.* 1. ἀναλόγως δὲ τοῦ μεγέθους τῶν συμβεβηκότων ἱκέσθαι] Ad verbum fere ex Agathia, 5. C. τοῦ μεγέθους τῶν ἔργων ὡς ἐγγυτάτω ἱκέσθαι· unde similiter Xiphilinus In adorationem crucis 469. A. ἀναλόγως τοῦ μεγέθους τῆς ὑποθέσεως ἱκέσθω. Ἀναλόγως melius construitur cum dativo, ut apud Plutarchum De placitis philosoph. 896. B. ἀναλόγως τῇ τοῦ παντὸς οὐρανοῦ σφαίρᾳ διῃρῆσθαι. De animae procreat. 1022. A. Item S. Epiphanius Adversus haeres. I. 951. 955. C. 970. B. Antiochus Homil. XXI.
D de virginitate, 1061. C. Apud quosdam tamen recentiores cum genitivo, velut hic in Leone, in Xiphilinoque modo laudato. Ipse Epiphanius, 953. D. ἀναλόγως τῆς αὐτοῦ ἀξίας. Idem Philopatris Luciani III. 609. 10. τὰ χρέα πληθυνθήσεται, ἀναλόγως τῆς ἀποδόσεως· ubi sine causa, opinor, Gesnerus suspicatur legendum ἀνὰ λόγον τῆς ἀπ. Plerumque tamen ἀναλόγως adverbialiter ponitur, absque casu: velut apud S. Marcum Eremitam De lege spirituali, 873. A. οἱ πνευματικῶς αὐτὸν [nemp. τὸν νόμον] ἐκτελοῦντες καὶ ἀναλόγως τῆς χάριτος μετέχοντες. Quae ipsa, et quae sequuntur, S. Macarius Aegyptius ad verbum exscripsit, Homil. XXXVII. De paradiso, 433. A. Item sine casu ἀναλόγως est apud Stephanum Byzant. De urb. B. 381. sub v. Ἦλις· Ὁ πολίτης ἀπὸ τῆς Ἤλιδος γενικῆς ἀναλόγως Ἠλίδειος. Ubi nescio quid in mentem venerit Berkelio, interpretanti: *civis a genitivo* Ἤλιδος *praeter rationem* Ἠλίδειος. Traducendum, *secundum analogiae rationem.* Addam porro hic, data occasione, synonymas aliquot loquendi formulas, quae viris eximia Graecae linguae peritia instructis passim fraudi fuerunt. Pro ἀναλόγως
P. 188 igitur Graeci dicunt: 1. Ἀνάλογον adverbialiter, quod est in vulgus notum, aque Stephano iam in Thesauro illustratum. Quo magis mirari licet in eo vertendo errasse Huetium in Origene

Commentar. in S. Matthaeum, I. 244. C. ᾤοντο . . . καθαρὰς . . . γεγονέναι τὰς τῶν ἀποπλυνομένων ὕδατι [nimir. χεῖρας], οὐ συμβολικῶς, ἀνάλογον τῷ κατὰ τὸ γράμμα Μωσέως νόμῳ· *existimabant puras factas esse* [manus] *eorum qui aqua eas abluissent, cum id per proportionem non respondeat Mosis iuxta litteram legi.* Sed insectatur ibi Origenes Pharisaeos, traditiones modo nimis litterali exponentes: ut sit sensus: [manus] *arbitrabantur puras factas esse eorum qui aqua eas abluissent, non symbolice, sed secundum legem Mosaïcam litterali sensu intellectam.* Subintelligitur autem praepositio κατά. 2. Ἐκ τοῦ ἀναλόγου. Origenes Homilia XIX. in Ieremiam, I. 187. B. τοιοῦτόν τι ποιεῖ ἐκ τοῦ ἀναλόγου πατρὶ καὶ ἰατρῷ ὁ Θεός. Quo in loco Balthasar Corderius lapsus, reddens, *istiusmodi quid facit respectu patris* B *ac medici Deus*, quasi quid patris cuiusdam causa medicive numen faciat. Sensus: *Istiusmodi quid facit Deus ex quadam similitudine quam habet cum patre et medico.* Neque hunc Corderii errorem Huetius emendavit: a Carolo Delarue novissima Origenis edit. III. 265. D. paulo melius versum: *Idem, proportione servata, ac pater et medicus, facit Deus.* Qua cum forma aliam similem, ἐξ ἀναλογίας, coniungere possumus, quam cum multi alii adhibuerunt, tum Nemesianus De natura hom. 73. B. δύο στοιχεῖα ἐξ ἀναλογίας εἰλημμένα. 3. Ἀναλογικῶς, *per analogiam* s. *proportionem*, *analogice:* in summi viri Schneideri Lexico omissum adverbium, aque S. Gregorio Nysseno inprimis frequentatum. Contra Eunom. II. 211. C. ἀναλογικῶς ἡμῶν δι' ἑκάστου τῶν περὶ Θεοῦ λεγομένων πρός τινα ἀναγομένων ὑψηλοτέραν ἔννοιαν. Oratione catechet. 420. A. De perfecta Christiani form. 717. D. De iis qui praemature abripiuntur 763. A. Varias constructiones δι' ἀναλογίας, ἐπ' ἀναλογίᾳ, κατ' ἀναλογίαν, ipsiusque vocis ἀναλογία diversas significationes, in quibus interpre- C tandis eruditi complures offenderunt, ut iam a Stephano in Thesauro commode expositas, hic, ne longus fiam, non attingam.

Pag. 5. *lin.* 5. πατρὶς δέ μοι Καλόη, χωρίον τῆς Ἀσίας τὸ κάλλιστον] Haec iam in Notitiis Mss. VIII. 258. monui ex Agathia esse, 5. C. De Celbiano tractu Ducangius ad Alexiad. 407. et ad Ioann. Cinnamum, 437. Cilbianum Plinius vocat Histor. Nat. V. 29. et XXXIII. 7. In nomine Caystri nihil mutavi: Homerus, Iliad. *B.* 461. Καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα. Herodotus Terpsichore, 100. Hesychius, II, 211. Apud reliquos est Caystrus, ita tamen, ut partim Κάϋστρος, partim Καΰστρος scribant.

Ibid. lin. 10. ἰτέον διήγησιν.] Agathias 6. A.

Ibid. ead. lin. περὶ πλείστου τὸ ἀληθίζειν ποιουμένοις ὡς μάλιστα.] Agathias 7. B. ἐμοὶ δὲ τὸ ἀληθίζεσθαι περὶ πλείστου ἑκτέον κ. τ. λ. Quae subiungit Leo, ῥητορικῇ μὲν προσήκειν δεινότητα, ποιητικῇ δὲ μυθοποιΐαν κ. τ. λ. sumsit ex Procopio De bell. Per- D

sico, 6. B. sequentia 2. D. *ἀποχρώντως γὰρ ἄλλοις ἱστόρηται*, ex Agathia 56. B.

Ibid. lin. 20. *εἴπερ ὀφθαλμοὶ ὤτων πιστότεροι, καθ' Ἡρόδοτον.*] Herodotus Clione, 8. p. 7. *Ὦτα γὰρ τυγχάνει ἀνθρώποισι ἐόντα ἀπιστώτερα ὀφθαλμῶν.* Imitationes Luciani De saltatione, 813. De conscrib. hist. 622. De domo, 461. et Iuliani Imp. Epist. ad Leont. 140. A. partim laudat Borheckius Apparatu ad Herodot. II. 455.

Ibid. lin. 23. *κατὰ τὸν Νοέμβριον μῆνα, τῆς γ̄ ἰνδίκτου*] Hoc est anno Chr. 959. In Codice hic per siglam, *ινδ.*, sed inferius 29. C. et 110. C. per singulas litteras, *ἰνδίκτου*· 57. A. *ἴνδικτον*. Ac profecto vel ex Ducangio Glossar. 517. A. constat, formam *ἡ ἴνδικτος* non minus frequentem esse quam *ἡ ἰνδικτίων*. Neque fere dubito eandem vocem restituendam inscriptioni non ignobili, a Montefalconio relatae Palaeograph. Graec. 174. C:

ЄΠΙΘЄΟΔΩΡΟΥΤΟΥΑΓΙΩ^ΑΡΧΙЄΠΙСК^ ΚΑΠΙΛΙΟΥ
ΤΟΥΠЄΡΙΒΛ^ΑΝΟΥΠΑΤΟΥЄΥΤΥΧΩСΑΝЄΝЄΩΘΗ
ΚΟΥ...ΟΥΟΙΧΟС ΥΦΛ^ΑΠΠΙΩΝΟСΤΟΥΛΑΜΠΡ^ΙΝΛ^Β+

P. 189 Legit et interpretatur Montefalconius 173. D: *Ἐπὶ Θεοδώρου τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου, καὶ Α. Πιλίου τοῦ περιβλέπτου ἀνθυπάτου, εὐτυχῶς ἀνενεώθη κου .... ὁ τοῖχος, ὑπατείας* [vel *ὑπάτου*] *Φλαβίου Ἀππίωνος τοῦ λαμπροτάτου Ἰλλουστρίου β. Sub Theodoro sanctissimo archiepiscopo, et A. Pilio conspicuo proconsule, feliciter restauratus est murus, consule Fl. Appione splendidissimo Illustri* 2. vel, *post consulatum eius anno* 2. Eadem inscriptione Relandus in Fastis usus, legit *Καπιλίου, Capilio, viro spectabili proconsule*, non male opinor: vix enim credendum, Iustinianeis temporibus praenomen Auli, ut vult Montefalconius, antiquo Romanorum more appellationibus praefixum fuisse. Deinde Montefalconium suspicor errasse, quod inscriptionem ad annum alterum post Appionem Cos. retulerit, qui est a. Chr. 541. Etenim extrema lineae tertiae sic potius legenda, *ὑπάτου Φλαβίου Ἀππίωνος τοῦ λαμπροτάτου, ἰνδίκτου δευτέρας, Fl. Appione V. Cl. Cos. indictione II.* Quippe
B annus 539, qui est Fl. Appionis, profecto incidit in alterum indictionis: annus autem 541 nomine potius Fl. Basilii Iunioris, tunc fasces habentis, insignitus fuisset. In sigla *ινδ*, quae fere ut *λ* in codicibus efformatur, alii quoque offenderunt: velut Labbe Michaël. Glyca 308. A. *λόγου ιγ'* · lege, *ἰνδ. ιγ'*.

Pag. 6. *lin.* 1. *τὸν βίον μετηλλαχότος*] Codex *μετηλλαγότος*, errore librarii. Phrasis Leonis petita esse potest ex II. Maccab. v. 5. *μετηλλαχότος τὸν βίον Ἀντιόχου.* Locutione *μεταλλάττειν τὸν βίον* vel *μεταλλάττειν* simpliciter, nihil usitatius: nota *μεταλ-*

λάττειν τὴν ζωὴν apud Eusebium 115. A. Item *μεταλλάττεσθαι τὸν βίον*, per medium, Iosephus Contra Apion. 1045. D. Sed in Concilio Ephesino I. 1306. C. solito more de S. Paulo dictum, *ἀπὸ διώκτου εἰς κήρυκα μετηλλάγη*, *e persecutore in praedicatorem mutatus est.* Minus commode versio vulgaris, *persecutorem in praedicatorem mutavit.* Participium *μετηλλαχότας*, in qua voce interpretanda nonnulli lapsi sunt, saepe *defunctos* significare, etiamsi Lexica non monerent, constaret ex Salmasio De usuris 391. A.

Ibid. lin. 3. *τὴν αὐτοκρατορίαν διέπειν ἀρχήν*] Malim, C *τὴν αὐτοκράτορα ἀρχήν*, vel, *τὴν αὐτοκρατορίαν*, vel, *τὴν αὐτοκρατορικὴν ἀρχήν*. *Αὐτοκράτωρ* ut adiectivum habet ipse Leo 18. D. *τῆς αὐτοκράτορος ἀρχῆς* Philo De plantatione Noë, 176. G. *ἡ αὐτοκράτωρ δυναστεία* Leo 14. A. *Αὐτοκρατορία* substantivum Iosephus Antiq. Iudaic. 679. E. Petrus Siculus Historia Manichaeorum 2. B. Adiectivum *αὐτοκρατορικὸς* Philo Legatione ad Caium 786. E. 802. F. Clemens Alexandrinus Stromat. 363. D. 705. D. S. Gregorius Nyssenus In Canticum Canticor. I. 618. D. Contra Eunomium II. 42. D. In Christi resurrectionem 821. C. Eusebius Vita Constantini 611. A. Contra Hieroclem 516. A. S. Basilius In Hexaëmer. I. 77. C. Regulis fusius disputatis II. 467. B.

Ibid. lin. 7. *εὐμενής τε καὶ χρηστὸς πρὸς ἅπαν τὸ ὑπήκοον*] Cedrenus Compend. Histor. II. 645. C. *τὸ ἦθος ἥμερον ἔχων καὶ πρᾷον, καὶ τὸ φρόνημα μέτριον*, hoc est, *et ingenium modestum*, non, *et mediocriter animatus*, ut reddidit Xylander: cuius summam utriusque linguae peritiam, quam non immerito tribuit illi D Huetius De claris interpret. 227. C., in hac quidem Cedreni versione vix agnoscas.

Ibid. lin. 10. Quae a verbis: *Huic Imperatori* cett. in versione Latina sequuntur, a Combefisio conversa leguntur in Pagii Criticis in Annales Baronii III, 875. Quae nos hic retractavimus.

Pag. 7. *lin.* 4. *τομίου θαλαμηπόλου*] Praeivit Agathias 19. B. Vide de hoc bello Cedrenum II. 640. D.

Ibid. lin. 10. *Νικηφόρον τὸν Φωκᾶν*] Plura de expeditione Cretica Nicephori Phocae Continuator Theophanis, 296. B. — 300. D. Ad Gongylae navigationem fortasse referenda notitia ampla de apparatu navali apud Constant. Porphyrogen. Caerimon. aul. Byzant. II. 383. C. sed vide et quae de Gongylianae expeditionis tempore acute disputat summus chronologiae Byzantinae arbiter Ph. Krug, *Chronologie der Byzantier* 292. B. et quae de Candiae sub Romano expugnatione 306. C. Inde probatur, Nicephorum appulisse ad Cretam a. Chr. 960 (contra Contin. Theoph. 297. C. ad a. 962 id referentem), Candiam cepisse anno sequenti 961, fratre eius Leone bellum interim adversus Chambdanum administrante.

Ibid. lin. 21. *ταύτας ἐπὶ τὴν ἠϊόνα προσυφαπλῶν*] Verbum

P. 190 προσυφαπλόω, *subter explico*, in Lexicis desideratur, neque ipse offendi extra vitam S. Chrysostomi ab anonymo scriptam Opp. VIII. 136. 33. ξώσῃ φωνῇ τὰς τῆς ἀληθείας ἀκτῖνας προσυφαπλῶν. Iterat inferius Leo 58. C. Ὑφαπλουμένων habet 25. A. ἐφήπλουν 49. D. primitivum ἥπλωται 51. B. et 99. A.

Pag. 8. *lin.* 16. χάρακα πρὸ τοῦ ἄστεος ἐπήξατο τῶν Κρητῶν· τὰς δέ γε τριήρεις] Cedrenus haec iisdem fere verbis II. 643. A. ubi pro, πάσαις μηχαναῖς πολιορκητικαῖς χρησάμενος ὀργάνων, ex bono admodum Scylitzae codice inter Coislin. nostros No. 136. sensu item postulante scr. πολιορκητικῶν χρ. ὀ.

Pag. 9. *lin.* 1. ἐκ τῶν κατὰ πόλεμον χαλκοτυπιῶν] Χαλκοτυπία apud Suidam III. 652. unde habet Schneiderus. Pauca
B alia composita cum voce χαλκὸς, in Lexica nondum recepta, nota haec: 1. Χαλκέντονον, *tormenti bellici genus*, per fibulas aeneas tela propellentis. Bis apud Philonem De telorum constructione 56. C. et 78. B. Sed quinquies alibi, 67. F. 72. A. C. F. 73. C. eadem machina vocatur χαλκότονον, quam lectionem Schneiderus praetulit. Est tamen ἐντόνιον, instrumentum ad tendendas catapultas, vocabulum item exulans e Lexicis. Philo De telor. constr. 57. F. 58. A. 61. B. Hero Belopoeicis, 135. A. 139. A. ubi docetur quo pacto construi debeat. Unde defendi fortasse possit scriptura χαλκέντονον. 2. Χάλκινος, i. q. χάλκεος et χάλκειος, *aereus*. S. Epiphanius De mensuris et ponder. II. 183. D. παρὰ Ἀλεξανδρεῦσι τὰ ἀργύρια καλοῦνται χάλκινα. Idem adiectivum in editione Rover. Iosephi Antiq. Iud. 261. A. δίκτυον ἐλάτῃ χάλκινον περιπεπλεγμένον. Sed edit. Havercamp. emendatius I. 424. D. ἐλάτῃ χαλκείᾳ. Ita χάλκινος sola nititur S. Epi-
C phanii auctoritate, quae ne ipsa quidem permagna est in hoc certe opusculo, a librariis mirifice depravato. 3. Χαλκοτύμπανος, *aere sonans*, apud Palladium Vita S. Ioannis Chrysost. 106. A. in loco ubi laudatur Abraham patriarcha, quod in deserto abditus neque Consules hospitio exceperit, neque duces neque alios magnis honoribus fungentes, παρ' οἷς ἵπποι κημῷ ἢ χαλινῷ ἀποστίλβοντες, ἢ σαράβαρα χαλκοτύμπανα, πόῤῥωθεν τῆς ὑπερηφανείας τὸν κτύπον ἀπερευγόμενα. Quo loco σαράβαρα, si modo lectio vera, non *braccas* dixeris significare, sicut alibi, sed potius instrumentum musicum, haud absimile, opinor, cymbalis. Qui si est verus sensus, inde videtur sequi, saeculo sexto magistratus Romanos cymbalis aeribusque crepantibus iter aut omnino proditionem in publicum fecisse, quod nunc de Turcarum potestatibus scribitur.

Ad haec vocabula, omnino, opinor, nova, addam formas
D rariores iam notarum vocum explicationesque a vulgatis diversas. In quas tamen non refero vocem χάλκανα, saepius in glossariis chemicis medicisque mss. Bibliothecae Reg. occurrentem: eam

corrupte scriptam pro ἄλχαννα sive ἀλχάνα, herbamque *henne* significare, qua per Orientem mulieres se inficiunt, iam Salmasius vidit Exercitat. in Solin. 1324. B. et 1353. C. Sed revocare eo possumus vocem χαλκεῖα, eo sensu ut sit i. q. χαλκεῖον, χαλκευτήριον, χαλκοτυπεῖον, *officina aeraria*. Philo De telor. construct. 60. C. iuncturas ferreas frangi ait, ἐὰν τὸ τυχὸν σῖνος ἐν τῇ χαλκείᾳ λάβωσι, *si vel minimam noxam in officina acceperunt*. Tametsi commodius fortasse hic verti possit, *inter cudendum*. Magis extra controversiam χαλκεῖα *officina fabri ferrarii* apud Heronem Belop. 134. E. de epizygide: αὕτη δέ ἐστιν ἐν τῇ χαλκείᾳ καλῶς τετελειωμένη. Sed in Antiquit. Iud. Iosephi 7. E. χαλκεῖαν τε πρῶτος ἐπενόησε, de arte fabrili exponendum est, *aerariam primus est commentus*. Eodem sensu in Prolegomenis rhetor. a Montefalconio Biblioth. Coislin. editis legitur 590. D. Ἥφαιστος τὴν χαλκευτικήν· *Vulcanus aerariam artem*: ubi Montefalconius nimis generatim, *fabrilem artem*. De vocabulo χαλκῖτις, quando alumen aut petram significat, alii docte exposuerunt. Adde hic tertiam significationem, qua est apud Nonum medicum De omnium particularium morborum curatione 313. B. Τοῖς δὲ ὑπὸ τῆς χαλ- P. 191
κίτιδος σαύρας πληγεῖσι. Vertit Hieremias Martius, *ab ictu lacertae viridis*: videtur esse lacerta venenata ex genere salamandrarum. In titulo tamen capitis eiusd. apud Nonum 313. B. eadem lacerta appellatur χαλκῇ σαῦρα, non χαλκῖτις, errore fortasse librarii. Nota porro vocem χαλκὸς quandoque exponendam esse *assem*, hoc est, *aereum*, *numum minimum*. Plutarchus Apophth. Lac. 226. D. δυνάμει δὲ χαλκοῖ τέσσαρες. De animi tranquillit. 470. F. δυοῖν χαλκοῖν ἡ χοῖνιξ. Artemidorus Oniroc rit. 267. B. αὐτὸς δὲ λέγει, ὡς τὸν χαλκὸν οὐκ ἔχω. Rigaltius parum accurate, *ego certe aes non habeo*: sensus, *h. ne assem quidem*. Χαλκοτυπεῖον, *officina fabri ferrarii*, affert Schneiderus ex Nicomacho De musica. Adde Philonem De Cherubim 94. A. ὅσαι ἐν χαλκοτυπείῳ ἐλαυνόμεναι ὕλαι, ἢ διαιρούμεναι· et Iamblichum In Arithmet. Nicomachi Gerasen. 171. B. Χαλκώδης, pro quo B
nescio an quisquam auctoritatem attulerit, usurpaverunt Theophrastus De sign. serenitat. 440. A. χαλκῶδες χρῶμα· et S. Epiphanius Adversus haeres. 577. B. ἀλλὰ τὸ χαλκῶδες τὸ ἐν τῷ ἀργύρῳ· quo certe in loco significare videtur *quod aeris nuturam habet*, *aerosus*, ut exponitur in Onomastico inter Glossas Labb. 202. E. Petavius vertit, *quod in argento subaeratum est*. Addo vocem χαλκωρυχεῖον, *sectura aeraria*: nam mendum typothetarum est, quod per omicron apud Salmasium ad Solin. 195. B. semel legitur ἐν τοῖς χαλκορυχείοις· item ter apud Theophrastum De lapidibus 395. A. B. 398. D. Aliam formam χαλκωρύχιον Plutarchus Sympos. 659. C. et Ptolemaeus Geograph. 233. B. ubi videtur quasi nomen proprium. Haec, extra oleas fortasse vagati, in Lexicographorum gratiam annotavimus circa derivata aut

composita ex voce χαλκὸς, novasque eiusdem originis vel voces vel auctoritates, quibus Glossaria locupletari queant.

C *Ibid. lin.* 6. ὡς μή τι ἀνήκεστον πρὸς τῶν ἐναντίων αὐτοῖς καττυθῇ.] Κασσύω sive καττύω, sensu figurato *machinor*, *struo*, frequenter occurrit apud Patres saeculi Theodosiani et deinceps. Καττύουσι S. Epiphanius Adversus haeres. I. 2. C. Anonymus in Psalm. I. 88. A. καττύοντα S. Epiphanius Adversus haeres. 651. C. καττύοντες Anonym. in Psalm. I. 761. C. καττυόντων S. Epiphanius Adversus haeres. 222. D. Aoristo bis utitur S. Epiphanius, Ibid. 629. D. βίβλους καττύσας· et 257. C. καττύσαντα. Praesente passivi S. Theodoretus Epist. CIX. III. 977. D. κατὰ τῆς ἀποστολικῆς καττυόμενα πίστεως. Imperfecto S. Epiphanius Adversus haeres. 722. B. ἐκαττύετο περὶ [*l.* παρὰ] τῶν τούτου μαθητῶν τὰ κατὰ τὴν συσκευὴν τῆς ἐκκλησίας. Perfecto Theodotus Institut. Oriental. 806. C. κεκαττυμένα. Composito ἐπικαττύω ipse Leo infra 52. C.

Ibid. lin. 10. καὶ παρέπεται] Malim παρέπονται. Vide tamen Zeunium ad Vigerum De idiotism. 195. C.

Ibid. lin. 12. τῆς δεδομένης εὐετηρίας] In Codice literis ε et
D η contra etymologiae rationem permutatis modo εὐετερία exaratum, ut infra 20. B. modo εὐητερία, ut hic et 40. C. Eodem modo, εὐητερία, in Codd. multis antiquis scriptum vidi, ubi nunc editiones εὐετηρία· Philo De Abrahamo 284. F. De congressu quaerendae eruditionis gratia 351. A. Iosephus Antiqq. 44. A. Ptolemaeus Tetrabibl. 80. A. Locus de instabilitate fortunae, quem Leo respexit, est in S. Nili Epist. CLXXXIII. p. 70.

Pag. 10. *lin.* 4. διαπεφωνήκει.] Διαφωνέω alii iam observaverunt, ex usu Hellenistico significare *ultimam vocem emitto*, hoc est *exanimor*, *pereo*. Suidas I. 563. C. Mangey ad Phil. De ebriet. I. 375. E. Adhibetur ea significatione praecipue perfecto et plusquamperfecto: velut apud LXX. Num. XXXI. 49. οὐ διαπεφώνηκεν ἀπ' αὐτῶν οὐδὲ εἷς. Quod imitatur Philo De temulent. 200. B. et C. Item Scholiasta ad S. Ioannis Climaci Scalam Paradis. 19. C. aliquot simplices homines incredibiliter ieiunantes, καὶ ἀδιακρίτως βίᾳ ἑαυτοὺς ἐκδόντες, διαπεφωνήκασιν, *succubuerunt*. Et Apsyrtus in Hippiatricis 256. C. de equo, κίνδυνον οὖν ἔξει
P. 192 διαφωνῆσαι. Non pauci tamen eruditi lapsi sunt in hoc verbo interpretando. Velut apud Philon. De nomin. mutat. 822. B. πόλεμος, ἐν ᾧ τῶν διαγωνισαμένων διεφώνησεν οὐδείς, ἀλλ' ἄτρωτος καὶ σῶος ἐπανῆλθε· vereor ut Petrus Morellus recte verterit, *in quo dimicantium nemo discors fuit*. Et haec Apsyrti in Hippiatr. 260. B. διαφωνεῖ δὲ ῥᾳδίως, Ruellius in Medicina veterinar. 101. B. *quapropter facile despondet animum*. Atque tantum non ridicule Montefalconius apud Euseb. Comment. in Psalm. I. 259. E. de secundis mulierum: ὥσπερ χωρίον, προχωρῆσαν ἀπὸ γυναικὸς, οὐδεμιᾶς μετέχει ζωῆς, διαλυθὲν δὲ διαφωνεῖ· *quem-*

admodum pellicula e muliere prodiens vitae consors nullatenus est, sed dissoluta dissonat. Verte: *quemadmodum secunda membrana, e muliere progrediens, nullius est vitae particeps, sed dissoluta perit.* Praeter hanc significationem verbi διαφωνέω reliquasque, in vulgus notas, una admodum rara, *edico, pronuncio.* Eusebius Contra Marcell. 32. D. ἐν θείῳ πνεύματι διεφώνει λέγων. Recte Montacutius, *spiritu Dei afflatus profatur:* est enim hic idem quod ἐξεφώνει. Διαπεφώνηκα, *morior*, infra quo- B que, 33. A. et 41. A.

Ibid. lin. 18. Οὕτω διαλύοντι τούτῳ καὶ γνωματεύοντι] Διαλύω, *animo perlustro* (ut ait M. Tullius), *cogito*, vix opus est moneam, compositum esse non cum verbo λύω, sed cum ἀλύω. Nisi mavis scribere, Οὕτω δὴ ἀλύοντι· quod suadent et phrasis 61. C. Ἀλύοντι δὲ τούτῳ καὶ γνωματεύοντι, et Agathias, unde omnia haec manaverunt, 20. D. Ἀλύοντι δέ οἱ καὶ γνωματεύοντι. Praeterea ἀλύω 34. A. et 74. B.

Pag. 11. *lin.* 8. ἰσοπέδου] In Cod. est ἰσοπεδοὺς, h. e. ἰσοπεδοῦς (accentus enim et circumflexos, etsi perraro alieno loco collocant, tamen inter se saepissime confundunt cum alii librarii plerique, tum in primis noster), quasi a nominativo ἰσοπεδής. Quae forma rarissima: in Lexica certe nondum relata.

Ibid. lin. 22. Τὸ τοιοῦτον δὴ τειχίον] Τειχίον nihil aliud significat apud Leonem, quam τεῖχος, *murus*, *munimentum.* C Habet enim hoc Leo commune cum aliis Byzantinis nimium multis, ut significatu subtiliore vocabb. confuso partes pro re tota, deminutiva pro primitivis, composita pro simplicibus temere usurpet. Apud alios τειχίον interdum retinet vim deminutivi. Plutarchus Arat. 1036. E. ὑποστελλας τειχίοις τισὶ καὶ οἰκοπέδαις. Achilles Tat. De amor. Clitophont. et Leucipp. 51. A. περὶ τὸ ἄλσος τειχίον ἦν αὔταρκες εἰς ὕψος. S. Ioannes Chrysostomus Homil. IX. ad populum Antioch. 129. A. de Deo, mare furens arena invalida continente: διὰ τοῦτο γοῦν καὶ ἀσθενὲς τὸ τειχίον ἐποίησε, καὶ οὐ ξύλα καὶ λίθους, οὐδὲ ὄρη, τοῖς αἰγιαλοῖς περιέβαλε τούτοις. Deinde videtur τειχίον passim eodem sensu usurpari quo τοῖχος, *paries.* Unde διορύττειν τειχίον de perfossoribus parietum, ut voce Plautina utar. Iosephus Antiq. Iud. 127. E. πρὸς διωρύγματι τειχίου. S. Clemens Alexandr. Stromat. 764. B. διορύξαντες λάθρα τὸ τειχίον τῆς ἐκκλησίας. Sine vi deminutiva videntur adhi- D bere Lucian. Piscat. I. 615. I. edit. Hemsterh. καθεζόμενος ἐπὶ τὸ ἄκρον τοῦ τειχίου. S. Basil. De grat. act. I. 362. Iulius African. Cestis 305. E. Ego, quia agitur de munitione castrensi, *vallum* ausus sum vertere cum hic tum inferius 8. B. Alibi, 84. A. verti *murus:* aliis locis, ut 16. D. *castellum*; 77. A. *munitionem.* Figuratim, pro *munimento*, S. Ioannes Chrysost. adhibet Orat. XLV. in Acta Apost. IV. 863. 13. ἔστω σοι τειχίον καὶ περίφραγμα, ἀσπὶς καὶ δόρυ. Nota denique, in his locis omnibus non τείχιον,

sed τειχίον scribi παροξυτόνως, quam accentus rationem ipse quoque in textu Leonis retinui, Codd. atque editiones antiquiores secutus. In Lexicis nunc plerumque προπαροξυτόνως impressum est, nescio quam bona auctoritate.

Pag. 12. *lin.* 6. ὅσα φονιωδῶς] Sic Cod. nec mutavi: tametsi adverbium φονιωδῶς sive φοινιωδῶς neque in Lexico, neque in auctore, quantum memini, offendi ullo.

Ibid. lin. 10. ἐκ τῆς τούτων ἀπαγωγῆς;] De Arabum excursionibus maritimis ex Creta factis vide Vitam S. Lucae iunior.
P. 193 edit. a Combefisio ad calc. Historiae haeres. Monothelitarum, 969. B. item Continuat. Constant. Porphyrogen. ubi haec 85. A. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν Κρῆτες παντὶ στόλῳ ἀράμενοι, τὴν παράλιον ἐδήουν τῶν Θρᾳκησίων, καὶ ἠχμαλώτιζον. Παρὰ τοσοῦτον δὲ . . . οὐ τὴν αἰγιαλῖτιν μόνον ἐπειρῶντο καταδραμεῖν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τῶν ἐν τῷ ὄρει, ὅπερ οὕτω καλεῖται, Λάτρος, ἐνσκηνούντων, καὶ τῶν [l. τὸν] μοναύλιον βίον ἀσπαζομένων, γυμνῷ τῷ ξίφει χωρεῖν, καὶ Μυσῶν λείαν τὰ ἐκεῖσε ποιεῖν. Unde manaverunt illa viri docti Le Beau, haud scio annon optime reddita, *Histoire du Bas-Empire*, XIV. 433. *Un de leurs partis osa traverser toute la Thrace, et pénétrer iusqu'au mont Latrus, dans la basse Mésie, où ils pillèrent un riche monastère.* Etenim primum Thracesii non sunt Thraces, sed incolae Asiae proconsularis ad Aegaeum mare: vide supra 4. C. et Constant. Porphyrog. De themat. I. 7. F. Τὸ νῦν καλούμενον Θρᾳκησίων θέμα πάλαι μὲν καὶ κατ' ἀρχὰς Ἀσία μικρὰ ὠνομάζετο. Deinde Latrus mons non in Moesia inferiore est, sed item in Asia, propter Ephesum.
B Memoratur infra 196. C. item Scriptt. post Theoph. 112. B. 267. B. Cedren. Compend. Histor. II. 546. C. Habemusque in Bibliotheca Reg. Cod. Gr. No. 598. (vid. Montef. Palaeogr. 78. B.) in quo legitur, quemadmodum monachus monasterii τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου τοῦ Στύλου, ἤγουν τοῦ ἁγίου Παύλου τοῦ Λάτρους . . . ὁ ἅγιος Χριστόδουλος, διὰ τὴν ἔφοδον τῶν ἀθέων Ἰσμαηλιτῶν μετῴκισεν εἰς τὴν Πάτμον, φέρων ἐν ἑαυτῷ ὅσα δυνάμενος βιβλία. Moesiam inferiorem autem posuit scriptor, quod non intellexit voces *Μυσῶν λείαν*. Quas proverbiales esse quis est qui nesciat? Cinnamus Histor. 19. λείαν Μυσῶν καὶ τὰ ἐν ποσὶν ἐργαζόμενοι. Vid. praeterea Zenob. Centur. V. Proverb. 118. A. Diogenian. Centur. VI. 232. B.

Ibid. lin. 12. τοὺς ψεύστας, τὰ θηρία τὰ κάκιστα] Allusio ad locum S. Pauli Epist. ad Tit. cap. I. v. 12.

Ibid. lin. 24. σὺν τῷ Παστιλᾷ Νικηφόρῳ οἱ προκατασκοπεῖν σταλέντες] Προκατασκοπέω, verbum raro occurrens, quoque carent Lexica, usurpavit praeter Leonem S. Clemens Romanus De peregrinationib. S. Petri 59. C. καὶ προκατασκοπήσας ἡμᾶς, ὡς
C αὐτὸς ὕστερον ὡμολόγησε· *cum observaret nos*, vertit Perionius:

oportuisset saltem, *observasset.* In Codice hic, *σὺν τῷ Παστα-λᾷ·* superius tamen ubique *ὁ Παστιλᾶς.*

Pag. 13. *lin.* 3. *τῆς σφῶν ἀβελτηρίας*] Codex *ἀμελτηρίας,* mendo manifesto pro *ἀβελτηρ.* quam formam, per *η*, admodum frequentant scriptores Christiani. Sic *ἀβελτηρία* Alexander Lycopolita Adversus Manichaeos 18. D. *ἀβελτηρίας* Heliodorus Theagene et Charicl. 402. A. Methodius Conviv. decem virg. 132. B. S. Clemens Alexandrin. Stromat. 762. A. S. Epiphanius Adversus haeres. I. 493. B. Leo 27. D. *ἀβελτηρίᾳ* S. Nilus Peristeriis 119. A. Agathias 131. A. *ἀβελτηρίαν* S. Gregorius Nyssenus Contra fatum I. 896. B. et Contra Eunom. II. 310. A. S. Epiphanius Adversus haeres. I. 73. C. S. Chrysostomus Orat. VIII. in Pascha, V. 943. 12. Ioannes Philoponus De mundi creatione 113. B. Agathias 73. D. 117. A. *δι' ἀβελτηρίαν τρόπου* Eusebius Praeparat. Evangel. 312. D. ubi fortasse minus bene Vigerus, *ob insignem morum asperitatem:* malim, *amentiam,* vel, *animi insipientiam.* *Ἀβελτηρίαις* Concilium Oecumenicum VII. VII. IV. D 411. *οὐμενοῦν· οὐ γὰρ ταῖς τινων ἀβελτηρίαις κ. τ. λ. nequaquam: non enim quorundam ineptiis etc.* Male Harduinus in versione: *nequaquam enim quorundam profanationibus.* Scribunt tamen et nonnulli Patres *ἀβελτερία*, per *ε·* item Agathias, 24. C. et ipse Leo, 27. D. Adverbium *ἀβελτέρως, stulte,* in Lexicis omissum, habet Porphyrius De abstinentia 129. A. *οἱ δὲ περὶ τούτων ἀβελτέρως λέγοντες, qui stolidius his de rebus loquuntur.*

Pag. 15. *lin.* 1. *πρὸς τὴν τοῦ πόλου μεταβαίνοντος ἄντυγα*] Verti *poli formicem,* audacter Ennium secutus, quamvis improbante Cicerone De orator. III. 40.

Ibid. lin. 3. *ἐπιστίχως τε*] *Ἐπιστίχως, per ordines,* non invenitur in Lexicis: vox usitatior est *στοιχηδὸν*, quod vide infra 59. B. ex Agathia 23. C. *Ἐπίστιχος* adiective, quo utitur Leo statim post, habetur in Etymologico magno, unde Schneiderus sumsit. Sed in loco Theodori Abucarae Interrogat. II. contra Nestorianum 448. C. ubi cusum est, *ἐπετίμησαν τῷ τῆς αἱρέσεως αὐτῶν ὑπερασπίζοντι ἐξάρχῳ ἐπιστίχῳ τάξιν ἐπέχοντι*, quae ultima, P. 194 ut desperata, Turrianus in versione non attigit, emenda ex Cod. Regio optimae notae No. 1111. *ἐξάρχῳ, ἐπισκόπου τάξιν ἐπέχοντι, reprehenderunt antistitem, episcopi ordinem obtinentem, qui haeresim ipsorum defendebat.* Etenim qui Theodorum Abucaram ediderunt, siglam $\overline{\text{επισκ.}}$ qua *ἐπίσκοπος* exprimitur, non magis intellexerunt, quam qui in Concilio generali VIII. V. 1466. D. typis excuderunt, *τῆς βασιλευούσης ἐπισκοπῆς.* Corrige ex Photii Epistolis 5. A. *τῆς βασιλευούσης ἐπίσκοπος, episcopus reginae urbium,* hoc est, Constantinopoleos.

Ibid. lin. 21. *δίκην χειμερίων νιφάδων*] Confer Agathiam 101. D. Allusio ad illustre eloquentiae Ulysseae elogium Iliad. *Γ.*

222. ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν, multorum imitationibus celebratum, velut Lucian. Baccho III. 81. lin 48. et Demosthenis encom. 495. lin. 85. Nicetae Choniatae Manuele Comnen. 58. D. S. Gregor. Nazianz. Epist. CLXXXI. II. 892. B. τὸ δὲ ὑπὲρ τὰς χειμερίους εἶναι νιφάδας· quod Billius insulse reddidit, *alterum autem hiemes superet.*

B Nec tamen solum de flumine orationis νιφὰς adhibetur, sed in universum de rebus, nivium hibernarum ritu affatim accidentibus, cum proprie, tum figurate. Velut de lapidibus confertim aut proiectis, aut desuper deiectis, ex Iliade *M.* 156 et 278. Unde Euripides Andromach. 1130. de Pyrrho saxis appetito: Πυκνῇ δὲ νιφάδι πάντοθεν σποδούμενος. Et Aeschylus Sept. contra Thebas, v. 218. νιφάδος ὅτ' ὀλοᾶς νιφομένης· quod scholiasta tamen de telis interpretatur. Oratores quoque Christiani νιφάδας usurpant de lapidationibus in Sanctos factis. S. Gregorius Nyssen. De beatitudin. I. 833. C. χαίρει ὁ μέγας Στέφανος, καὶ οἷόν τινα δρόσον ἡδεῖαν προθύμως τῷ σώματι δέχεται τὰς ἐπαλλήλους τῶν λίθων νιφάδας. Et alibi, Orat. in S. Steph. II. 791. C. S. Gregorius Nyssen. de eodem, ὁ ταῖς νιφάσι τῶν λίθων κατα-

C χωννύμενος. Nec ullus hoc vocabulum plurali numero magis frequentavit quam S. Ioannes Chrysostomus: cuius rei licitum sit paulo plura afferre exempla, ut appareat, quam frequentes sint apud Patres priorum saeculorum imitationes Homeri. Adhibet igitur S. Ioann. Chrys. voc. νιφάδες de rebus iucundis, ut Homil. XXXII. in S. Matth. 370. A. ὑπὲρ γὰρ τὰς νιφάδας αὐτὸν ὑπέῤῥει τὰ θαύματα· vertit Arianus, *cum nivales imbres miraculorum superaret*: omissa a typographis voce *multitudine*. Vel ibid. Homil. XIV. 160. D. νιφάδας παρατρέχει σημείων, de Evangelista, multa Servatoris miracula silentio transcurrente: quod idem dicitur Comment. in Psalm. CXXXIV, I. 828. 27. παρατρέχει μυρίας νιφάδας θαυμάτων. Item de rebus mediis, praecipue de litteris, ut Epist. XIII, VII. 109. 4. πέμπε λοιπὸν ἡμῖν νιφάδας γραμμάτων· Epist. XL. 119. 37. πέμψαι νιφάδας γραμμάτων ἡμῖν· Epist. LXXX. 136. 23. νιφάδας ἐπέμψαμεν γραμμάτων· Epist. XCVII. 143. 22. νιφάδας ἐπιστολῶν· Epist. CV. 146. 24. κἂν νιφάδας σοι πολλάκις ἐπέμψαμεν ἐπιστολῶν· Epist. CVI. 147. 10.

D ὥσπερ νιφάδας πέμπων γραμμάτων· Epist. CXVI. 152. 13. νιφάδας ἂν ἐπέμψαμεν γραμμάτων· adde Epist. CXIX. 153. 12. Epist. CXXIII. 158. 14. Epist. CXXXVII. 165. 21. Tum maxime de rebus adversis, ut apud solum Chrysostomum (ex aliis exempla congerere non attinet) octodecies: Epist. ad episcopos et presbyt. in carcere inclus. IV. 600. D. βασάνων νιφάδες. Orat. *Quod qui iniuria etc.* VII. 46. 12. ἐπιβουλῶν νιφάδες. Orat. XLIV. *Non solum vero etc.* V. 294. 11. νιφάδων πυκνότερα περιειστήκει τὰ κακά. Orat. IX. in alteram ad Corinth. III. 598. 6. ὑπὸ τῆς νιφάδος τῶν κακῶν· ubi nota singularem numerum. Sed Homil. LXXVI. in

Matthaeum, 796. A. *νιφάδας τῶν κακῶν*, et Orat. XVI. in Epist. ad Roman. III. 135. 41. *νιφάδας κινδύνων*, plurali. Item Commentar. in Psalm. XLIII. I. 629. 14. *τὰς νιφάδας τῶν ἀποστολικῶν κινδύνων*· Oratione II. ad Theodorum laps. VI. 69. 25. *νιφάδες κολάσεων*· et Epistola III. ad Olympiadem, IV. 642. D. *λοιδοριῶν καὶ ὕβρεων νιφάδες*. Homil. XV. in Matthaeum 168. B. *μυρίαι νιφάδες λυπηρῶν*. Invenio quoque *νιφάδες πειρασμῶν* Orat. I. in alteram ad Corinth. III. 545. 41. Orat. II. in eand. 551. 15. Orat. XII. 614. 38. Homil. XXXIII. in Matthaeum 403. C. Porro *νιφάδες* P. 195 *τῶν δεσμωτηρίων, τῶν ἀπαγωγῶν, τῶν θανάτων, τῶν καταποντισμῶν, τῶν λοιπῶν πειρασμῶν*, Orat. in illud, *Ego Dominus Deus feci etc.* V. 168. 15. *νιφάδες στρατοπέδων*, Orat. III. in alteram ad Corinth. III. 565. 5. *φροντίδων* Ad Stelech. 154. 19. et Orat. XXV. in alteram ad Corinth. III. 679. 37. Rariore significatione vox sola adhiberi videtur pro *molestiis, aerumnis, tricis*, Commentar. in Psalmum XLIV. I. 64. ubi S. Chrysostomus sollicitudines atque curas matrimonii perstringens, velut *τέκνα, ἄνδρα, οἰκίαν, οἰκέτας, συγγενεῖς, κηδεστὰς, γαμβροὺς, ἔγγονα, πολυπαιδίαν, ἀπαιδίαν* . . . . . subiungit: *οὐδὲ γὰρ καιρὸς νῦν τὰς νιφάδας ὑπογράφειν τοῦ γάμου*. Nisi dicas, unum aliquem ex genitivis superius ascriptis librariorum culpa excidisse.

Pag. 16. *lin.* 2. *ἀμυντηρίων*] Ex Agathia 20. B. aut 102. A. *Ἀμυντήρια* notum est proprie esse arma tutoria, quibus vim propulsamus: vid. Lamberti Bos Ellips. graec. edit. Schaefer. 355. B. Deinde generatim quaelibet arma et figurate omne propriae defensionis causa institutum consilium. Minus nota significatione apud B auctt. Christianos *ἀμυντήρια* denotant instrumenta ea tortorum in quaestione, quae a Latinis *ungues* s. *unci ferrei* appellantur. SS. Phileae et Philor. Acta 158. B. *πληγὰς οἱ βασανισταὶ βιαίως σιδηροῖς προσήγαγον τοῖς ὄνυξιν. Οὐ μόνον γὰρ ταῖς πλευραῖς, ἀλλὰ καὶ παρειαῖς καὶ γαστρὶ καὶ κνήμεσι, προστάξει τοῦ ἀσεβοῦς, τοῖς ἀμυντηρίοις ἐκόλασαν.* Combefisius vertit, *flagris lacerabant:* quod paulo latius patet. Sumsit haec auctor anonymus ex Phileae Historia Martyrum, cuius fragmentum servavit Eusebius De incorporali anima 303. B. *οἱ βασανισταὶ οὐ . . ἐπὶ τῶν πλευρῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς γαστρὸς, καὶ κνημῶν, καὶ παρειῶν, τοῖς ἀμυντηρίοις ἐκόλαζον.* Qua in voce, *ἀμυντ.*, substantivum *ὄργανα* modo subintelligitur, modo additur. Acta S. Philoromi 154. A. *ἀμυντηρίοις ὀργάνοις — σφοδρῶς τὸ σῶμα ἀναμένουσι καταικίζεσθαι.* Sed in S. Cyrilli Hierosolymit. Catechesi 277. A. *τοῖς ὀργάνοις τούτοις ἀμυντηρίοις χρησώμεθα*, sunt *ὄργανα ἀμυντήρια* eodem C sensu quo apud auctores antiquos *arma defensoria*, non instrumenta tortorum. Quibus uncis ferreis flagellabantur dati in quaestionem, ad *mercuriolum* (vid. Reisk. Comment. ad Constant. Porphyr. Caerimon. aul. Byz. II. 71. C.) sive *ἑρμητάριον* suspensi. Sic enim legendum apud Theodorum Iconiensem De

SS. Cyrici et Julittae martyrio, 238. B. *κελεύει ἁρμενταρίῳ ἀναρτηθεῖσαν αὐτὴν εὐτόνως ξέεσθαι.* Emenda, *ἑρμηταρίῳ*. De quo vocabulo cum iam accurate disseruit Ducangius Glossar. col. 436. B. hic non est quod pluribus agamus.

Ibid. lin. 5. *παραβόλως*] Verti, *audacissime*, ut variarem phrasim: accuratius fuisset, *desperate*: quo sensu *παραβόλως* apud Ioseph. Antiquit. 208. C. *καλῶς ἀποθανεῖν, καὶ παραβόλως διακινδυνεῦσαι τοῖς πολεμίοις.* Item apud Plutarch. Philopoem. 358. C. Crasso 560. D. Apud eundem non invidiose, sed cum laude
D dictum, M. Anton. 926. B. *πρακτικῶς καὶ παραβόλως.* Plerumque tamen melius vertas *incaute, temere.* Ioseph. Antiquit. 675. D. *πεφυκότες εἶναι παραβόλως θρασεῖς.* De bello Iud. 870. F. *παραβόλως προκινδυνεύειν.* S. Chrysost. Orat. in epist. S. Pauli II. 65. 35. *ὁ παραβόλως ἑαυτὸν τοῖς κινδύνοις ἐκδιδούς.* Plutarchus Aristide 319. F. *πολλὰ κινουμένου τοῦ Θεμιστοκλέους παραβόλως.* Item Pomp. 627. C. *παραβόλως καὶ ληστρικώτερον αὐτῷ προσφερομένου* Ibid. 629. B. *κατήπειξε παραβόλως τὴν μάχην.* Porro Phocion. 744. B. Agide et Cleomen. 816. E. M. Antonio 935. E. Galba 1053. A. Interdum exponendum est, *summo cum discrimine.* Plutarch. Aristid. 323. C. *παραβόλως διὰ τῶν πολεμίων νεῶν διεκπλεύσας.* Catone mai. 343. D. *πολυπόνως καὶ παραβόλως.* Idem Pyrrh. 392. A. Lucullo 499. E. *ἀνελπίστως καὶ παραβόλως ἐξεσώθη.* Crasso 554. B. *παραβόλως τινὲς διεκπεσόντες.* Pompeio 638. A. *μόλις καὶ παραβόλως.* Catone minore 784. A. *παραβόλως κρατήσαντος.* Arato 1039. D. *ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀνέβη παραβόλως.* Alios aliorum locos vereor hic ascribere: quod vim vocabuli non magis illustrant, quam unius Plutarchi et Iosephi.
P. 196 Neque de voce *παραβολῇ*, a Stephano et Schneidero generatim, ab Ernestio Lexic. technologico 241. A. rhetorum sensu optime exposita, quicquam addam, praeter illud, loc. ubi occurrit Dionysii Halicarnassensis Arte rhetorica, V. 389. 9. levi correctione lucem afferri posse. Ait enim rhetor, in quibusdam causis iudicialibus supervacaneas esse narrationes, quando nimirum nemo est qui quo pacto res gesta sit aut nesciat aut in dubium vocet. Subiungit: *Οἷον ἀριστειῶν διηγήσεις, γελοῖα παντάπασιν· ὁμολογοῦνται γὰρ καὶ ἐκ παραβολῆς αἰτήσεις.* Novissima sic vertuntur edit. Reisk.: *in confesso enim est, quod ex comparatione.* Sed interpungendum post *γὰρ*, et verbum *ὁμολογοῦνται* per zeugma aut fig. *ἀπὸ κοινοῦ* referendum ad *ἀριστεῖα· ὁμολογοῦνται γὰρ, καὶ ἐκ παραβολῆς αἰτήσεις·* quod agitur de disceptatione inter duces duos, utri praemia virtutis tribuenda sint: res ab utroque bene gestas esse, nemo est qui ignoret: ut iudices iam non discere nunc demum eorum facta, sed componere inter se atque conferre debeant.
B Quamobrem interpretandum: *neque enim in dubium revocantur* [eorum praeclare facta], *sed postulationes per comparationem*

fiunt. Adiectivum παράβολος, *audax, temerarius*, habet Leo 12. C. παραβολώτατος 23. C.

Ibid. lin. 22. ἐκ τοῦ παρείκοντος] Ex Agathia 67. D. forma loquendi rariore: vid. Viger. De idiotism. ed. Hermann. 429. B. Παρείκω significare *cedo, concedo, permitto, notum* est. Inde phrases ἐκ τοῦ παρείκοντος et κατὰ τὸ παρεῖκον, *pro facultate.* Philo De vita Mosis 530. A. ἔθος γὰρ ἦν, ἀεὶ μὲν κατὰ τὸ παρεῖκον, προηγουμένως δὲ τοῖς ἑβδόμαις, ὡς ἐδήλωσα καὶ πρόσθεν, φιλοσοφεῖν. Ubi Sigismundus Gelenius in versione κατὰ τὸ παρεῖκον omnino non expressit: Thomas Mangey editione Anglicana II. 167. 47. reddidit, *quandocunque commodum esset.* Plutarchus De liberis educandis 8. A. τῆς φιλοσοφίας ἀντιλαμβάνεσθαι κατὰ τὸ παρεῖκον τῶν καιρῶν. Utitur quoque Agathias, 150. D. De simili phrasi, παρείκοι ὅποι, *quacunque dabitur occasio*, a verbo παρίημι, alii commode exposuerunt: utitur Leo 6. A. 71. D. ex Agathia 126. D. 143. B. 168. C. qui ipse habet, opinor, ex Thu- C
cydide 173. A. Ὅπη δὲ παρήκει male impressum est apud Cedrenum, II. 667. C. κατὰ τὸ παρῆκον [sic] apud Agathiam, 98. C.

Ibid. lin. 23. πρὸ τοῦ ἄστεος διεχείμαζεν] Hac ipsa hieme, h. e. exeunte anno 960, aut ineunte 961, abbas monasterii S. Pauli in monte Latro, prope Miletum, ad Nicephorum videtur in Cretam transmisisse, questurus de obstinatione monachi cuiusdam: ut docemur ex Vita S. Pauli Latrensis ms. quam Harlesius Bibliotheca Graeca X. 307. A. a Nicephoro Blemmyda compositam ait. Hanc vitam, cum et accurate sit perscripta, et res contineat ad geographiam historiamque illorum temporum noscendam utiles (Paulus enim Latrensis vita excessit a. 956, triennio ante obitum Constantini Porphyrogeniti, unde historiam orsus Leo est), in volumen aliquod subsequens totam referam: hic subiiciam, *) quae ad Nicephorum Phocam pertinent. Demonstraverat auctor, S. Paulum Latrensem vel post mortem ad opem eius confugientibus auxilium tulisse. Inde pergit: Ὥσπερ δὲ τούτοις ἵλεως, οὕτως D
ἀπ' ἐναντίας ἀδικοῦσι καὶ πονηρευομένοις φοβερός τε, καὶ τὴν παιδείαν ἀπαραίτητος. Μαρτύριον τοῦ εἰρημένου σαφὲς ὁ τοῦ μοναχοῦ Ἰγνατίου, ᾧ Χαρζανᾶς ἡ ἐπωνυμία, χαλεπὸς καὶ οἰκτιστος θάνατος. Οὗτος γὰρ, εἷς τῶν μοναχῶν ὤν, μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς ἐκδημίαν ἀποστὰς τῆς Λαύρας, κατὰ τῆς Λαύρας ὡπλίσατο· ὡς μὲν ἐκείνῳ δοκοῦν, ἐπὶ προφάσει δικαίᾳ· ὡς δὲ τῇ ἀληθείᾳ πάλιν, κακοήθως ὅλως, καὶ φιλαρχίας μανικῷ ἔρωτι. Ὁ γοῦν τῆς Λαύρας τότε προεστηκὼς, ἀπαγορεύσας πρὸς τὰ ἐκείνου κακὰ καὶ τὴν βασκανίαν, τά τε ἄλλα ἐποίει τῶν ἀπορίᾳ καὶ λύπῃ κατειργασμένων, καὶ δὴ καὶ πρὸς τὸν τῆς βασιλείας οὐ πολλοῖς μετὰ ταῦτα χρόνοις ἐπιλαβόμενον Νικηφόρον, κατὰ τῆς Κρήτης ἤδη ἐπιόντα, ἀπῄει, ἐντυχεῖν ἐκείνῳ βουλόμενος, κατὰ [l. καὶ τὰ] τοῦ Ἰγνατίου

*) Ex cod. Coislin. 148. Fol. 81. *verso.*

χαλεπὰ ὅσα ἀναδιδάξαι, εἶτα καὶ ἐκδικίαν αἰτήσασθαι παρ' αὐτοῦ, καὶ τὴν τοῦ κακοῦ λύσιν. Τούτῳ καθεύδοντι ἐπιστὰς ὁ μέγας ἠπείλησέ τε ἐμβριθῶς, καὶ τῆς ὁρμῆς ἔστησε, καὶ εἰς τὴν Λαύραν ἐκέλευσε τὸ παραχρῆμα ἐπανελθεῖν, Ἐγὼ, προσθεὶς, τὰ τοῦ Ἰγνατίου, ᾗ προσήκει, διώκησα. Οὐκ αὐτῷ δὲ μόνῳ, ἀλλὰ καὶ τῷ συνοδεύοντι μοναχῷ ἴσοις ἐπιφαίνεται τοῖς ὀνείροις. Ἀλλ' ὅπερ ὁ
P. 197 ἅγιος διοικηθῆναι, ὡς προσῆκον [l. προσῆκεν], ἔφη, ἄγριός τις καὶ ἰταμὸς ἄνθρωπος, πορευομένῳ συναντήσας τῷ Ἰγνατίῳ, εἰς μέρη τε καὶ μέλη διατέμνει τὸν ἅθλιον· ἔπειτα καὶ τὴν κεφαλὴν ἐπιθεὶς λίθῳ, καὶ ἑτέρῳ βαρεῖ συντρίψας τε καὶ συνθλάσας καὶ ὅλην ὅλως καταλεάνας ἀπιὼν ᾤχετο, καὶ ἀχείρωτος εἰς δεῦρο κατέστη. Hoc est: *Ut autem in illos propitius, sic rursum iniustis perversisque terribilis, et ad correctionem implacabilis. Cuius rei argumentum est Ignatii monachi, qui Charzanas cognominabatur, acerba et miseranda mors. Hic enim, cum in numero monachorum esset, post sancti Patris excessum a laura deficiens, adversus illam arma sumsit: ut ipsi quidem videbatur, praetextu iusto; re vera autem, perverso prorsus animo, et dominandi insano amore ductus. Qui ergo laurae tunc praeerat, perculsus malitiis atque simultate eius, tum alia fecit quae inopia et moerore oppressi solent, tum ad Nicephorum, qui rerum haud multo post potitus est, iam in Cretam profectum, se contulit, alloqui eum cupiens Ignatiique quam graves iniuriae essent commemorare, tum vindictam ab eo malique finem exposcere. Huic dormienti se offerens Sanctus comminatus est graviter,*
B *eiusque impetum repressit, ad lauramque iussit evestigio redire.* Ego, *inquit*, de rebus Ignatii, quantum attinet, providi. *Neque huic solum, sed comiti quoque itineris, monacho, somnio simili visus est. Quod vero Sanctus se, quantum attinuisset, providisse dixit, agrestis quidam et ferus homo, Ignatio in itinere occurrens, in frusta membratim concidit miserum: deinde caput quoque lapidi impositum altero ponderoso ita contrivit atque comminuit, ut totum penitus complanaret: quo peracto aufugit, neque ad hunc diem captus est.* Sequentia, ut aliena ab expeditione Cretica Nicephori, ad illum, ut dixi, Tomum reiicio, quo vitas Sanctorum alias complures, cum ad haec tum ad Iconoclastarum tempora pertinentes, sum prolaturus. Praeterea agunt de hoc bello Cretico auctores duo: alter Simeon Logotheta in Chronico edit. a Combefis. Scriptorr. post Theophan. 401. A — 498. D: alter Anonymus, quem sub Iulii Pollucis nomine primum Ioann. B. Bianconius, Bononiae 1779. Fol. deinde Ignatius Hardt,
C Monachi et Lipsiae 1792. 8. ediderunt: vide Harles. Bibl. Graec. VI. 144. *i*). Sed in utriusque cum Bianconii tum Hardtii editione Iulius Pollux desinit sub initiis Gratiani Aug.; in Codice Vatican. No. 163. non modo totum Gratiani regnum, sed res etiam imperii Orientalis persequitur, ad medium usque saeculum X. triplo fere

amplior quam editiones. Quapropter hoc Chronicon vereor ne sit ab Hardtio perperam Iulio Polluci attributum. Hunc Pollucem enim multo esse saeculo X. antiquiorem constat vel ex nomine; Chronicon autem, sive verba sive sensa respicias, ut ab ingenio temporum Tzimiscianorum proxime abest, ita a saeculo Iustinianeo, nedum Theodosiano, est alienissimum. Quae tamen in hoc Chronico, quod anonymi potius dixerim, de expeditione Cretica referuntur, ideo hic non subiicio, quod nihil fere ibi sit, quin item apud Simeon. Logothet. 498. A. B. et incertum Continuator. 297. C. D. legatur.

IN LIBRUM II.

Pag. 17. *lin.* 7. *Χαμβδᾶν, ὁ τῶν — ἀρχηγὸς*] De hoc Seïf- P. 198
eddaula sive Abulhasan Ali, Hamdani ben-Hamdun nepote, vide observationem in summi viri Silvestri de Sacy Chrestomath. Arabica III. 110. C. Graeci Chambdanum vocant, gentilitio nomine, quod ipsum tamen varie scribitur, cum apud alios auctores, tum vel in Codice nostro. Velut Χαμβᾶν hoc ipso loco, 10. A. *Χαμβὰν* 22. B. *Χανδὰν* 10. C. 12. A. Χαμδὰν 13. D. *Χαμβδὰν* 11. C. 13. B. 14. B. *Χαμβδᾶν* 13. A. Zonaras II. 197. A. B. habet *Χαμαδᾶν* (sed Codex Reg. 1715. *Χαμδᾶν*). Simeon Logotheta 498. D. *Χαμβδά*· Michaël Glycas 304. D. *τὸν Ἀποχανδᾶν* [*sic*]. Cedrenus *Χαβδὰν* II. 642. D. 643. C. 645. B. In Codice tamen Scylitzae Sangermanensi bonae notae, unde multa Cedreni loca B
emendari possint, legitur ubique *Χαμβδᾶν*· itemque in Nicephori Phocae Tacticis edit. huius pag. 184. lin. 13. et pag. 191. lin. 15. quam scriptionem ubique secutus sum.

Pag. 18. *lin.* 3. *πρὸς αὐτοῦ τὸν καιρὸν εἶναι*] *Πρὸς αὐτοῦ εἶναι* dixerat iam Agathias 21. A. et 26. D. Similem phrasin habet Plutarchus M. Bruto 990. B.

Ibid. lin. 10. *Λέοντα τὸν Φωκᾶν*] Leonis Phocae contra Chambdanum expeditio incidit in a. 961, quo ipso tempore frater eius Nicephorus Candiam expugnavit. Vide Pagi Critic. ad Annal. Baron. III. 875. D.

Pag. 19. *lin.* 3. *ἔγνω μὴ ἐς προῦπτον κίνδυνον φέρων ἐνσεῖσαι αὐτόν τε καὶ τοὺς συνεπομένους*] Dicas Leonem expressisse haec Plutarchi, Caesare 741. C. *ἔῤῥιψε φέρων ἑαυτὸν εἰς τὸν κίνδυνον*· elegantia vero non opportune esse usum. Nam constructio postulare videtur accusativ. *φέροντα*· participium autem *φέρων* hoc sensu rarissime aliter quam nominativo singularis et pluralis reperitur. Vide exempla ab Hemsterhusio collecta in copiosa disputatione ad Lucian. I. 349. quibus, praeter ea Plutarchi, quae C
ibi enotavit, haec nova indidem adiiciam: Themistocle 124. A. *φέρων ὑπέθηκεν ἑαυτόν.* Pericle 159. B. *ἐπιβολὰς — ἐνέβαλε φέ-*

ρων εἰς τὸν δῆμον· Fabio Max. 177. C. ἐμβάλλουσιν αὐτοῦ τὴν δύναμιν φέροντες· Demetr. 914. F. φέρων ἑαυτὸν εἰς πότους — κατέβαλλε. Laconic. Institutis 238. C. τὴν κιθάραν αὐτοῦ προσεπατάλευσαν φέροντες. Idem iungit verbo ἐνσείω, ut fit loco nostro. Phocion. 751. F. ὡς δὲ φέρων ἐνέσεισεν — τὴν πόλιν εἰς τὸν Ἑλληνικὸν πόλεμον. Quibus in exemplis, tum in aliis, quae hic ascribere non attinet, solum nominativum vides adhiberi: item, ni fallor, in illis quae viri docti collegerunt ad Idiotism. Viger. 352. 593. 663. 758. ubi tota haec quaestio erudite illustratur. Adde, φέρων sequenti imperativo adhortantis esse, ac significare, *age*, *eia*. Philo apud Euseb. Praeparat. Evangel. 345. B. καί μοι φέρων λέγε, *dic amabo te*. Origenes Philocalia 89. A. ubi Tarinus
D vertit, *age, responde*. Porphyrius Vita Plotini 17. C. Nam habet participium φέρων eandem vim adhortandi, quam imperativus φέρε in φέρε εἰπεῖν. Quod significare, *fac dicamus*, h. e. *verbi causa, exempli gratia*, quis est qui nesciat? Tametsi in eo offendit homo cumprimis acutus Kusterus ad Suid. I. 20. A. ὅταν, ᾧ μὲν λυσιτελὲς τὸ καθέζεσθαι, καθέζηται· ᾧ δὲ ἀνακεῖσθαι, ἀνάκειται· τῷ πυρέττοντι φέρε εἰπεῖν. Ad quae annotavit: *Loco huic aliqua desunt, et ultimis verbis istis nullus omnino sensus inest: quae ratio est, quare ea in versione praeterniserim.* Sed agitur de categoria Aristotelica nona, quae est positionis, *cum*, ait Suidas, *sederit, cui id expedit; et cubuerit, cui cubare expedit. Febricitanti, verbi gratia.* Nempe, λυσιτελές ἐστιν eiusmodi homini τὸ ἀνακεῖσθαι, sicut scribenti v. c. sedere. Alios verbum φέρω in fraudem impulit, quod confuderunt cum Latino *auferre*. Velut Robertum Balforeum in Gelasii Cyziceni Historia Concil. Nicaeni I. 358. C. τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἀναλαβὼν καὶ τὰς νόσους φέρων· *infirmitatem nostram* [sic] *suscipiens, et morbos auferens*. Verte, *et morbos ferens*. Est allusio ad Isaiae LIII. 4. ubi Vulgata: *Languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit*. Ἐνέσεικας eodem sensu quo nostro loco adhibetur 72. D.

Ibid. lin. 12. Hic locus: *Hunc Leonem* usque ad finem capitis a Combefisio conversus, servatus legitur apud Pagium III, 876.
F. 199 *Pag.* 20. *lin.* 8. *Οὕτω δὴ γνωσιμαχήσαντι — ἐπῆλθε*] Apud Agathiam προσῆλθε, 56. D. in phrasi quam Leo respexit.

Ibid. lin. 9. *καὶ λόγοις ὑπαλεῖψαι τὴν στρατιὰν*] Confer Agathiam 27. B. Ὑπαλείφειν metaphorice dici pro *incitare, concitare*, iam Stephanus monuit in Thesauro. Addam, eleganter usurpari de vaporibus, qui rigant atque humectant. Sic S. Gregorius Nyssen. De hom. opificio I. 69. A. membranam cerebrum abire, περιπτυσσομένην ἐν ἑαυτῇ τὸν ἐγκέφαλον, καὶ τοῖς ἐκεῖθεν ἀτμοῖς ὑπαλειφομένην. Idem ibid. 134. C. ἡ ἀπ' ἐκείνου ἀνάδοσις ὑπαλείφει τὸν περιεκτικὸν τοῦ ἐγκεφάλου ὑμένα. Unde metaphorice sicut *imbuere* apud Latinos. S. Ignatius Epist. 19. A. ἐμὲ γὰρ

ἔδει ὑφ' ὑμῶν ὑπαλειφθῆναι πίστει, νουθεσίᾳ, ὑπομονῇ. Ita enim arbitror veram esse lectionem. Vetus interpres videtur legisse ὑπολῃφθῆναι· vertit, *me enim oportuit a vobis suscipi*. Simplex ἀλείφειν pro *incitare* habet vel Cedrenus II. 678. D.

Ibid. lin. 13. Ἅπαν μὲν τὸ καθ' ἡμᾶς] Quae Leo Phocas hic concionatur, imitatio sunt orationis Belisarii ad exercitum, apud Agathiam 161. C. B

Pag. 21. *lin.* 5. ἀξιόμαχον] Reddidi *firmissimum:* fortasse rectius *parem.*

Ibid. lin. 19. δουλοῦσθαι εἴωθε τὰ πολέμια] Leo frequentat utrumque, πολέμιος et πολεμικός. Ἀγαθὸν τὰ πολέμια 20. C. 23. B. (ex Agathia 17. A. 25. B. 30. D.) αὐτουργόν τε τὰ πολέμια 12. A. δραστικώτατος τὰ πολέμια 54. D. ἐξήσκει τὰ π. 22. B. νεανικοὺς τὰ πολέμια 52. B. Dionysius quoque Halicarnassensis dixit τὰ πολέμια δεινὸς, De Lysia 5. 481. A. Contra πολεμικὰ Leo 3. D. bis: 14. C. 31. B. 39. A. 75. C. Πολέμια Agathias, quem noster imitatur, saepe (ut nunc quidem sunt edd.) adhibet, 19. B. 31. A. 56. B. 60. B. 73. C. 92. A. 105. B. 117. B. 159. C. 161. B. 162. A. πολεμικὰ rarius, 130. B. 160. A. Caeterum locus communis apud Leonem commodius sic reddatur: *Saepe enim res hostium impr. inc. percelluntur, repentinisque aggressionibus franguntur elati atque impotentes animi.* In versione secus est. C

Pag. 22. *lin.* 10. τὰς ἐπεξελάσεις ἐποιεῖτο] Voces ἐπεξέλασις et ὑπεξέλασις non sunt in Lexicis: hac utitur Leo 12. D. illa hic et 32. A. 45. B. C. 77. C. 82. B. Παρεξελαύνω 92. B. et 94. C. Τὰς ἐπελάσεις ἐποιοῦντο habet Agathias 25. A. 33. C.

Ibid. lin. 12. πῇ δὲ προοδεύων] Verbum προοδεύω miror item in Lexicis omissum, cum utantur, praeter Leonem h. l., scriptores bene multi. S. Ioannes Chrysost. In nativitat. praecursoris VII. 393. 27. ὁ Ἰωάννης προοδεύων τοῦ Κυρίου. S. Basilius Non adhaerendum esse rebus saecular. I. 569. C. οἱ δὲ προοδεύσαντες ἀνέμενον τὸν φυτεύσαντα. Quae ipsa verba iterat Nicetas Heracleae metropolita Catena in Iob 608. C. Item participio προοδεύων Germanus Cpolitanus Orat. in S. crucem 320. B. Frequentius tamen usurpatur participium praeterit. act., velut a Luciano Hermotim. I. 815. 23. ἠκολούθει τοῖς τῶν προωδευκότων ἴχνεσι. Unde fortasse S. Gregorius Nyssenus In Cantic. Canticor. I. 501. A. τοῖς ἴχνεσι τῶν προωδευκότων ἑπόμενος· et Eusebius Histor. Ecclesiast. 4. A. ἀνθρώπων γε μὴν οὐδαμῶς εὑρεῖν οἷοί τε ὄντες ἴχνη γυμνὰ, τὴν αὐτὴν ἡμῖν προωδευκότων ὁδόν, se conscribentem historiam ecclesiasticam novum neque ulli antea tentatum iter ingressum (minus opinor accurate: quandoquidem primus historiam ecclesiasticam condidisse S. Lucas dici potest, inde ab ortu Christi, quae historia ipsius Evangelio et Actis Apost. continetur). Participium προωδευκὼς pluraliter apud S. Gregorium Nyssen. De beatitudin. 813. D. τινὸς τῶν προωδευκότων· et In D

laudem fratris Basilii II. 914. D. *τῶν ἐν ἀρετῇ προωδευκότων*. Numero singulari Eusebius Demonstrat. Evang. 187. D. *τὸν προωδευκότα τοῦ Χριστοῦ*. Participium perf. pass. ibidem 125. B. *πρὸς τὰ προωδευμένα, ad ea quae antecesserunt*. Alias Leo eodem sensu ait *προπορεύομαι* 4. A. 79. B. 81. D. 95. D. *προηγοῦμαι* 95. B.

Pag. 24. *lin.* 6. *Ἀλλ' οὕτω μὲν ὁ στρατηγὸς Λέων τὴν Ἀσίαν ἔσωσε*] Huius praelii meminerunt et Nicephor. Phocas Tactic. supr. 123. B., et Anonym. inedit. *), quem Iul. Pollucem dicunt (vid. sup. 197. B.) in hunc modum: *Ὁ δὲ πατρίκιος Λέων καὶ*
P. 200 *Δομέστικος τῆς δύσεως, ὁ ἀδελφὸς τοῦ μαγίστρου Νικηφόρου, ἐπέμφθη παρὰ τοῦ βασιλέως εἰς τὴν ἑῴαν, ἀντιπροσωπῶν τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, διὰ τὸ μὴ εὑρεῖν τὸν ἄθεον Χαμβδᾶν ἀσκέπαστον τὴν ἀνατολήν, καὶ πραιδεῦσαι καὶ αἰχμαλωτίσαι αὐτήν. Καὶ δὴ ὁ πατρίκιος Λέων τῷ πατρικίῳ καὶ στρατηγῷ Καππαδοκίας Μαλεΐνῳ καὶ τοῖς λοιποῖς στρατηγοῖς ἑνωθεὶς, καὶ μαθὼν ὅτι ὁ Χαμβδᾶν ἐξῆλθε κατὰ Ῥωμαίων, κουρσεύων καὶ αἰχμαλωτίζων ἀφειδῶς, ἐπισυνάξας τὸν ἅπαντα λαὸν αὐτοῦ, ἐκράτησε τὴν κλεισοῦραν τὴν οὕτω καλουμένην Κύλινδρον. Ὑποστρέψαντος δὲ ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας τοῦ ἀλαζόνος Χαμβδᾶ, καὶ ἐν τῇ τοιαύτῃ κλεισούρᾳ εἰσελθόντος, πολέμου κροτηθέντος ἡττήθησαν οἱ Ἀγαρηνοί· καὶ ἦν ἰδεῖν αὐτοὺς ἀναιρομένους, καὶ τοὺς νεκροὺς σκυλευομένους. Μικροῦ δὲ δεῖν καὶ αὐτὸς ἂν ὁ Χαμβδᾶς ἐκρατήθη. Πάντα δὲ τὰ ἐν τῷ πολέμῳ κρατηθέντα λάφυρα, μετὰ καὶ τῶν ζωγρηθέντων ἀρνητῶν τοῦ Χριστοῦ **), τὸ Βυζάντιον ἀπηνέγκατο, καὶ ἐν τῷ θριάμβῳ διεβίβασεν*. Eadem fere incertus Continuator Scriptt. post Theophan. 299. D. 300. A. B. quo eos qui Latina versione aegre careant reiicio: ibi pugna *εἰς τὸν τόπον Ἀνδρασσὸν λεγόμενον*
B commissa dicitur. Idem nomen habet Cedren. II. 643. C. Scylitza ms. *Ἀδαρασσῷ*. De eodem praelio Abulpharagius Histor. dynast. 313. A. edit. Pocock.

Ibid. lin. 9. Initium huius capitis usque ad verba: *contra oppidum proficiscitur* a Combefisio versum apud Pagium III. 875.

Ibid. ead. lin. Νικηφόρος δὲ ὁ Φωκᾶς] Candiam expugnavit Nicephorus a. 961, ut docet Pagius l. c. A. Sub idem tempus Basilii Petini in Romanum Imp. coniuratio deprehensa est, de qua Cedren. II. 644. B.

Ibid. lin. 14. *verna paulatim tempestate ex hiberna mutante ac apparente*] Ea retinui ex Combefisiana versione apud Pagi III. 875. B. sed quis nescit *χειμερινὴν τροπὴν brumam* esse? ut ideo ad verbum sit: *verna tempestate ex bruma paulatim emergente*.

Ibid. lin. 18. *εἰς πλαίσιον τὰς δυνάμεις συνέταττε*] Agathiae dictio 25. A. De variis significationibus vocis *πλαίσιον* Salmasius

*) Cod. Vat. No. 163. fol. 60 *verso*.

**) Adde *εἰς*.

De re militari Romanor. 118. C. ego verti ut Xylander illa Plutarchi M. Anton. 935. D. *ἐν πλαισίῳ τὸν στρατὸν ἦγε, processit quadrato agmine.* Habet etiam Synesius edit. Petav. 245. B. Eandem vocem restitue S. Ephraimo Syro De iudicio III. 404. B. C *ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἐνίοτε μὲν ἐν πολέμῳ παρὰ τῶν ὑπ' ἐναντίων* [l. *ὑπεναντίων*] *ταραχθέντων, τῷ δὲ τοῦ πλουσίου σχήματι, ὅπερ ἐστὶν ἐπὶ μῆκος τετράγωνον, εὐθέως ἀσφαλιζομένων.* Inepte interpres: *qui aliquando in bello ab adversariis turbantur, figura autem divitis, id est signi crucis, quae est in longitudine quadrata, statim protecti* etc. Lege, *τῷ δὲ τοῦ πλαισίου σχήματι·* et fort. deinceps, *ὅπερ ἐστὶν ἐπίμηκες τετράγωνον.* Apud Plutarchum De solert. animal. 979. F. sensu adhibetur insolentiore de thynnorum natantium ordine, cubi formam referente: *ἀεὶ τὸ πλῆθος τῷ σχήματι κυβίζουσι, καὶ στερεὸν ἐκ πάντων ποιοῦσιν, ἓξ ἴσοις ἐπιπέδοις περιεχόμενοι* [id Xylander mire vertit, *universis in sex planas superficies distributis:* sensus est, *sex superficiebus aequalibus circumclusi:* continetur enim cubus superficiebus sex] *· εἶτα νήχονται τὴν τάξιν οὕτω τὸ πλαίσιον ἀμφίστομον διαφυλάττοντες.* Ubi certe non pro quadrato oblongo sive rectangulo, quod aiunt, sed pro quadrato perfecto aut cubo quaquaversus versatili accipiendum videtur. D

Pag. 25. *lin.* 1. *τὸ ἰταμὸν ἐκεῖνο γύναιον — τὸν χιτωνίσκον παρὰ τὸ μέτριον ἀνασεσυρκὸς*] Rem similem accidisse Manueli Comneno Imp. Zeugmen oppidum oppugnanti Cinnamus auctor est Histor. 142. C. *γύναιόν τι — τὰ ἱμάτια κόσμῳ οὐδενὶ ἀνασείρασα* [l. *ἀνασύρασα*] et quae sequuntur.

Ibid. lin. 5. *τὸ ἀκόλαστον γύναιον, καὶ χαμαιῤῥιφὲς*] *Χαμαιῤῥιφὴς* [sic analogiam secutus scripsi: in Cod. et hic et 71. C. exaratum est uno ῥ] primus in Lexica nostra vir eruditionis summae Schneiderus recepit, 636, ex Suida III. 552. C. Aliae auctoritates vocabuli sunt S. Gregorius Nyssenus Contra Eunom. II. 121. C. *τὰ χαμαιῤῥιφῆ τῶν δογμάτων.* Contra Eunom. III. 161. C. *τὸ χαμαιῤῥιφές τε καὶ γήϊνον τῶν τῆς αἱρέσεως δογμάτων.* S. Nilus Epist. I. 20. B. *χαμαιριφεῖς* [sic] *τινες γενόμενοι ὤφθημεν.* Anonymus Actis SS. Philoromi ac Phileae 178. A. *αὐτὸν χαμαιῤῥιφῆ ἐπ' ὀξέσιν ὀστράκοις.* Confunditur, ut recte observat Schneiderus, cum *χαμαιῤῥεπής.* Velut Origen. Caten. in Psalm. I. 819. P. 201 A. Balthasar Corderius vertit, *humi-reptiles facti sumus:* in Graeco est, *χαμαιῤῥιφεῖς γεγενήμεθα.*

Ibid. lin. 8. Inde a vbb. *Iam vero acri* denuo Combefisiana.

Ibid. lin. 19. *λιθοτόμα ὄργανα φέροντες*] Confer Agathiam 21. A. *ὄργανα φέροντες λιθοτόμα*, et quae sequuntur.

Pag. 26. *lin.* 3. *ὕλην τε ταχυδῃ*] Codicis lectionem *ταχυδαιῇ* in textu expressi, iota subscripto, quod in libris veteribus vel omittitur omnino, vel, ut hic, adscribitur. Vox *ταχυδῃς,*

quam alias nusquam legere memini, Agathianae est proprietatis 21. C.

Ibid. lin. 20. *οὐκ ἔφθη ἐκθερίζειν*] Oportebat *ἐκθερίζων*, vel potius *ἐκθερίσας*· sed hic Leonem in culpa arbitror: lin. 23, ubi in Cod. est *ἀνετείχιζε*, fere credam scripsisse *ἀνεχαίτιζε*. Certe *ἀναχαιτίζειν τὴν ὁρμὴν* 23. D. 84. C. *ἀναχαιτίζοι τὴν ἔφοδον* 20. D. *τὰς ἐφόδους* Nicephorus Imp. Tactic. supra 117. A. Est verbum Demosthenicum, saepe ibi notatum a criticis veterum. Vid. Maussac. ad Harpocrat. 42. C.

B *Pag.* 27. *lin.* 14. *μηδέν τι τῶν ἀπευκταίων καθυπομείνασαν*] *Καθυπομένω* adiunge Lexicis ex hoc loco eque altero 20. B. Addam auctoritates quantaecunque sunt Anonymi De Vita S. Chrysostom. VIII. 371. 9. *ἑκούσιον τὴν βίαν καθυπομένοντας*· et S. Gregentii Tephrensis Disputat. cum Iudaeo 177. A. *εἰς τὸ ζωοποιὸν ὄνομα τῆς ἁγίας τριάδος καὶ χείρονα τούτων καθυπομένουσιν.*

Pag. 28. *lin.* 8. *τὴν νῆσον ἐξημερώσας ἅπασαν*] Inde colligas Leonem credidisse, occupatam pacatamque fuisse totam insulam a Nicephoro, priusquam discederet. Contra Zonaras ait II. 197. A. nisi Nicephorus intempestive revocatus esset ab Imp., fortasse tunc insula penitus recipi potuisset, *τάχα τέλεον ἂν ἡ νῆσος Ῥωμαίοις ἐπανασέσωστο*, vel, ut habet Cod. Reg. 1715. *ἡ νῆσος δεδούλωτο.* Zonarae videtur suffragari Glycas Ann. 304. B.

Ibid. lin. 11. *ἀνέπλει πρὸς τὸ Βυζάντιον*] Contra Zonaras auctor est II. 197. B. neque situm eum esse tunc reverti Constantinopolim, nec nisi post obitum Romani Imp. triumphasse 198.
C A. a Theophanone Augusta accersitum. Cum Zonara facit Glycas 304. D. cum Leone Manasses Chronic. 115. B. Utrorumque sententiam acute conciliare conatur vir sumus Ph. Krug *Chronolog. der Byzant.* 314. B.

Ibid. lin. 13. *θρίαμβον ἐπὶ τοῦ θεάτρου κατήνεγκε*] De expugnatione Candiae Nicephoriique Phocae triumpho subsecuto haec habet Anonymus extrema parte ineditus, quem Iulium Pollucem dicunt: *Ὁ δὲ Μάγιστρος Νικηφόρος ἐπὶ μησὶν ὀκτωκαίδεκα ἢ καὶ πλέον* [hic est lacuna in Cod. omissis fortasse vocc. *παρακαθίσας παρά*· vide Incert. Continuat. 300. C.] *τὴν Κρήτην, καὶ τῶν τροφῶν* [iterum lacun.: l. *τοῖς*] *Κρητικοῖς ἐλλειψάντων* [sic Cod.], *τὸ κάστρον πολεμεῖν ἤρξατο· καὶ τοῦ πολέμου κορυφουμένου, πολλοὶ τῶν Κρητικῶν αὐτόμολοι πρὸς τὸν Μάγιστρον ἀφικνοῦντο. Ἐντεῦθεν τοῖς βαρβάροις θάμβους ἐπιπεσόντος καὶ δέους, μετὰ βραχὺ τὸ κάστρον παρέλαβε· καὶ ἦν ἰδεῖν τοὺς Κρῆτας συνάμα τῷ*
D *ἑαυτῶν ἀμηρᾷ Κουρουπᾷ καὶ γυναιξὶ καὶ παισὶ καὶ λαφύροις ὁδυρομένους καὶ στένοντας, καὶ διὰ μέσης θριαμβευομένους τῆς Κωνσταντινουπόλεως, μέχρι τοῦ ἱππικοῦ. Ὁ δὲ βασιλεὺς τὸν Μάγιστρον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ τὰ μέγιστα φιλοφρονησάμενος, καὶ αὖθις ἐπὶ τὴν ἑῴαν ἐξέπεμψεν.* Eadem fere apud Incert. Continuat. Scriptt. post Theoph. 300. C. D. et in Cedren. II. 643. B. Confer

quoque Expugnationem Cretae Theodosii Diaconi a Fogginio editam Append. Corp. Hist. Byz. 351—390.

Ibid. lin. 18. *χρυσῷ καὶ λίθοις*] Combefisius III. 875. post *χρυσῷ* addidit: *et margaritis.*

Pag. 29. *lin.* 3. *Θριαμβεύσαντι δὲ τῷ Νικηφόρῳ*] Gesta sunt quae sequuntur a. 962: vide Pagium Critic. ad Baron. IV. 3. C. Eadem tempestate Romanum Saronitam Magistrum saeculo renunciasse Cedrenus auctor est Hist. II. 644. B. Ubi ex optimo Cod. Scylitzae lege *ὡς ἐβούλετο*, non *ὡς ἐβουλεύετο*, ut est in cuso. Paulo post, C. lin. 6. de Philoraeo, qui per circum eques currebat *ἐπὶ τῆς ἐφεστρίδος ἱστάμενος ὄρθιος*, male Xylander, *iniecta veste — ei insistebat rectus:* indeque Le Beau, homo non infans, neque indoctus, sed qui multo magis ex versionibus quam ex ipsis auctoribus historiam conflabat, *Hist. du Bas-Emp.* XVI. 81. B. *sans selle ni housse que son habit, dont il avoit couvert le cheval.* Imo vero, *se tenant debout sur la selle*, ut recte intellexisse videtur Levenklavius ad Glycam 304. C. Etenim *ἐφεστρὶς* P. 202 apud scriptores medii aevi est *stratum equestre, sella:* ideoque bene l. cit. scholiola ad oram Cod. Scylitziani quem dixi: *ἐπὶ τῆς σέλλας.* Neque melius Xylander haec Cedreni 671. A. *τὴν ἐν τῇ ἐφεστρίδι παρωρημένην* [l. *παρηωρημένην*] *κορύνην*, *clavam quam sub paludamento pendentem ferebat:* scribe *clavam ad sellam suspensam*, quod vel ipse Xylander quasi per caliginem suspicatus est, in annotationibus 25. D. Aeque male Hieronym. Wolfius in Niceta Choniat. 41. A. *ταῖς ἐφεστρίσιν — ἐποχούμεναι*, *super palliis equitantes:* inferius tamen, 297. C. *ὡσείπερ τῇ ἐφεστρίδι ἐμπεπερώνητο*, recte, *quasi fibulis sellae affixus.* Similiter in Michaële Duca Hist. Byzantin. 96. D. *ἕκαστος ἐν τῇ ἐφεστρίδι φέρων καὶ μοῖραν φορτίου ἔμμετρον χρυσίου*, Bullialdus male, *ferebat in veste unusquisque*, cum *in sella* vertendum sit (*ἐν τοῖς σαγμοσελλίοις* Nicephor. Tact. 146. B.): neque melius Balforeus in Theodor. Rhaïthu De incarnat. Christi 45. B. et Tollius ad Cinnam. Hist. 105. B. Antiquiorem significationem servat vox apud Agathiam 93. D. *ἐκ τῶν ξύλων τε καὶ ἐφεστρίδων ἐσκευασμένους οἰκίσκους*, ubi B minus commode vertitur *e pellibus:* scribe *e sagis.*

Ibid. lin. 13. *Magnopere enim*] Haec et sequentia usque ad finem libri (praeter tamen caput X, quod paene totum ipse traduxi) a Combefisio versa apud Pagium IV. 3—6. sunt servata.

Ibid. lin. 14. *πρὸς ἄνδρα καρτερικὸν*] *Καρτερικὸς* nemo, opinor, vitio mihi dabit quod verti *fortis.* Denotat enim eum qui forti est animo. Quod dupliciter manifestatur: primo cum non movemur voluptatibus, deinde dolorum laborumque contemtu. Unde fluxerunt duae significationes vocabuli affines: prior *continens*, sive potius *abstinens*, ut recte finit S. Basilius Homil. in XL martt. I. 532. B. *οὐ γὰρ ὁ ἀπορῶν τῶν ἀναγκαίων καρτερικὸς, ἀλλ' ὁ ἐν ἀφθονίᾳ ἀπολαύσεως ἐγκαρτερῶν τοῖς δει-*

νοῖς. Heliodorus Theagene 154. C. ὅτι μὴ φύσει καρτερικὸς ἦν, ἀλλ' ἀξιεράστου γυναικὸς εἰς τὴν παρελθοῦσαν ἀθέατος. Philo De Ioseph. 417. F. tres characteres esse viri civilis, τόν τε ποιμενικὸν, καὶ τὸν οἰκονομικὸν, καὶ τὸν καρτερικὸν, quem statim post ἐγκρατῆ vocat. Unde et τὸ καρτερικὸν philosophorum veterum, de quo Diogen. Laërt. Antisthen. 138. C. et ὁ καρτερικὸς βίος
C Eusebii Demonstrat. Evangelica 117. D. et νόμοι καρτερικοὶ apud Oenomaum Praeparatione Evangel. 221. C. Altera significatio est *patiens*, *aerumnas ferens*, ὑπομονητικὸς, cui voci a S. Chrysostomo Orat. in scandalizatos VII. 33. 2. coniungitur. Ita M. Antoninus De seipso 193. D. de Socrate: καρτερικώτερον ἐν τῷ πάγῳ διεννυκτέρευεν. S. Clemens Alexandrinus Stromatibus 731. A. ἀληθὴς ἐν λόγῳ, καρτερικὸς ἐν πόνῳ. Plutarchus Alexandro M. 692. A. Invenio tamen passim apud posteriores, ubi vertere possis, *intrepidus*, *animosus*, quo sensu hic videtur sumi. S. Antiochus Epistola ad Eustachium 1022. D. de monachis, non ut caeteri metu Saracenorum adventantium diffugientibus: ἀπέμειναν δὲ οἱ καρτερικοὶ δοῦλοι τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ λαύρᾳ. Superlativus καρτερικώτατα saepe adverbialiter. S. Cyrillus Alexandr. Glaphyris I. 242. D. καρτερικώτατα τοῖς πόνοις ἐντυχών. S. Basilius Epist.
D CLI. II. 942. A. καρτερικώτατα σιωπᾷν. Ab adiectivo καρτερὸς deductae voces, in Lexicis omissae, sunt καρτερότης, *robur*, *firmitudo*. S. Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi 274. B. ἐκ μονοειδοῦς χοὸς γεννᾶσθαι καὶ ὀστέων καρτερότητα, καὶ πνεύμονος ἁπαλότητα. Altera καρτερόψυχος, *fortis*, *patiens*, in loco certe S. Chrysostomi Orat. in Praecursorem VII. 532. 34. τὸ ῥῆμα τοῦ καρτεροψύχου Ἰώβ. Vocem tertiam, καρτεροψυχία, *animi robur et fortitudo*, cum habeat summus vir Schneiderus in Lexico, dubiam tamen esse suspicatur. Ea vero utuntur Iosephus De Machabaeis 1093. E. θαυμασάντων δὲ πάντων τὴν καρτεροψυχίαν αὐτοῦ. S. Basilius Epist. CCXCVIII. II. 1066. D. τὴν ὑπὲρ τῆς ἀληθοῦς πίστεως καρτεροψυχίαν. Nicetas Paphlago Laudat. S. Eustath. 53. A. νικᾷν μὲν τῇ καρτεροψυχίᾳ τὸν ἀνταγωνιστήν. Verbum compositum ἐπικαρτερέω, *persevero*, aeque in Lexicis omissum, usurpat Nicephorus Phocas in Tacticis supra 159. C.

Ibid. lin. 21. τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἀγωνίζεσθαι προτρεπόμενος.] Postulat syntaxis τοὺς ὑπ' αὐτόν· tamen, cum mendum ab ipso auctore manare credendum est, ut 84. C. πρὸς τὴν μάχην χωρεῖν τοῖς ἑπομένοις προὐτρέπετο· 95. B. τούτοις προὐτρέπετο χωρεῖν
P. 203 κατὰ τῶν Σκυθῶν, nihil mutavi. Idem verbum, προτρέπομαι, *exhortor*, non uno loco confunditur cum προστρέπομαι, *supplico*, *adoro*. Eusebius Praeparatione Evangelica 67. A. τὰς ἀνοργιάστους τελετὰς εὐσεβείᾳ νόθῳ προτρεπομένων. Scribe προστρεπομένων, vel potius, ut cum praecedentibus concordet, προστρεπομένη. S. Clemens Alexandr. Admonitione ad gentes 24. C. Ἄρτεμιν δὲ Ἀρκάδες προτρέπονται. Tametsi hic recte restituit προσ-

τρέπονται Potterus in ipsius editione I. 32. 24. alibi emendare omisit, ut 29. D. Porro apud Iosephum Antiq. Iud. 115. D. edit. Rover. τοὺς ἰδίους αὐτῆς θεοὺς προτρέπεσθε· mendum remansit in edit. Havercamp. I. 219. lin. ult. nisi quod impressum ibi est optandi forma, προτρέποισθε. Alio loco, I. 314. 15. Havercampus recte emendavit, προστρέπεσθε. In Concilio autem Oecumenico sexto III. 1213. D. loco corrupto: καὶ μὴν τοῦτο οὐκ ἔστι προτρεπομένου ἐπὶ τὸν θάνατον ἐλθεῖν, μάλιστα μὲν συμπροτρεπομένου· in vulgata sic reddito, *quia hoc non est evitantis ut ad mortem veniret, sed maxime invitantis*, scribe ex S. Chryso- B stomo Homilia LXVII. in Ioannem tom. VIII. 401. C. unde haec petita sunt, καὶ μὴν τοῦτο οὐκ ἔ. π. ἐ. τ. θ. ἐλθεῖν. Μάλιστα μὲν οὖν, προτρεπομένου. *Atqui hoc non est eius, qui adhortetur ad mortem venire. Imo vero, est illius maxime qui adhortetur.* Haec de verbo προτρέπομαι, voce media: de cuius significatione erudite, ut solet, egit Schaeferus vir summus ad Gregor. Corinth. 497. A. De activo προτρέπω, frequentato ab Agathia 86. B. eiusque vario sensu apud scriptores Christianos, alio loco dicam.

Pag. 30. *lin.* 3. ὑπὲρ τὰ ἑξήκοντα φρούρια] Quinquaginta quinque, iuxta Abulpharagium Chronico Syriaco 198. edit. Bruns. Eadem expeditione Saracenos a Nicephoro ad Halepum fusos esse auctor est Iulius Pollux, quem plerumque ad verbum concordare dixi cum Incerto Continuat. in Scriptorr. post Theophanem. Sed cum Continuatoris narratio 300. D. in Candiae expugnatione imperfecte desinat, quae postea acciderunt in uno Iulio Polluce conti- C nentur: ubi quae ad hanc expeditionem Syriacam Nicephori spectant, habentur in hunc modum: *) Ὁ δὲ τῆς βασιλίδος ἀπάρας πρὸς τὰς ὁμόρους τῶν βαρβάρων γίνεται χώρας, πυρπολῶν καὶ τὰ κάστρα πορθῶν. Ἔπειτα ὥρμησε μετὰ πάντων τῶν στρατευμάτων πρὸς τὴν πολυάνθρωπον καὶ πλούτῳ βρίθουσαν μεγαλόπολιν τὴν καλουμένην Χάλεπ, κατὰ τοῦ ἀθέου Χαμβδᾶ. Καὶ δὴ καταλαβὼν τὸ εἰρημένον κάστρον, εὗρε περὶ αὐτὸ μετὰ πλήθους πολλοῦ τὸν Χαμβδᾶν ἀντιπαρατεταγμένον, ἤτοι Ἀράβων, Δελεμιτῶν, Κούρτων, καὶ τοῦ λοιποῦ λαοῦ τοῦ ἐκ τῆς χώρας συναθροισθέντος· τῶν πε- D ζῶν καὶ μόνων Χαλεπιτῶν κρατούντων τοὺς δύο πόρους τοῦ ποταμοῦ, καὶ κωλυόντων τὴν διάβασιν τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατεύματος. Ὁ δὲ Χαμβδᾶς, ἐλπίσι ματαίαις ἀπατώμενος, ἵστατο ἄτρεπτος, ἀγνοῶν ὁ δείλαιος, ὅτι ἐν τῇ χειρὶ ... **) πολέμου βοήθεια, καὶ τὸ .. ***) ὥραις τοῦ Μαγίστρου ἀναψηλαφή[σαντος] τοὺς πόρους τοῦ ποταμοῦ, καὶ τὴν θέσιν τοῦ τόπου καλῶς διασκοποῦντος, εἰς τὸν ἄνω πόρον μόλις ἠδυνήθη περάσαι μετὰ τῶν καβαλλαρικῶν

*) Ex Cod. Vat. No. 163, fol. 60 verso.

**) Hic est in Codice lacuna relicta aliquot verborum: ob prototypon opinor aut lacerum hoc loco, aut lectu difficile.

***) Altera lacuna, et paulo post tertia, sed haec minuta.

παρατάξεων, τῶν ἵππων αὐτῶν ἀποπλεόντων. καὶ τότε ἤρξαντο τὰ ἄπειρα πλήθη τῶν πεζῶν τοῦ Χαμβδᾶ ξίφεσι συγκόπτειν σφοδρῶς·
P. 204 οὓς συγκοπτομένους ἰδὼν ὁ ἀλαζὼν, πρὸς φυγὴν ἐτρέπετο, καὶ σώζειν ἑαυτὸν ὅση δύναμις διηγωνίζετο. Καὶ οὕτως ὁ Μάγιστρος τὸ κάστρον τὸ Χάλεπ ἁμαχητὶ παρέλαβε, καὶ ἀναλαμβανόμενος τοὺς ζωγρηθέντας Ἀγαρηνοὺς, καὶ τὴν πολλὴν τῶν λαφύρων συναγωγὴν, πρὸς τὸ Βυζάντιον ἀναστρέφειν ἔκρινε δεῖν. I. e. *Is e regina urbium profectus in agrum barbaris conterminum se contulit, regionem incendio vastans, munitiones evertens. Deinde omnibus copiis Alepum contendit, frequentissimam opibusque refertam civitatem, adversus impium Chambdanum. Ita, cum ad urbem illam pervenisset, offendit circum eam Chambdanum acie instructa magna cum multitudine Arabum, Delemitarum, Curdorum, caeteraque turba ex regione coacta: peditibus hostium Alepensibusque solis ambo vada fluminis obtinentibus, ut transitu exercitum Romanum prohiberent. Hic Chambdanus, spe falsa inductus, firmiter consistebat, ignorans miser, in manu ... belli auxilium, et hoc .. horis Magistro investiga[nte] vada fluminis, diligenter perspecto locorum situ per superius vadum, aegre licet, cum equestribus numeris equis natantibus transit. Quo superato innumerabilem multitudinem peditum Chambdani acriter gladiis conficere coeperunt: quos cum caedi videret arrogans barbarus, in fugam conversus quin se servaret nihil ad celeritatem sibi reliqui fecit. Itaque Magister, nemine amplius resistente, Halepo urbe potitus est, Saracenisque captis et magna praedae vi assumtis, Constantinopolim reverti instituit.* Haec iam a me in Notitias Manuscriptt. VIII. 265. C. relata huc revocavi, ut historiam expeditionis Nicephorianae illustrantia. Eandem summatim attingunt Cedren. II.645. B. Michaël Glycas 305. A. Zonaras II. 197. B. et Simeon Magister inter Scriptt. post Theophan. 498. D. Copiosiores sunt Elmacinus Historia Saracen. edit Erpen. 223. C. Abulpharagius Chronic. Syr. I. 195. C. et Abulfeda Annal. Moslemicis edit. Adler. II. 476. A. Delemitae, quorum fit mentio supra 203. C. sunt gens in Parthia
B circa mare Caspium, in iugo montium quo nunc Ghilan et Mazanderam a provinciis Algebal et Irak Ajami disterminantur. Dilimnitas [*Διλιμνίτας*] memorant iam Agathias 92. D. et Theophylactus Simocatt. 96. C. Militabant tunc cum Curdis finitimis in exercitibus Arabum. Theodosius Diaconus De expugnatione Cretae Acroas. V. 22:

— πλὴν ἐν τάχει
Τῶν Δελεμιτῶν βελεβιτῶν τοὺς τόπους
Πείσει καλεῖσθαι σὸν βέλος, σκηπτροκράτορ.

Tametsi ibi Fogginius 389. D. *Δελεμιτῶν* non gentis nomen, sed generaliter omnium Saracenorum cognomentum esse putet. Flu-

vius, prope quem pugnatum fuit, est fortasse antiquorum Chalus Arabibus قويق, *Kowaik* seu *Caïc*, agrum Berrhoeensem rigans rivulus, de quo Excerpta Ibn Ol Wardi, ad calc. Syriae Abulf. ed. Koehl. 190. A. aut unus e torrentibus, qui ex Amano manantes in lacum Antiochensem transeunt, ut Ufrenus, aliique ad C Gindarum vel Gephyram. Narratio scriptoris nostri egregie convenit cum Elmacino 223. D. qui scribit, Chambdanum, hoc est Seïfeddaulam, Hamdani nepotem, copiis bipartitis maiorem partem Nagjao legato suo commisisse: ipsum cum exigua manu (haec est nostri scriptoris cohors ad superius vadum fluminis considens) remansisse, quam Nicephorus solam nactus, impressione facta penitus delevit.

Ibid. lin. 10. *τὴν ἐντεῦθεν ἐκδημίαν τοῦ ἄνακτος Ῥωμανοῦ*] Obiit Romanus Iunior Imp. die 15. Martii a. 963, demonstrante Pagio Critic. ad Bar. IV. 5. A. et Krug *Chron. der Byz.* 326. B. Nicephorus, Cplim redux mense Aprili (Cedren. II. 645. D.), die 2. Iulii in campo ante Caesaream ab exercitu Imperator renunciatus est (Constant. Porphyrog. Cacrim. Byzant. I. 251. D.): ita quae narrantur a Leone cap. XI. et XII. huius libri, necesse est Aprili et Maio eiusdem anni 963. accidisse.

Ibid. lin. 22. *οἱ λοιμοὶ*] Inde Zonaras II. 196. D. quod ait, Romanum Iuniorem se dedisse *ἀνδράσι διεφθαρμένοις τε καὶ λοιμοῖς.*

Pag. 31. *lin.* 4. *Εἴτε δὲ ἐκεῖνως, εἴτε καὶ οὕτως*] Transpo- D suit haec Agathiae 59. B. *Εἴτε δὴ οὖν οὕτως, εἴτε ἐκείνως.*

Ibid. lin. 9. *νήπιοι κομιδῇ τελοῦντες*] Confer Agathiam 90. D.

Ibid. lin. 19. *τὴν βασιλείαν ἑστίαν*] Sic Codex: tametsi non dubito Leonem aut scripsisse aut scribere debuisse *τὴν βασίλειον ἑσ.*, ut est alibi 3. B. 29. B. 39. D. 43. D. 60. D. 76. C. Aeque insolenter Codex supra 3. A. *τὴν αὐτοκρατορίαν ἀρχήν*· vide quae notavi 189. C.

Pag. 32. *lin.* 5. *ὑπὲρ τῶν ὅλων*] Combefisius IV. 5. mire, *aliorum causa decertaret:* nam in Codice manifesto est *ὅλων* non *ἄλλων.*

Ibid. lin. 9. *ἐφ' ἑστίας ἡσύχαζεν.*] Cum his optime consentit Anonymus quem Iulium Pollucem credunt, in hunc modum (repetam narrationem eius paulo altius, ab obitu Romani Imperatoris): *) *Μαθὼν δὲ τὸν θάνατον τοῦ βασιλέως Ῥωμανοῦ, ἐπεσχέθη τῆς ὁρμῆς· καὶ ἑκάστῳ τῶν μετ' αὐτοῦ ὄντων ἀρχόντων διωρίσατο, συναχθῆναι τοὺς ζωγρηθέντας Ἀγαρηνοὺς καὶ τὰ λά-* P. 205 *φυρα εἰς ἕνα χῶρον τῆς Ῥωμαϊκῆς γῆς. Ἐν δὲ τῷ παλατίῳ κατελείφθησαν εὐφημούμενοι ἥ,τε Θεοφανὼ Αὐγοῦστα καὶ τὰ δύο αὐτῆς τέκνα Βασίλειος καὶ Κωνσταντῖνος, τῇ σπουδῇ καὶ συνέσει τοῦ παραδυναστεύοντος Ἰωσὴφ παρακοιμωμένου, τοῦ τὸ ὑπήκοον*

*) Ex Cod. Vatic. No. 163, fol. 61 recto.

ἐν δικαιοσύνῃ διέποντος. Τότε δὴ διὰ γραφῆς αὐτῶν διωρίσαντο καὶ τὸν Μάγιστρον Νικηφόρον καὶ Δομέστικον ἐν τῇ πόλει παραγενέσθαι. Ὁ δὲ εἰσελθὼν πάντα τὰ λάφυρα συνάμα καὶ τοῖς αἰχμαλώτοις Ἀγαρηνοῖς ἐν τῷ ἱππικῷ ἐθριάμβευσε, τοῦ τῆς πόλεως
B *ὄχλου καὶ τοῦ πλήθους συνηθροισμένου. Τότε τὸν Μάγιστρον καὶ Δομέστικον τῶν σχολῶν Νικηφόρον οἱ πολῖται νικητὴν ἐπωνόμασαν, καὶ πάντες οὕτως ἠγάπησαν τὸν ἀριστέα ὡς οἰκείαν ψυχήν.* I. e. *Is* [*Nicephorus*], *ubi de morte Romani Imp. intellexit, repressit impetum: praefectis singulis, qui secum erant, imperat, ut Saracenos captos praedamque unum in locum Romanae ditionis conferrent. Relinquebantur in palatio pronunciati Theophano Augusta duoque eius filii Basilius et Constantinus, sedulitate et prudentia procuratoris imperii Iosephi cubicularii, subditos aequabiliter moderantis. Hi igitur per litteras iusserunt, Magister quoque et Domesticus Nicephorus ut in urbem veniat. Is ingressus* [mens. Aprili a. 963: vid. supra 204. C.] *praedam omnem una cum Saracenis captivis per circum in triumpho transtulit, conglobata multitudine urbana ac plebe. Tunc Magistrum et Domesticum scholarum Nicephorum cives victorem nominaverunt, omnesque illum, quod optime se in bello gessisset, haud secus deamaverunt ac propriam animam.* Nota Iosephum Cubicularium, qui tantas cum Nicephoro simultates gessit, in superius positis ornari potius quam carpi: unde inferre possis, historiam illam non nisi Nicephoro obtruncato in lucem prodiisse, imperante fortasse Tzimisce, aut Basilio II.

Ibid. lin. 14. *ἐπὶ τὸ ἀνάκτορον τοῦτόν ἐκαλεῖτο*] Harum insidiarum ab Iosepho mense Aprili a. 963. Nicephoro structarum neque Cedren. II. 646. A. meminit, neque Zonaras: ambo contra scribunt Nicephorum, ostenso cilicino ipsius indusio, Iosepho persuasisse, solitariam se vitam recessumque a saeculo meditari (ubi apud Zonaram II. 198. B. consentientibus codd. pro
C *κατακυπτόμενον* l. *κατακρυπτόμενον*). Cuiusmodi famam profecto tunc percrebuisse firmatur ex historia horum temporum ms. in Biblioth. Regia, ubi illa: *Ὁ Φωκᾶς τὴν προφοίβασιν* (sic, voce in Lexica nondum recepta: alia forma *προφοίβασμα* nota est) *ἔλαβε παρὰ τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου τοῦ ὄντος εἰς τὸ Ἅγιον Ὄρος, ὅτι μέλλει εἰς τέλος ὀλέσαι τὰ πλήθη τῶν Σαρακηνῶν, καὶ ἐκδιῶξαι αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ὁρίων τῆς Ῥωμαΐδος γῆς. Ἀπελθὼν δὲ ἐν τῇ Κρήτῃ ὁ Φωκᾶς καὶ σκυλεύσας τοὺς Ἄραβας, ἔπεμψε τῷ ἁγίῳ ἱκανὰς λίτρας χρυσίου ἐκ τῶν λαφύρων, ἵνα οἰκοδομήσῃ μοναστήριον. Λόγον γὰρ εἶχον ἄῤῥηκτον ὁμοῦ, ὅτι ὅπου ἂν οἰκοδομήσῃ ὁ Ἀθανάσιος, ἐκεῖσε ἵνα καρῇ καὶ ὁ Φωκᾶς, καὶ συναποθάνῃ μετ' αὐτοῦ. Ὡς δὲ γέγονε βασιλεὺς μετὰ τὸν θάνατον Ῥωμανοῦ, πάνυ ἐμέμψατο αὐτὸν ὁ ἅγιος καὶ ὠργίσθη, ὅτι ἐπροτιμήσατο τὴν βασιλείαν παρὰ τὴν μοναχικὴν πολιτείαν.* Habes hic tempus, quo

monasterium S. Laurae in Atho a S. Athanasio aedificatum sit, nempe paulo ante annum 963, quo Nicephorus imperium tenuit. De hoc S. Athanasio Harlesius Bibliotheca Graeca X. 201. B. et praecipue J. Pinius Sylloge historica de S. Athanasio confessore in monte Atho, in Actis SS. Iulii II. 246. C. S. Athanasii vita Graece inedita extat in Cod. Coisl. 223. D

Pag. 33. *lin.* 5. *ταῖς τοῦ κρείττονος εὐοδώσεσιν*] *Εὐόδωσις* non est in Lexicis: de sensu dubitatio esse nulla potest. Utitur praeter Leonem Theodoretus Comment. in Psalmos I. 11. D. *οὐκ ἀπολελυμένως εὐόδωσις αὕτη, ἀλλ' ἀσεβῶν.* Vertit Corderius: *non est haec absolute prosperatio, sed impiorum.* Item Anonymus in Formulario ad calc. Codini De officiis 412. A. et F.

Ibid. lin. 6. *οὐκ ἐνάρκησε σκαιωρήσασθαι θάνατον*] Phrasis *οὐ ναρκᾷν* pro *non dubitare, non vereri*, frequens apud Leonem: vid. 49. B. 54. A. 70. D.

Pag. 34. *lin.* 15. *ὅρκοις φρικωδεστάτοις*] Constantinus Manasses Breviario Histor. 115. D:

Ὅρκοις γε φρικτοῖς αἰδεσθεὶς ὑπὸ τῆς βασιλίσσης.

Pro quo versu Codd. nostri melius:

Ὅρκοις φρικτοῖς καταδεθεὶς ὑπὸ τῆς βασιλίδος.

IN LIBRUM III.

Primum caput huius libri a Combefisio versum apud Pagium IV. 6 passim a me retractatum est. P. 206

Pag. 35. *lin.* 1. *Ἤδη δὲ τοῦ ἦρος μεσοῦντος*] Tempus quo Nicephorus ab urbe profectus est, accuratius indicat Anonymus in historia ms. cuius fragmenta superius 199. D. 201. A. 203. C. 204. D. notis inserui. Is sic de expeditione Nicephori a. 963. suscepta:*) *Μετὰ δὲ τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν τῆς ἕκτης ἰνδικτιῶνος καὶ τὴν τῶν ἀπράκτων ἡμερῶν διάβασιν ὁ Μάγιστρος Νικηφόρος πρὸς τὴν ἀνατολὴν ἀπεστάλη πρὸς ἄμυναν τοῦ ἀθέου Χαμβδᾶ, ὅπως μὴ ἐξελάσῃ εἰς τὴν Ῥωμαϊκὴν γῆν, ἀναμαθὼν τὸν θάνατον τοῦ βασιλέως Ῥωμανοῦ. Ἀπήτησαν δὲ καὶ ἀσφάλειαν ἔγγραφον τὸν* B *Μάγιστρον Νικηφόρον, τοῦ μηδέποτε μελετῆσαι αὐτὸν ἐπανάστασιν κατὰ τῶν βασιλέων· ὃ δὴ καὶ πεποίηκεν. Ὁ δὲ παρακοιμώμενος Ἰωσὴφ τῇ ἐντρεχείᾳ καὶ συνέσει αὐτοῦ διώκει τὰ τοῦ κοινοῦ· συνήδρευον δὲ αὐτῷ Μιχαὴλ Μάγιστρος ὁ Ῥέκτωρ καὶ λογοθέτης τοῦ δρόμου, καὶ Συμεὼν Πατρίκιος καὶ Πρωτασηκρῆτις. Indictione sexta post sanctam resurrectionem diesque feriatos exactos Nicephorus Magister in orientem missus est ad repellendum impium Chambdanum, ne in fines Romanos excurreret, audita morte Romani Imperat. Exegerant autem a Nicephoro Magistro*

*) Ex Cod. Vatic. No. 163, fol. 61 recto.

cautionem scriptam, ne unquam seditionem adversus Imperatores moliretur: quam fidem ille dedit. Interim Iosephus cubicularius, qua erat solertia et intellectu, rempublicam administrabat: cui assidebant Michaël Rector Magister et logotheta cursus publici, cum Simeone Patricio et primo a secretis. Patet inde, Nicephorum ab urbe movisse ineunte Maio: mense Iunio eiusdem anni 963. Iosephus Bringas epistolam de Nicephoro occidendo scripsit ad Tzimiscem reliquosque duces, qui Nicephorum C Imperatorem renunciaverunt a. d. VI. Kal. Iul. De eadem profectione Nicephori adversus Saracenos Constantinus Manasses Breviar. Hist. 115. C.

Ibid. lin. 7. ὑπιωγαῖς] Vocabulum Leo arripuit ex Odyssea V. 404. Ibi nonnulli legebant:

Οὐ γὰρ ἔσαν λιμένες νηῶν ὄχοι, οὐδ' ὑπιωγαί·

ubi nunc edd. *ἐπιωγαί*. De sensu vocis vide Albert. ad Hesych. II. 1466.

Pag. 36. lin. 4. καὶ ἐπερρώννυε ταῖς καθ' ἡμέραν μελέταις] Ut uno exemplo appareat quam pueriliter Leo Agathiam sit imitatus, ponam hic utriusque verba: Agath. 35. A: *Ἐξασκεῖν γε ἐπιπλεῖον αὐτοὺς ἐκέλευε τὰ πολέμια, καὶ ἐπερρώννυε τὸν θυμὸν* D *ταῖς καθ' ἡμέραν μελέταις, τροχάζειν τε ἀναγκάζων, καὶ ὑπὲρ τῶν ἵππων ἐν κόσμῳ ἀναπάλλεσθαι· ἔς τε πυρρίχην τινὰ ἐνόπλιον περιδινεῖσθαι, καὶ θαμεῖ τῇ σάλπιγγι καταβομβεῖσθαι τὸ ἐννάλιον ἐπηχούσῃ κ. τ. λ.* Leo 22. A: *Τοὺς ἀμφ' ἑαυτὸν ἐξήσκει τὰ πολέμια, καὶ τὸν θυμὸν ἔθηγε, καὶ ἐπερρώννυε ταῖς καθ' ἡμέραν μελέταις, καὶ τὴν ἐνόπλιον ἐξεπαίδευε περιδίνησιν, θαμὰ ταῖς σάλπιγξιν ἐγκελευόμενος ἐπηχεῖν — ἐφ' ἵππων τε ὑπεράλλεσθαι κ. τ. λ.*

Ibid. lin. 17. κατέχων ὡς ἐν δικτύῳ αἱμάτων ἄνδρα] *Αἱμάτων ἄνδρες* alibi quoque 25. B. 65. C. Leonis totum locum Scylitzes in Chronico ms. et ex illo Cedren. Comp. Hist. II. 646. D. in usus suos converterunt. Quaedam imitationis vestigia habes vel apud Glycam 305. B.

Ibid. lin. 21. τίνα τὸν τρόπον] Mediam ex his vocibus omittere debuisset Leo, nisi fortasse scripsit, *τίνα τῶν τρόπων*, quod tamen non multo usitatius. Vocabulum *τρόπος* saepe confundi cum *τόπος*, alii iam ostenderunt exemplis variis: quibus adde locum Theonis in Progymnasm. 85. A. *τὴν μέντοι τάξιν τῶν ἐπιχειρημάτων ποιησόμεθα, καθὰ καὶ τῶν τρόπων ἐκτιθέμεθα.* Le- P. 207 gendum *τόπων*, ut est infra apud eundem 86. A. *ἐκ πάντων τῶν τόπων ἐπιχειρεῖν*· item 117. B. *ἐπιχειρεῖν δὲ δεῖ ἐξ ὧν ἐνδέχεται τόπων.* Contra 112. B. *ὁ τόπος τῶν λόγων διττός*, emenda, *ὁ τρόπος.* Similitudo utriusque vocis proverbiis sententiisque compluribus locum dedit: *οὓς συνάπτει τρόπος, καὶ τόπος συνίστησιν· καὶ οὓς ὁ τρόπος διΐστησι, καὶ τόπος ἅπας ἀφίσταται*· Anonymus Vita S. Nicolai Studitae 904. B. Formula item, *τρόπον τινά*, omis-

so κατὰ, nihil sane est usitatius: quam tamen parum apte reddidit interpres Epistolae synodal. Agapeti Conc. Const. sub Mena II. 1225. D. καὶ τρόπον τινὰ τεθαυμάκαμεν, *et modum quendam admirati sumus.* Emenda, *et quodammodo adm. s.* Labbeana editio habet, *supra modum.* In Conc. autem Oec. sexto III. 1185. E. εἰπέ μοι, καὶ ἂν τοῦτο εἴποι, pronomen τίς perperam omissum, scribendumque est, καὶ τίς ἂν τοῦτο εἴπ., *et quis hoc dixerit*, ex S. Ioann. Chrysost. Orat. in illud, *Pater si possibile est*, V. 217. B. unde haec verba et proxime sequentia sunt desumta.

Pag. 37. *lin.* 1. Τὸν Μαριανὸν οὖν] Μαριανὸς ὁ Ἄπαμβας vocatur a Constant. Porphyrogen. Caerim. Byz. I. 252. C. ad B quem vide Reiskium II. 143. D.

Ibid. lin. 12. Τζιμισκῆν] Secutus sum scripturam vulgarem: sed id Armeniacum nomen habet Cod. hic per iota Τζιμισκί· in sequentibus plerumque est Τζιμισκὴς, ut 23. B. 30. B. (commemoro pagg. edit. quibus loca Codicis respondent) 36. C. 51. C. Τζημισκῆς 56. B. Reliquos scribendi modos, velut Τζιμισχῆς Constant. Manass. 115. D. (Codd. ibi et alias Τζημισχῆς) 118. C. 119. C. 120. A. B. Τζιμισχὴς Cedrenus II. 646. D. Glycas 305. B. 308. A. B. Τζυμισκῆς Anna Comnen. 451. B. Τζουμίσκη in typico ms. Matthaei Not. Codd. Gr. Mosq. 245. A. longius persequi vereor ne putidum sit.

Ibid. lin. 19. περαιωθήσεται] Adhibet hic figuratim, pro περανθήσεται· infra sensu proprio περαιωθεὶς, *transgressus* fluvium mareve, 11. A. 17. C. 72. B. 107. D. 108. A. περαιωθέντα 75. D. 76. C. 99. A. B. Interdum, ut solet passiva et media confundere, usurpat medium περαιωσάμενος, 10. B. 40. C. — Agathias, unde Leo colores duxit, semper utitur passivo: τὸν Πά- C δον ἐπεραιοῦντο 38. A. περαιωθεὶς τὰ ῥεῖθρα 140. C. τὸν Ἴστρον περαιωθέντες 9. A. περαιωθεῖσιν 171. B. διαπεραιωθέντες, *transgressi*, 45. C. 154. D.

Ibid. lin. 20. ἀδιάσειστον] Hanc vocem praeterquam illo loco nusquam me legere memini.

Pag. 38. *lin.* 12. τὸν ὑπέρμαχον καὶ ἀλαζόνα Φωκᾶν] Ὑπέρμαχος hic invidiose. Vulgo bono sensu *propugnator*, *defensor*, praesertim apud Philonem, qui modo coniungit cum δορυφόρος, De confusione linguar. 257. B. modo cum προαγωνιστὴς, De mundi opificio 28. A. De Abrahamo 299. B. De specialibus leg. 615. E. In Flacc. 765. E. Semel iungitur cum voce in Lexicis omissa fortasseque corrupta προδιαγωνιστὴς, De specialibus legg. 608. E. Neque aliter S. Ioann. Chrysost. Oratione XXXVI. in Genesin, I. 295. 4. ἐγώ σου ὑπερασπίζω, τοῦτ' ἔστιν, ἐγὼ ὑπεραγωνίζομαι, ἐγὼ ὑπέρμαχος γίνομαι· et Orat. XXXIX. in eandem I. 318. 17. ὑπέρμαχός σοι γινόμενος, καὶ τῶν ἐπιβουλευόντων ἀνώτερον [f. σὲ] πεποιηκώς. Item S. Gregorius Thaumaturgus Oratione panegyr. D

ad Origenem 70. B. *ὑπέρμαχον ἔχων αὐτὸν τὸν ἠπατημένον*· et Petrus Siculus Historia Manichaeorum 70. A. Potius tamen credam, Leonem voce perverse esse usum, quam corruptam esse et *ὑπέρμαργον* scribendum. Ὑπερμαχέω autem viri docti recte mirantur construi cum accusativo a Luciano Revivisc. I. 593. 42. *τοῦτο ὑπερμάχει*· neque mihi ullum eius constructionis exemplum se obtulit: nam in illo S. Basilii magni Epist. CCXLIV. II. 1017. C. *τὴν κώμην τὴν ὑποδεξαμένην τὴν ἁρπαγεῖσαν καὶ φυλάξασαν ἤτοι ὑπερμαχήσασαν*· extremum verbum sine ullo omnino regimine videtur esse. Cum dativo passim construitur cum a tragicis, tum apud Patres. S. Basilius De vera virginitat. I. 608. C. *ὑπερμαχοῦν αὐτῷ*. S. Gregorius Nyssenus In Canticum Cantic. I. 588. B. *τοὺς ὑπερμαχοῦντας ἡμῖν*. Apud eundem S. Gregorium est octies sequenti genitivo, De vita Mosis I. 172. A. et 216. D. Contra Eunomium II. 142. C. De sancta Trinitate 439. C. In laudem fratris Basilii 916. B. Oratione funebr. de Placilla 981. B. Contra Eunom. III. 126. C. et 158. C. ut adeo suspicari possis,
P. 208 loco illo superiore dativum errore librarioli irrepsisse. Cum genitivo copulatur in loco corrupto Concilii Nicaeni I. 424. A. *τῇ τε πρὸς ἡμᾶς δι' ὑποκρίσεως τὸν ἄνδρα τοῦ δοκεῖν εἶναι, καὶ τῆς τῶν ἐναντίων συμφορίας γενναίως ὑπερμαχοῦντες*. Ubi Harduinus quidem scribi vult, *πῇ τε πρὸς ἡμᾶς ἐν ὑπερμάχοντα*. Sed quod sequitur, *καὶ τῆς τῶν ἐναντίων*, satis ostendit legendum esse *τῆς τε πρὸς ἡμᾶς*. Praeterea miror, Harduin. scripsisse *ὑπερμάχοντα*, quae vox est nihili, pro *ὑπερμαχοῦντα*, neque *συμφορίας* mutasse in *συμμορίας*, nec *τοῦ δοκεῖν* in *τῷ δοκεῖν*. Sensus est: *quoniam vir ille per simulationem videbatur nostrae sententiae esse, et tamen pro adversariorum partibus fortiter propugnabat.*

Pag. 39. *lin.* 2. *ὅσον τὸ ἐπ' ἐκείνῳ*] In Codice scriptum est, *ὅσον τῷ*, perperam: vide quae observavit vir acutissimus Augustus Matthiae Grammat. Graec. 282. B. Nam apud S. Epiphanium Ancorato II. 14. C. legitur quidem similiter *ὅσον τῷ ἐπ' ἀνθρώπῳ*, sed ibi quoque *τὸ* corrigendum est, sicut iam apud eundem impressum cum alibi extat tum libro Adversus haeres. I.
B 609. A. *ὅσον τὸ κατ' αὐτόν*. Inverso ordine Iosephus Antiquit. Iudaic. 655. C. *τὸ ὅσον ἐπ' αὐτοῖς*· Clemens Alexandrinus Admonitione ad gent. 37. C. *τὸ ὅσον ἐφ' ὑμῖν*· et Paedagog. 248. C. *τὸ ὅσον ἐπ' αὐταῖς*. Idque adiectivum ὅσος cum perelegantes in omni genere significationes habeat, mirum non est, in eo exponendo multos eosque doctos interpretes esse lapsos. Velut in phrasi *ὅσον ἦκεν εἰς ἐμὲ*, *quod ad me attinet*: quam, apud posteriores certe scriptores, multo magis in usu esse video, quam alteram *ὅσον ἦκεν ἐπ' ἐμὲ*, de qua Vigerus Hermanni 128. A. S. Epiphanius Adversus haeres. I. 1083. B. *ὅσον μὲν γὰρ ἦκεν εἰς τὸν Κύριον*, *quod ad Dominum spectat.* Synesius Epistola CXXI. 388. A. *ἀλλ' ἐγώ, τό γε εἰς ἐμὲ ἦκον, ἅπαν ποιῶ.* Isidorus Pe-

lusiota Epist. LXIV. 206. *τό γε ἦκον εἰς αὐτούς.* S. Ioann. Chrysost. Homil. XXXII. in Epistolam priorem ad Corinth. III. 448. 38. *τί δέ ἐστι, τὸ ἐκ μέρους; τό γε εἰς ὑμᾶς ἦκον.* Idem Homilia III. in Acta App. 623. 17. *ἐφ' ἑτέρους βιάζεται μεταθεῖναι τὸ ἔγκλη-* C *μα, ὅσον εἰς αὐτὸν ἦκε.* Quod Erasmus male vertit in editione Frontonis Ducaei III. 29. C. *in alios detorquet crimen, per quos ad hoc devenit:* id tamen Montefalconius emendavit edit. noviss. IX. 24. Concilio autem Oecumenico sexto III. 1220. A. *ὅσον ἦκεν εἰς τὴν σάρκα*, interpres legisse videtur, *εἶπεν*· nam vertit absone, *quantum dicit ad carnem.* Porro eandem fere vim quam *ὅσον ἦκεν εἰς*, habet *ὅσον ἐστί.* Quod non vidit Billius in S. Gregorio Nazianzen. Orat. in Christi nativitat. I. 624. *θεὸν ὁρῶν, ὅσον ἐστί*· vertens, *Deum, quantus est, conspiciens:* corrige, *quantum fieri potest, quantum licet, ὅσον ἐφικτὸν τοῖς δεσμίοις τῆς σαρκὸς*, ut ipse explicat continuo post.

Pag. 40. *lin.* 13. *τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων ὑφαπλουμένων τῇ γῇ*] Affirmare non ausim auctorem scripsisse *ἐφαπλουμένων*· scribere debuisse dubium non est. Dicitur enim proprie *ἐφαπλοῦσθαι* de radiis lucis. Eusebius Praepar. Evangel. 69. D. *ἥλιος, τὰς τοῦ* D *οἰκείου φωτὸς ἐφαπλώσας ἀκτῖνας.* S. Iustinus Martyr Expositione fidei de recta confess. 389. C. *τὸν ἥλιον ὡς μᾶλλον εἰς αὐτὸν τῶν λοιπῶν ἐφαπλούμενον.* S. Basilius Commentar. in caput IX. Esaiae I. 1032. A. *τὸ φῶς διέκοψε μὲν τὴν ἀχλὺν, ἐφήπλωσε δὲ αὐτοῖς τῆς ἀληθείας τὸ φέγγος.* Scripturam tamen Codicis immutare nolui, verbum minus proprium ab ipso auctore manasse ratus. Est quoque *προσυφαπλῶσαι* eodem sensu 58. C.

Ibid. lin. 14. *Ἰούλιος εἶχεν ἀρχήν*] Nempe anni 963: Romanus imperator vita functus erat die 15. Martii eiusdem anni: vide supra 204. C.

Ibid. lin. 20. *βασιλέα τὸν Νικηφόρον ἐφήμιζον*] Quemadmodum Nicephorus a ducibus renunciatus sit Imperator, refert Anonymus, ex cuius historia ms. iam supra 206. A. quaedam ascripsi:*) *Τοῦ δὲ Μαγίστρου καὶ Δομεστίκου Νικηφόρου ἐν Καισαρείᾳ καταλαβόντος καὶ τὸν στρατὸν ἀδνουμιάζοντος, πρὸς τὸ χωρῆσαι κατὰ τοῦ ἀλαζόνος Χαμβδᾶ, ὁ Πατρίκιος Ἰωάννης ὁ λεγόμενος Τζιμισχῆς, καὶ ὁ Πατρίκιος Ῥωμανὸς ὁ τοῦ Κουρκούα, καὶ ὁ Πατρίκιος Νικηφόρος ὁ Ἑξακιονίτης καὶ οἱ λοιποὶ στρατηγοὶ σὺν τοῖς ταγμα-* P. 209 *τικοῖς ἄρχουσι βουλεύονται, ἵνα τὸν Μάγιστρον βασιλέα ἀναγορεύσωσι. Καὶ δὴ πρὸς τὸ σκηνοπήγιον αὐτοῦ ἀφικόμενοι ἐπὶ τὸ αὐτὸ . . . . . Nicephorus Magister et Domesticus cum Caesaream venisset, recenseretque exercitum ad pergendum contra arrogantem Chambdanum, Patricius Ioannes qui dicitur Tzimisches, Romanus Curcuae F. Patricius, Patricius Nicephorus Hexacionites caeterique duces cum praefectis legionariis ratio-*

*) Ex Cod. Vatic. No. 163, fol. 61 recto.

nem ineunt, quemadmodum Magistrum Imperatorem renuncient. Itaque ad tabernaculum eius in unum congressi ..... His imperfecte desinit historia Anonymi in Cod. Vaticano, quem ex alio male habito descriptum esse lacunae spatiaque passim a librario relicta (verbis nempe in prototypo exesis aut deletis) demonstrant.

Pag. 41. *lin.* 1. *Πλεύσης τὸ μειράκιον ὠνομάζετο*] In versione Cedreni a Xylandro facta vocatur Pelusa II. 649. A. perperam. Nam in scriptione *Πλεύσης* consentiunt Leo, Cedrenus in Graeco, Scylitza Historia ms., Zonaras II. 199. D. Glycas 305. D. et Cangius Famil. Byzant. 150. C.

B *Pag.* 42. *lin.* 21. *διαμιλλώμενα*] Proposui *διαμιλλομένω*· nisi dicas neutrum positum pro masculino: vid. Vigerum De idiotism. 43. C. ibique notas.

Pag. 43. *lin.* 1. *καθ' ἣν ἄκρατα πανταχόθεν εἰσρεῖ*] Exempla adiectivi *ἄκρατος*, eo sensu quo hic occurrit, collegit Gatakerus Miscellan. posthum. I. 450. E.

Pag. 44. *lin.* 6. *τὴν παντοδαπὴν ἀρετὴν ἀπαράμιλλος.*] Vulgatior forma est *ἀπαραμίλλητος*· Iosephus Antiquit. Iudaic. 271. G. S. Iustinus Martyr Cohortatione ad Graecos 40. B. Eustathius ad Odysseae *P.* 627. 23. Vocem rarissimam *ἀπαράμιλλος* neque Lexica habent, neque extra Leonem scriptor, ut nunc quidem leguntur, quantum memini, ullus. Vestigia agnoscere mihi videor apud Theophylactum Bulgariae archiepiscopum Epist. XV. 818. C. *ὑπερτίμῳ τῷ Ψελλῷ, καὶ παραμίλλῳ τὴν γλῶτταν*· et Epistola LXX. 922. C. *εἰσφέροντες τῇ παραμίλλῳ σου ἀγαθότητι.* Utrobique non dubito quin scribendum sit *ἀπαραμίλλῳ.*

C *Pag.* 45. *lin.* 13. *τὴν καρδίαν βληθεὶς*] Adeo ut minis exasperaret plebem, auctore Zonara II. 199. B. *ὁ δὲ ἀπειλαῖς μᾶλλον αὐτὸ ἐξετράχυνεν.* Sic enim in optimo Cod. Reg. 1715: in cuso secus est.

Pag. 46. *lin.* 1. *ἐν τοῖς Ἡραίοις*] De hoc palatio suburbano in Constantinopoli Christian. 175. C. Ducangius, cuius orthographiam in nomine Latine ac Graece scribendo sum secutus.

Ibid. lin. 18. *Ἐκ τούτου παῤῥησίαν ὁ Βασίλειος*] Is motus Constantinopoli accidit a. d. V. Id. August. ut ait Cedren. II. 648. A. *ἐννάτην ἄγουσα* [l. ex Codd. *ἄγοντος*, sensu item postulante] *τοῦ Αὐγούστου μηνός.* Paulo post B. *ἀπὸ πρώτης ὥρας τῆς δευτέρας ἡμέρας*· male Xylander, *a prima insequentis diei hora.* Est, *a prima hora diei Lunae.* Constantin. Porphyrog. Caerimon. aulae Byz. I. 253. C. *Ἡ δευτέρα* enim apud Graecos Christianos est secundus septimanae dies. Sic Leo 94. B. *ἕκτη δὲ ἦν τῆς ἑβδομάδος ἡμέρα*, h. e. dies Veneris. Denique apud Cedre-
D num B. lin. 9. ubi nunc *κατεστράφησαν*, malim *κατεσκάφησαν*, quod certe habet Scylitzes ms.

Pag. 47. *lin.* 6. *καὶ ἐρείπωσιν*] Fortasse scr. *ἐρειπίωσιν.*

Nam Phavorinus 742. 27. *Ἐρειπίωσις, ἡ πτῶσις·* et *ἐρειπιόω*, verbum in Lexicis praetermissum, legitur cum apud Eusebium Demonstrat. Evangel. 64. B. *τὸ ἱερὸν τὸ εὐπρεπὲς τῆς μητροπόλεως αὐτῶν ἠρειπίωται·* tum apud S. Gregorium Nyssenum Vita S. Gregorii Thaumaturgi II. 986. C. Tametsi alia forma absque *ι*, *ἐρειπόω*, aeque inveniatur, idque, quod mirere, apud eundem S. Gregorium Nyssenum: *ἐρειπωθῆναι* Homilia VI. in Ecclesiasten I. 434. D. *ἐρειπωθὲν* In Psalmos I. 311. D. Composita quoque absque *ι*: *κατερειπόω* s. *κατερηπόω* Leo Diacon. 15. D. 16. C. D. 20. A. 42. A. 45. A. 109. A. *bis.* Suidas 275. B. Zonaras II. 225. C. Heliodorus 417. C. Palladius De Bragmanibus 30. C. Nam in Palladii verbis *τὰ πεπονημένα καὶ κατερρίπαμένα* [sic] vix dubito quin *κατηρειπωμένα* scribendum sit, potius quam *κατερρίμμένα*. Quinetiam *συνερειπώθη*, forma Lexicographis ignota, aeque *ι* caret apud S. Gregorium Nyssenum De hominis opificio I. 109. D. *Ἐρείπιος* adiectivum, item in Lexica nondum receptum, videtur esse apud Philonem de Cherubim 125. A. *διὰ τί οὖν οἰκίας, ὡς* P. 210
μὴ γένοιτο ἐρείπιος, οὐκ ἐπιμεληsόμεθα;

Ibid. lin. 15. *ἱκέτην ἐλεεινὸν*] Inde Zonaras quae habet II. 199. C. retentis aliquot scriptoris nostri locutionibus et verbis.

Ibid. lin. 22. Initio cap. VIII. quaedam sumsi ex fragmentis versionis Combefisianae, Pagi IV. 6.

Pag. 48. *lin.* 5. *Ἐκκαιδεκάτην ὁ Αὔγουστος ἤλαυνε μὴν*] Nempe anni 963. De ingressu Nicephori Constantinopolim deque inauguratione eius luculentum fragmentum in Constantini Porphyrogen. Caerimon. aulae Byzantin. I. 251. B. quocum confer Reisk. Commentar. II. 141. A.

Ibid. lin. 8. *πρὸς τοῦ . . . Πολυεύκτου τῷ βασιλικῷ διαδήματι στέφεται*] In Cedren. Compend. Hist. II. 648. D. *Πολύευκτον παρεσκεύασαν τὸν Πατριάρχην, καὶ τῷ βασιλικῷ αὐτὸν ταινιῶσαι διαδήματι*, tolle verba *καὶ τῷ*, et verte, *Patriarcham apparaverunt*, hoc est, permoverunt, *ut* . . . Neque aliter Scylitza Historia ms. Verba interpolata Xylandro quoque fraudi fuerunt in versione.

Ibid. lin. 10. *Τὴν δὲ ἰδέαν*] Haec usque ad verba *γεγενη-* B
μένων ἀνδρῶν, Pag. 48. lin. 20, Ducangius Graece dedit Notis historicis in Zonar. II. 107. A.

Ibid. lin. 19. *ἐπιφράσασθαι*] Ducangio negotium exhibuit in Codice siglum verbi, cuius partem duntaxat dedit punctis terminatam, *ἐπιφράσας* . . .

Pag. 49. *lin.* 2. *At Nicephorus*] Sequentia usque ad Pag. 51. lin. 20. rursus fere omnia ex Combefisio, Pagi IV. 6.

Ibid. lin. 6. *τὸ ἐπίκλην*] Vocabulum est ex Agathia 124. D. Pro eo Leo passim adhibet *τὴν ἐπίκλησιν* 3. C. 56. B. 63. C. 65. D. 69. A. 83. C. 95. D. 107. D. *τὴν ἐπωνυμίαν* 71. D. *τὸ ἐπώνυμα* 36. C. *τὸ ἐπώνυμον* 48. C. 50. A. 51. A. C. 69. C. 77. D. *τὸν κα-*

τεπωνυμίαν 89. C. (quod vocabulum non est in Lexicis): τὸ πρόσρημα 56. B.

Pag. 50. *lin.* 1. Ὑπεψιθυρίζετο] Apud Cedren. II. 649. B. διεδέχετο δὲ καὶ λόγος ἀπανταχοῦ· vereor ut recte. Scylitza ms. (in Codd. certe quos vidi): καὶ λόγος δὲ ἐφοίτα [f. διεφοίτα] ἀπ. non διεδέτοτο [sic], quod affertur in ora editionis Cedrenianae. Paulo inferius apud Cedren. 649. D. lin. 9. pro ἐνορκοῦντα Codd. ἐπιορκοῦντα.

C *Ibid. lin.* 12. κατεδυσώπησε τὸν ἀρχιερέα] Praesertim Styliano iurante, nullum ex Theophanonis liberis a Nicephoro de baptismo esse susceptum, ut referunt Cedrenus et Glycas. Apud quem 306. B. post τὸν Στυλιανὸν Codd. addunt, ὑπὲρ τοῦ βασιλέως ὀμνύοντα.

Ibid. lin. 18. Αὐτὸς δὲ παρὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν διαχειμάζων] Victoriam Ioann. Tzimiscae a Cedreno II. 654. B. celebratam in anni 963. autumno, hanc hiemem praecedenti, accidisse credendum est. Quo in loco Cedreni post verba, εἷς τινα λόφον δύσβατον καὶ ἀπόκρυμνον [l. ἀπόκρημν.], πεζοὶ τοὺς ἵππους [f. τοῦ ἵππου] ἀποβάντες, καὶ τῇ τοῦ τόπου θαῤῥήσαντες, insere ex auctoritate Codd. vocem εὐκαιρίᾳ, quam vulgata habet in margine, quaeque omnino abesse nequit.

Pag. 51. *lin.* 6. Initium capitis X. Combefisius vertit, Pagi IV. 8.

Ibid. ead. lin. Ἐπεὶ δὲ τὴν τοῦ χειμῶνος κατήφειαν ἐαριναὶ τροπαὶ] Nempe solstitium aestivum anni 964, a quo non multum dissentit Cedrenus II. 654. B. scribens, mense Iulio Nicephorum hanc expeditionem suscepisse. Apud Abulpharajium Historia dynastiar. p. 313. ea omnia ad a. Hegirae 351, hoc est Christi 962,
D referuntur: perperam, opinor: errore vel auctoris vel librariorum.

Ibid. lin. 13. κυκλόθεν διειληφὼς] Διαλαμβάνω, vel certe perfectum διείληφα, apud Leonem valet *cinxi:* sic supra 13. A. et fortasse infra 36. D. Quin hac ipsa pagina lin. 18. passive, κυκλόθεν διείληπτο. Eodem sensu διέζωσεν 37. A.

Ibid. lin. 21. πολυχεύμων τις, ψυχρός τε καὶ διειδὴς περινάων] Neque πολυχεύμων est in Lexicis, neque περινάω. Illud invenitur apud S. Basilium Epist. CLX. II. 946. ὦ πηγῆς πολυχεύμονος (quo eodem sensu S. Iustinus Martyr Dialogo cum Tryphon. 329. C. πολυΰδρου καὶ ἰσχυρᾶς πηγῆς): pro hoc usitatius περινέω, quod habent Lexica.

Pag. 52. *lin.* 21. Οἱ δὲ ἀνώρυττόν τε] Vide supra 15. B. narrationem de expugnatione Candiae: item Agathiam 21. A. et 78. A.

Pag. 53. *lin.* 3. τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος τὴν περίγειον ὑπαυγαζούσης] Etymologiam secutus verti *circumjectum agrum*, τὴν περίχωρον, 36. A. quanquam apud scriptores Christianos Hellenistasque πε-

περίγειος saepe alia significatione vertendum sit, *super terram versans*, praesertim figurate sensuque theologico. Eusebius Demonstrat. Evangel. 260. C. οὐδὲ τὰ περίγεια καὶ ἀπατηλὰ πνεύματα, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Θεός. 272. C. δαίμονες ἂν εἶεν χθόνιοι καὶ περίγειοι. Opponitur sic rebus caelestibus ac divinis Praeparat. Evangel. 181. A. 704. C. alibique, locutionibus variis, quarum annotabo aliquot: οἱ περίγειοι ἄγγελοι, *angeli qui versantur in terris*, S. Gregorius Nyssenus In Christi ascension. II. 875. A. ὁ περίγειος βίος S. Gregorius Nyssen. De oratione Dominica I. 729. C. 743. C. ἡ περίγειος διοίκησις, *administratio terrae*, S. Clemens Alexandrinus Stromatib. 685. B. ἡ τῶν περιγείων ἡγεμονία Philo De mundi opificio 24. G. ἡ περίγειος λῆξις, *sors terrena*, Synesius De provident. 89. C. ἡ τῶν περιγείων οἰκονομία S. Clemens Alexandrinus Stromatib. 701. A. τὰ περίγεια πράγματα S. Gregorius Nyssenus Contra Eunomium II. 388. B. τὰ περίγ. σώματα S. Basilius In divites avaros I. 414. B. ἡ περίγειος τετρακτὺς τῶν ἀρετῶν Synesius Epistola CXL. ad Herculianum 455. B. ἡ περίγειος φύσις Philo De confusion. linguar. 259. E. τὰ περίγεια absolute, *res terrestres*, Philo De sacrificiis Abelis et Caïni 102. D. De somniis 455. D. De vita Mosis 518. D. Libro II. de Somniis 886. F. S. Gregorius Nyssenus In Psalmos I. 353. D. In Canticum Cantic. 502. B. De oratione Dominica 729. B. Inde περίγειος cum substantivo loci valet fere idem quod *terra*. Georgius Alexandrinus Vita S. Chrysostomi VIII. 260. 38. ὡς ἅπας ὁ περίγειος ἐπίσταται χῶρος, *ut scit orbis terrarum*. Item ὁ περίγειος χῶρος Philo Quod deterius potiori insidiari sol. 132. G. De confusione linguar. 259. F. S. Gregorius Nyssenus De beatitudinib. I. 831. A. Contra Eunomium II. 360. A. ὁ περίγειος κόσμος, mundus terrenus, hoc est *terra*, Euseb. Demonstr. Evangel. 422. C. Palladius De vita S. Ioannis Chrysostomi 110. C. ὁ περίγειος τόπος Eusebius Demonstrat. Evangel. 427. D. S. Gregor. Nyssen. Orat. catechet. II. 487. B. Aliisque locis apud Leonem nostrum dubium non est, quin ἡ περίγειος valeat *terra*, ut 99. A. Interdum tamen significationem ex etymologia ductam magis retinet. Sic Philo De monarchia 627. τὰς μετὰ σελήνην ἐν ἀέρι περιγείους φύσεις, *naturas, quae post lunam in aëre circa terram sunt*. Agathias Hist. 145. D. ὁ περίγειος ἀήρ, *aër terrae proxime circumfusus*. Neque aliter ἡ περίγειος substantive in Procli Paraphr. in Ptolem. 3. C. δύναμίς τις διαδίδοται, καὶ διαβαίνει εἰς πᾶσαν τὴν περίγειον. Unde emendandum Ptolemaei Quadripartitum 2. C. ubi nunc forma vitiosa, πᾶσαν τὴν περίγειαν [sic]. Saniorem vocem Lexicisque ignotam habet Ptolemaeus Quadripart. 17. B. lunam antecellere διὰ τὴν περιγειότητα, *quia terrae vicina est*.

Ibid. lin. 12. ζωγραὶ πρὸς τῶν Ῥωμαίων ληφθέντες] Pro αἰχμάλωτος plerumque Leo usurpat vel ζωγρίας, ut 22. C. 24. D. 41. C. 75. A. 107. D. vel ἐζωγρημένος 7. C. vel δορυάλωτος 13.

C. 14. B. 41. C. 46. B. C. *Αἰχμάλωτος* legitur 13. A. 14. A. 16 A. 47. A.

Ibid. lin. 14. *Imperator*] Haec usque ad vb. *redirent* v. ex Combefisio, Pagi IV. 9.

D *Ibid. lin.* 16. *τοὺς παραλειφθέντας βαρβάρους*] Sic scripsi pro *παραληφθέντας*, quod nunc poenitet: nam sensu, quem vertens expressi, Leo dixisset *περιλειφθέντας*, ut 7. A. 10. A. 16. A. 82. D. 93. C. 97. C. 107. B. vel *καταλειφθέντας*, 7. C. 45. A. Voces *λειφθέντες* et *ληφθέντες* quam saepe permutentur, pluribus demonstraverunt viri eruditionis exquisitae Boissonadus ad Heroïca Philostrati 496. C. et Schaeferus ad Gregor. Corinth. 452. C.

Pag. 54. *lin.* 4. *αὐτοῦ τε διεχείμαζε*] Tarsi obsidio, Mopsvestiaeque Adanae et Anazarbae expugnatio incidunt in annum 964. cuius gesta continentur capite X. et XI. huius libri.

Ibid. ead. lin. καὶ τὰ ἐς τὸν πόλεμον ἐξηρτύετο.] Ad verbum ex Agathia 37. A. et 90. A.

IN LIBRUM IV.

P. 212 *Pag.* 55. *lin.* 5. *ὡσπερεὶ βέλος κωφὸν*] Combefisius legit *κουφόν*· vertit IV. 12: *haud secus ac leve telum.* Sed est imitatio Homeri Iliad. *Λ.* 390.

Pag. 56. *lin.* 8. *ἐπαγόμενος*] Multum delectatur Leo hoc verbo, quando duces exercitum secum adducentes facit. Ita *ἐπάγεσθαι δύναμιν* 19. B. *ἴλην* 11. A. 96. D. *πανοπλίαν* 24. D. *στρατιὰν* 11. C. Confer Agathiam 79. A. 75. D. 92. C. 122. B.

Ibid. lin. 10. *τὸ ναστὸν ὕψος*] Formula solennis de muris Hierosolymitanis. Iosephus De bello Iud. 914. A. *τὸ ναστὸν ὕψος τῶν πύργων*· ibidem F. *ἐπὶ τεσσαράκοντα δ' ἦν τὸ ναστὸν αὐτοῦ ὕψος*· aut 767. G. *κατιδὼν γοῦν τό,τε ναστὸν αὐτῶν ὕψος.* Dicitur autem *ναστὸς* eleganter de structuris plenis, hoc est, in qui-
B bus nullae cavitates concamerationesque sint. Idem Iosephus De bello Iud. 914. G. *ὁ δὲ τρίτος πύργος . . μέχρι μὲν εἴκοσι πηχῶν ναστὸς ἦν.* Ibidemque 747. F. in portu Caesariensi *πύργον ναστὸν* fuisse scribit. De ianuis aureis S. Ioannes Chrysostomus De educandis liberis 36. C. *ὅλας δι' ὅλου ἀπὸ χρυσοῦ κατασκευάσθαι, παχείας καὶ ναστάς.* Quod ideo moneo, quia in Timarione, inter Notitias Codd. mss. Bibliothecae Reg. tom. IX. part. II. a me edito, p. 196. lin. penult. in verbis *τῷ λαστῷ τῆς σφυρηλατήσεως* legendum est *ναστῷ*· quod annotare tunc neglexi. Confer item Salmas. ad Solin. I. 768. A. — A *ναστὸς* vel potius a *νάσσω* derivatur vox *νάγμα*, stratum lapideum solidum, quo littora aut ripae adversus vim aquarum vestiuntur, *crepido.* Iosephus De bello Iud. 747. E. *τὸ πρὸ αὐτῶν πᾶν κύκλῳ νάγμα τοῖς ἀποβαίνουσι*

πλατὺς περίπατος. Hesychius II. 652. A. *Νάγματα· προβολαί.* Sic enim ibi scribendum: editiones *Νάματα*, mendose.

Ibid. lin. 13. *εὐπεριγράπτου πόλεως*] *Εὐπερίγραπτος, non late patens, brevis*, forma omissa Lexicis (nam vulgo atque elegantius dicitur *εὐπερίγραφος*), habet complures auctoritates, earumque aliquot satis idoneas. S. Gregorius Nyssenus In Hexaëmer. I. 2. A. *ἃ γὰρ ἐκεῖνος εἶπεν ἐν ὀλίγοις τε καὶ εὐπεριγράπτοις τοῖς ῥήμασιν.* De vita sancti Gregorii Thaumaturgi II. 978. B. *λόγον σύμμετρόν τε καὶ εὐπερίγραπτον.* S. Basilius In cap. II. Esaiae I. 879. Eustathius ad Odysseam 521. 43. Gregentius autem Tephrensis (quem caeteroquin elegantiae Graecae arbitrum non capiam) Disputatione cum Herbano Iudaeo 147. B. *ἐν εὐτελεῖ τόπῳ τινὶ εὐπερίγραπτοι ἔσονται*, usurpasse videtur pro, *facile describentur*, de numero, qui iniri facile potest. Apud Eustratium De operatione animarum post mortem, quem 415. A. verba S. Gregorii Nysseni supra allata, *λόγον σύμμετρόν τε καὶ εὐπερίγραπτον*, iterasse video, Leo Allatius vertit, *sermonem bene definitum:* haud scio quam bene. C

Ibid. lin. 14. *τῶν ἐπηλύδων τε καὶ ἰθαγενῶν.*] Mireris epitheta opposita: Agathias 123. B. *ἠθαγενὲς* [sic] *καὶ ἐπιχώριον.* D

Ibid. lin. 15. *Ταῦτα δὴ ἀνελίττων καὶ γνωματεύων*] Praeivit in hoc quoque Agathias 31. D.

Ibid. lin. 23. *Ἦρος δὲ εὐθὺς διαλάμποντος*] Hoc est ver anni 965, ad quem pertinent praelium Tarsense, eiusque urbis diu obsessae deditio. Vid. Elmacin. Histor. Sarac. 224. C. Anno sequenti 966. secundum quosdam Edessa occupata est et Antiochia tentata. Cedren. II. 655. D. Leo 43. A. Bellum Bulgaricum ad annum 967. reiiciendum videtur (quanquam secus sentit Pagi ad Baron. IV. 13. B.): expeditio Sicula, a. 964. suscepta, sequenti anno 965. finem habuit.

Pag. 57. *lin.* 16. *ἐξ ἀπόπτου*] Inutilis est coniectura *ἀπροόπτου*· nam hic et 11. B. *ἐξ ἀπόπτου* recte vertitur *ex occulto:* quod alibi 36. B. 86. A. Leo ait *ἐκ τοῦ ἀφανοῦς.* Etenim invenitur *ἄποπτος* significatu quadruplici, nondum illo satis, ni fallor, explicito. Quare haud ingratum diligentioris doctrinae amantibus videar facturus, si quae de voce ea notavi expromsero. Prima est significatio, quando *ἀπὸ* habet quasi vim negandi, ut *ἄποπτος* sit *visum effugiens* seu, vocabulo C. Celsi, *invisibilis.* Sophocles Oedipo tyr. 762. *τοῦδ' ἄποπτος ἄστεος.* Enarrator ve- P. 213
tus, *ἔξω τῆς θέας τοῦδε τοῦ ἄστεος.* Idem Sophocles Aiac. 15. *κἂν ἄποπτος ἦς, etsi inconspicua eras.* *Ἄποπτος γὰρ ὁ ἀθεώρητος*, ait Suidas I. 290. C. Quapropter apud S. Iustinum Martyrem Apologia pro Christ. 51. C. *ἐπιστήμην τὴν ἄποπτον scientiam occultam* interpretere potius quam cum Ioanne Langio *scientiam consistentem.* Inde *τὸ ἄποπτον, locus occultus.* *) Diony-

*) Vide tamen notam eruditam V. summi Lobeckii ad Aiac. 15. ed. 222. B.

sius Halicarn. Antiq. Rom. I. 113. 6. *ἐν ἀπόπτῳ τίθενται τὸν χάρακα.* Hudsonus recte, *in loco occulto castra posuerunt.* Ut nesciam quare alibi I. 338. 15. *οἱ δὲ τῶν Οὐολούσκων ἡγεμόνες ἐξ ἀπόπτου τοῖς Ῥωμαίοις παρεμβάλλοντες*, verterit, *in locum excelsum, unde Romanos conspicere possent:* praesertim cum ex serie narrationis pateat, Volscos, Romanis *οὐ προσδεχομένοις* (lin. 31.), *ἐξαπιναίως* supervenire potuisse. Georgius Pisides De vanitate vitae 89 sqq.:

Τίς οὖν σκοπήσας ἐξ ἀπόπτου καρδίας
Τὸ τοῦ βίου θέατρον αἰσχύνης γέμον,
Θρήνῳ γελῶντι μὴ σβέσοι τὸ παίγνιον;

B *Quis*, ait, *spectans ex occulto cordis, ex corde intimo*, etc. Fredericus Morellus minus apte, opinor: *Quis corde spectans ex inaspectabili.* Huic significationi cognata est altera, *remotus a nobis, disiunctus:* ut ideo *ἐξ ἀπόπτου* iam non *ex occulto*, sed *ex longinquo* vertendum sit. Sophocles Philoct. 467:

. . . . . *καιρὸς γὰρ καλεῖ*
Πλοῦν μὴ 'ξ ἀπόπτου μᾶλλον ἢ 'γγύθεν σκοπεῖν.

Aeschines loco celebrato Axiochi 149. A. *λαλεῖς, ὡς ἐξ ἀπόπτου θεώμενος· ἡμεῖς δ' ἴσμεν ἀκριβέστερον οἱ διὰ πείρας ἰόντες.* Quippe sic commodius verti arbitror quam *e specula*, ut vult Fischerus ad h. l. Apud Philonem quoque, qui quinquies Aeschinis imitatus locum est, De temulentia 202. A. De profug. 361. B.
C De vita Mosis 516. F. Quod omnis probus liber sit 670. F. (*οὐ μόνον οὐκ ἐπιβῆναι τῆς χώρας, ἀλλ' οὐδ' ἐξ ἀπόπτου τὸ πατρῷον ἔδαφος θεάσασθαι δυναμένους.*) De vita contemplat. 691. E. dubium non est quin sit *e longinquo.* Penultimum ex allatis Philonis locis expressisse videtur Aristo Pellaeus apud Euseb. Histor. Eccles. 118. D. de Adriano Caes. Iudaeis imperante, ne *μηδ' ἐξ ἀπόπτου θεωρεῖν τὸ πατρῷον ἔδαφος, ne e longinquo quidem:* item ipse Eusebius De martyr. Palaestin. 334. C. In Plutarcho quoque Eumen. 592. E. *τόπον ἐξ ἀπόπτου καταφανῆ, locum e longinquo videndum* vertendum arbitror potius quam cum Xylandro *ex edito conspicuum.* Ab hac significatione prorsus differt tertia, qua *ἄποπτος* reddi debet, locus *ἀφ' οὗ τις δύναται ἰδεῖν μακράν*, ut verbis utar Phavorini Dictionar. 72. *verso:* nec inepte
D interdum vertere possis *sublimis, editus.* S. Gregorius Nazianz. Invectiva in Iulian. I. 78. A. *ὥσπερ ἐξ ἀπόπτου τινὸς καὶ μεσαιτάτης περιωπῆς.* S. Ioannes Chrysost. Orat. x. in Abraam. v. 44. 22. *ἐξ ἀπόπτου καὶ μετεώρου τόπου.* Idem Orat. XIII. ad Stelechium VI. 151. 2. *ἔκ τινος ἀπόπτου κορυφῆς.* Inveniturque saepissime eo sensu *τὸ ἄποπτον* substantive, *locus unde prospectus patet, specula.* Iosephus Antiq. 461. B. *ἑστιώμενος γὰρ ἐν ἀπόπτῳ μετὰ τῶν παλλακίδων.* De bello Iud. 737. B. *ἐξ ἀπόπτου δὲ*

Ἡρώδης ἀποβλέπων, e specula haec prospiciens. Atque dilucidius in Vita Constantini Eusebius 512. A. loco eleganti, quem ideo, quamvis longum, exscribam: *Οἷα δέ τις οὐρανοπέτης ἀετὸς ὀξυωπέστατος ἄνωθεν ἀφ' ὑψηλοῦ τὰ ποῤῥωτάτω διεστῶτα κατὰ τῆς γῆς ἴδοι· ὧδε καὶ οὗτος τῆς αὐτοῦ καλλιπόλεως τὴν βασιλικὴν ἀμφιπολεύων ἑστίαν, δεινόν τι νυχῶν θήρατρον ἐπὶ τοῦ Φοινίκων λανθάνον ἔθνους ἐξ ἀπόπτου συνεῖδεν, tanquam e specula prospexit.* Quae iisdem fere verbis iterata vide Orat. de laudib. Constant. 625. B. Iungitur interdum cum *σκοπιά*. Eusebius Hist. Eccles. 41. B. *ἄνωθέν ποθεν ὥσπερ ἐξ ἀπόπτου καὶ ἀπὸ σκοπιᾶς βοῶντες, quasi ex loco edito atque specula*, licet sit aliter in Valesii versione: interdum cum *περιωπῇ*, ut apud Leonem nostrum 26. A. Adiectivum autem *ἄποπτος* construitur cum praep. *εἰς* in Plutarch. Camill. 151. F. *τῆς μὲν Ὁμονοίας ἱερὸν — εἰς τὴν ἀγορὰν καὶ τὴν ἐκκλησίαν ἄποπτον, unde erat in forum atque concionem despectus:* tametsi id quoque ab aliis aliter exponitur. P. 214
Cognata est cum hac significatione quarta, primae fere opposita, qua *ἄποπτος* iam non reddendum est id unde prospicere aliquid, sed quod ipsum conspicere possis, *sub oculis positus, visibilis*, ut Pliniano verbo utar. Plutarchus Lucull. 497. D. *καταφανὴς ἦν ἡ στρατοπεδεία καὶ ἄποπτος.* Iosephus Antiquit. 539. A. 503. B. ubi de Herode: *ἦν γὰρ αὐτῷ ἄποπτα τὰ γινόμενα.* Hudson. ed. Havercamp. I. 732. B. vertit, *omnia quae facta erant* (malim *fiebant*) *prospiciebat.* Heliodorus Aethiopicis 422. *τοῦ τε ῥήγματος ἀπόπτου γενομένου, cum ruptura conspici posset.* Inde *τὸ ἄποπτον* iam non *specula*, sed contra (saepe enim interesse multum potest inter hoc et illud) *locus omnibus conspicuus.* Iosephus de Ptolemaeo Hyrcani matrem in muro flagris caedente Antiq. 448. E. *ἐξ ἀπόπτου ᾐκίζετο.* Neque alio sensu Philonem Legatione certe ad Cai. 793. D. (nam quinquies alibi apud eum aliter interpretandum dixi) usurpasse arbitror: *ἐπεὶ δὲ ὁ Πετρώνιος ἐξ ἀπόπτου κατεφάνη, in loco conspicuo apparuit:* Thomas Mangey nescio quam bene ed. II. 579. lin. 51. *in loco superiore.* Cum dativo Iosephus De bello Iud. 926. F. *ἐν ἀπόπτῳ τοῖς πολεμίοις, conspicuo hostibus loco.* B

Haec exposui paulo fusius de quatuor significationibus vocis *ἄποπτος*, quod minus adhuc ab eruditis distinctas viderem. Nec, si excipis Lexicon Schneiderianum, ac pauca alia, quicquam verius existimo, quam quod ait Frid. August. Wolfius, harum rerum summus arbiter, *Beitrag zur Geschichte des Somnambulismus* 403. C. conquerens de conditione dictionar. Graecorum: *Die griechischen Wörter sind noch in den besten Lexicis schlecht oder vielmehr gar nicht erklärt* u. s. w. Ut ideo nihil magis conferre putem ad interiorem cognitionem linguae Graecae, quam si ad discernendas eiusdem vocabuli varias potestates, analogiam et logicam secutus, e sua quisque penu quae notaverit afferat,

Cunde Lexicographi aeque ut Grammatici seligere quae velint, et expendere, et convertere ad usus suos possint.

Pag. 57. *lin.* 19. *τὸν αὐτοφονευτὴν*] Dedisse veram lectionem opinor, quanquam in Cod. sit *αὐτοφονατὴν*, vocemque *αὐτοφονευτὴς* eruditi dubiam carentemque auctoritate putent. Invenitur apud S. Clement. Rom. Constitt. Apostolor. 130 *verso*: *καὶ Καϊάφας ὕστερον αὐτοφονευτὴς ἑαυτοῦ ἐγένετο.* Formas elegantiores *αὐτοφόνος* atque *αὐτοφόντης* habent Lexica.

Pag. 58. *lin.* 19. *καὶ εὔβοτος*] *Εὔβοτος*, quod reposui pro scriptura Cod. *εὔωτος*, iteratur quoque 41. A.

Pag. 59. *lin.* 3. *ὑπεξῆγε τοῦ χάρακος*] Praeivit Agathias 42. D.

Ibid. ead. lin. ἐν μεταιχμίῳ τε καθίστη τὰς φάλαγγας] Haec Combefisius vertit IV. p. 12: *mediusque inter cohortes stetit.*

Ibid. lin. 9. *σφαδάζων τε τῷ θυμῷ*] *Σφαδάζοντες τῷ θυμῷ* Agathias 42. B.

Ibid. lin. 23. *κατοχυρωσάμενοι*] Verbum *κατοχυρόω*, *munio*, *communio*, et e Lexicis abest, et ex scriptoribus, ut existimo, antiquis. Apud recentiores inveni, velut bis in Vita S. Nili iunioris a contubernali eius scripta, ad cognoscendumque Apuliae saec. IX. statum vehementer utilis, 62. B. *πάλιν κατοχυρώσας ἑαυτὸν τῇ πρὸς τὸν ὅσιον πίστει·* et 99. C. *κατωχυρώσας* [sic] D*αὐτοῦ τὴν καρδίαν τῇ πίστει.* Item semel in Vita S. Chrysostomi ab anonymo edita VIII. 320. 11.

Pag. 60. *lin.* 14. *ὡσανεὶ ὂν ἀράχνιον*] Fort. legend. *ὡσὰν οἷον ἀράχνιν*, vel, *ὡσὰν νητὸν ἀράχν.*

Pag. 61. *lin.* 4. *κατὰ διαφόρους μάχας, τὴν Ῥωμαϊκὴν δύναμιν τρέποντες*] Ut in clade Stypiotae, pro ipso Tarsi oppido. Cedrenus II. 655. C.

Ibid. lin. 12. *σχολάζοντι ἄγγελοι, τῶν*] Transpone virgulam: *σχολάζοντι, ἄγγ. τῶν.*

Pag. 62. *lin.* 11. *ἐχώρει κατὰ Μυσῶν*] De tempore huius belli cum Bulgaris, a plerisque silentio praetermissi, difficultates oriuntur. Leo expeditionem Syriacam Nicephori, ubi Antiochia tentata est, ad a. 968. reiicere videtur, bellum Bulgaricum a. 966. locare, nec hoc sine specie: quia iam a. 967. repentina Russorum vis in Bulgariam ingruit (v. Engel *Geschichte des Ungrischen Reichs und seiner Nebenländer* I. 363. B. et Schlözer *Nestor*, od. *Russische Annalen in ihrer Grundsprache* V. 128. B.). Eundem ordinem temporum Pagium ad Annal. Ba-
P. 215 ron. IV. 13. B. et 19. C. constituisse video. Contra Cedrenus II. 655. D. diserte ait, Nicephorum non 968, sed tertio imperii anno, qui est a. 966, intrasse Syriam, Antiochiamque tentasse; eademque computatione Le Beau usus est, *Hist. du Bas-Empire*, XVI. 114. C. Controversiam dirimit testimonium Luitprandi Legat. ad Niceph. Phoc. 148. C. qui Nicephorum mense Augusto a. 968. in expeditionem Syriacam proficiscentem conspexit. Caeterum

haec et sequentia usque ad finem capitis plerumque ex Combefisiana versione sunt, Pagi IV. 13.

Ibid. lin. 16. σηραγγώδης] Vox et Leoni adamata et Agathiae 37. C. 52. C. 134. B.

Ibid. lin. 19. παρὰ τὸν Αἷμον] De Aemi convallibus umbrosis oratorie multa Theophylactus Simocatta Histor. 46. A. et ante eum Livius lib. XL. cap. 22. Splendide Virgilius Georg. II. 488:

. . . . . *O qui me gelidis in vallibus Aemi*
Sistat, et ingenti ramorum protegat umbra!

Pag. 63. *lin.* 11. εἰς κεντηνάρια πεντεκαίδεκα] De huius pecuniae summa Schloezerus *Nestors Annalen* V. 130. 5. de centenariis praeter Ducangium Glossar. Gr. I. 633. C. Reiskius Comment. ad Caerimon. aulae Byzant. II. 44. A. B

Ibid. lin. 18. πολεμικῶν ἔργων ἀγνῶτες τυγχάνοντες] Agathias 33. C. ἀγνῶτες τὰ πολέμια· confer quoque 76. D. et 105. B.

Pag. 64. *lin.* 10. φόρους τοὺς μήπω ἐπινοηθέντας] Aliam causam Cedrenus addit II. 658. B. nimium bellandi amorem Nicephori, quodque subditos in continuas expeditiones raptos male mulctaret. Sic enim intelligenda illa, πρὸς ταξείδιον συνεχῶς ἐξιών· quod *ad Taxeidium adsidue veniens* vertit Xylander, homo ut lingua Attica cum primis doctus, ita Graecitatis mediae et infimae rerumque Byzantinarum omnino rudis: inque annotationibus 25. D. Taxidium locum fuisse vult, ubi vectigalium rationes ducerentur. Neque Goar, qui Nott. posterioribus 53. D. Xylandrum carpens ταξείδιον *navigationem seu iter mari conficiendum* interpretatur, ab omni immunis errore est. Nam apud Cedrenum scriptoresque huic aetate suppares ταξείδιον s. ταξίδιον valet *expeditionem bellicam:* vide loca apud Ducang. Glossar. II. 1528. B. Inde ταξιδιάριος sive ταξιδιάρης, de Imperatore, *expeditionarium*, ut ita dicam, significat: hoc est, expeditiones crebras suscipientem, adeoque *bellatorem.* Neque audiendus apud Ducang. Nicol. Alemannus, *ordinarius* hanc v. interpretans aut *gregarius*, sicque appellari opinatus Imperatores, quotquot sago militari deposito purpuram induerint. Chronicon ms. de reb. Byzantinis: Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ [nempe Constantini M.] ταξειδάρης. Et inferius: Λέων ὁ υἱὸς αὐτοῦ [Basilii Macedonis], ὁ φιλόσοφος, χρόνους κέ, μῆνας ὀκτώ· ὀρθόδοξος, ταξειδάρης. Idem de Ioanne Comneno: Ἰωάννης ὁ υἱὸς αὐτοῦ [Alexii Comneni], ὁ εὐσεβὴς καὶ ἐλεήμων, χρόνους κδ', μῆνας ζ', ἡμέρας κδ'· ὀρθόδοξος, ταξειδάρης. Item de Manuele successore: Μανουὴλ ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὁ Πορφυρογέννητος, χρόνους λζ', μῆνας ε', ἡμέρας γ'· ὀρθόδοξος, ταξειδάρης. Quorum quatuor Imperatorum nullus miles gregarius fuit, antequam purpuram sumeret. In voce ταξείδιον vertenda similiter lapsi sunt Levenklavius ad Gly-

cam, 307. C. Reiskius ad Constantin. Porphyrogen. Caerimon. Byzant. II. 352. D. 354. C. idemque in vertendo *ταξεῶται* 354. B. 355. A. C.

Pag. 65. *lin.* 11. *ἀπερικτύπητον.*] De hoc vocabulo vide Suidam I. 255. B.

Ibid. lin. 20. *ἐς Σικελίαν ἔστελλε*] Eidem expeditioni interfuit S. Nicephorus, diversus a S. Nicephoro circa a. 806. Constantinopoli patriarcha: tametsi in huius nostri Nicephori vita ms. (in Cod. Reg. 1181.) post verba: *Βίος τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Νικηφόρου*, antiqua scriptura erasa, nova superaddita sit, *ἀρχιεπισκόπου Κοσσαντινουπόλεως* [sic]. Inde error manavit in Catalog. Codd. mss. Graec. Biblioth. Reg. II, 237. D. Etenim Nicephorus hic est episcopus Mileti ille, cuius vitam a Combefisio ad Henschenium missam esse Le Quien Orient. Chr. I. 920. A. ait, inter Acta SS. edendam. Is vico maximo et celeberrimo, Basilii nomine, thematis Buccellariorum ortus: *) *χώρας μὲν τῆς τῶν Μαριανδυνῶν ὥρμητο εἴτ' οὖν Βουκελλαρίων· τούτῳ γὰρ νῦν*
P. 216 *μᾶλλον τῷ ὀνόματι κέκληται· κώμη δ' αὐτῷ μεγίστη τε καὶ πολυανθρωποτάτη, Βασίλειον προσαγορευομένη·* Cpli *ὑπὸ Μαγίστρου τοῦ Μωσελλοῦ* institutus, inque collegium clericorum palatii cooptatus, postea ut consiliarius rerumque spiritualium curator exercitum Nicetae in Siciliam comitatus est. Ubi male rem cessuram cum ei multa praesagivissent, et proprium acumen et ducum nequitia, et sancti cuiusdam circa fretum Siculum tunc sedentis, Prasinacii nomine, vaticinatio, post cladem reversus in Graeciam, posthac episcopus Mileti factus est. Audiamus verba Graeca: *Καὶ ἄλλοτε ἄλλων κατὰ καιροὺς τὸ τῆς βασιλείας κράτος διαδεξαμένων, ὁ πολὺς τὴν ἀνδρείαν Νικηφόρος τῶν σκήπτρων ἐγκρατὴς γεγονὼς, πέμπει κατὰ τῆς Σικελίας στρατὸν, στρατηγὸν τῶν ὅλων Νικήταν καταστησάμενος, ἀδελφὸν ὄντα τοῦ τηνικάδε πρώτου τῶν θεραπόντων τοῦ βασιλέως. Ἐπεὶ τοίνυν ἔδει τινὰ συναπελθεῖν τῷ στρατῷ τῶν ἐπ' ἀρετῇ γνωρίμων καὶ διαβοήτων, ἵνα τὰ πρὸς Θεὸν αὐτοῖς εἴη, καὶ τὴν ἀναίμακτον τελοίη λατρείαν, καὶ σύμβουλος δεξιὸς τῷ κρατοῦντι παρείη, τίνα τοῦτον ἄλλον ἐχρῆν εἶναι, ἢ πάντως τὸ πάντων τῶν καλῶν καταγώγιον, Νικηφόρον τὸν μέγιστον; Διὸ*
B *καὶ συναπαίρει τούτοις, πιθήσας τῇ ἀξιώσει τοῦ βασιλέως. Πταίσαντος δὲ τοῦ στρατοῦ καθ' ὃν τρόπον οἶδε μὲν ὁ πάντα πρὸ τοῦ γενέσθαι ἐπιστάμενος Θεὸς, οἶδε δὲ καὶ ὁ ταῦτα συγγράφων (κατὰ γὰρ τὸ αὐτοῦ ἄστυ τὰ δράματα γέγονεν), οὐ βούλεται δὲ παραγώνια γράφειν, εἰ καὶ ἄλλως τῇ ἱστορίᾳ ἁρμόδια· πλὴν βαρεῖαν καὶ ἐλεεινὴν ἡττηθέντων ἧτταν, πάντων τε σχεδὸν βαρβαρικῆς χειρὸς καὶ διανοίας παρανάλωμα γεγονότων, καὶ μόνου ζωγρηθέντος αἰχμαλώτου τοῦ προειρημένου Νικήτα· ἐπέζευε γάρ· προγνοὺς ὁ καθαρὸς Νικηφόρος τὰ πραχθησόμενα, ὧν, ὡς λέλεκται, καὶ αὐτὸς κατὰ τὴν*

*) Cod. Reg. 1181. fol. 199 *recto.*

Σικελίαν αὐτήν· τὸ μὲν, ἀπὸ τῆς οἰκείας μάλα συνέσεως· ἑώρα γὰρ ἀναγωγίαν πλείστην τῶν στρατηγῶν· τὸ δὲ, καὶ ἀπό τινος τῶν ἐν τῇ χώρᾳ θεοπτικῶν (πλεονεκτεῖ γὰρ καὶ τῇ τούτων φορᾷ τῆς ἄλλης εὐθηνίας οὐκ ἔλαττον), τοῦ ἐγχωρίως Ἱρασινακίου καλουμένου, αὐτοῦ που κατασκηνοῦντος τὸ τηνικαῦτα πρὸς τῷ πορθμῷ, καὶ ταῖς ἐνθέοις ἀρεταῖς περιφανῶς διαλάμποντος· οὐκ ἔχων ὅ,τι καὶ δράσειεν ἐπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων, ἐπανιὼν ἐπεδίδου τὴν θείαν ἐργασίαν, πάσῃ τέχνῃ καὶ σπουδῇ χρώμενος πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ἀποθέωσιν. Ex ascriptis, cladem Nicetae illustrantibus, C patet praeterea, auctorem Vitae illius Siculum fuisse iuxtaque eius civitatem, Taurominitanam fortasse, Romanos tunc male pugnasse. Ipsam expeditionem ad a. 965. refert Lupus Protospata apud Murator. Scriptt. Ital. V. 39. B. (ubi pro *Manuyci* leg. fort. *Manuili*): quocum consentit Luitprandus Leg. ad Niceph. 150. C. scribens triennio ante a. 968. quo ipse fuit Constantinopoli, Manuelem a Saracenis fusum.

Pag. 66. *lin.* 8. *τὰς κλεινὰς καὶ περιπύστους Συρακούσας*] Combefisius vertit IV. 13: *clausas urbes longe celebres*: videtur legisse: *κλειστάς.*

Ibid. lin. 16. *ἐπὶ τόπων ἐπικαίρων*] *Τὰ ἐπίκαιρα τῶν χωρίων* Agathias 100. C.

Ibid. lin. 23. *ὁρμητίας τε ὤν*] Vox *ὁρμητίας*, *impetuosus*, seu, ut magis Latine loquar, *fervidus*, *incitatus*, a nullo adhuc in Lexicon relata est, Patribus tamen non indisertis adamata, in primis S. Ioann. Chrysost. Orat. VII. de laudib. S. Pauli VIII. 58. 43. *οὕτω τολμητὴς ὢν, καὶ ὁρμητίας, καὶ πῦρ πνέων.* Homil. octogesima tertia in S. Matth. I. 860. B. *ὁρμητίαν, καὶ ἀκρόχολον καὶ θυμώδη.* Simeon Metaphrast. Vita S. Chrysost. VIII. 407. 7. D *καὶ γὰρ ἦν ὁρμητίας φύσει, καὶ χειρῶν ὡς μάλιστα ἀκρατής.* Adiectivum inde derivatum *ὁρμητιαῖος*, quod non magis se nobis obtulit in Lexicis, est apud Macarium De progressu viri Christiani 478. B. *ποταμὸν ὁρμητιαῖον διέρχεσθαι·* vertit Zachar. Palthenius *fluvium rapidum.*

Pag. 67. *lin.* 6. *τῷ ἀπροσδοκήτῳ καταπλαγέντες*] Respexit Agathiam 26. A.

Ibid. lin. 7. *μηδὲ τὸ ἡλιακὸν φῶς τῷ συνηρεφεῖ τῆς λόχμης ἐώμενοι καθορᾶν*] Similiter fere de Aemi silvis Livius lib. XL. 22. *opacum iter, ut, prae densitate arborum immissorumque aliorum in alios ramorum, perspici caelum vix posset.*

Ibid. lin. 15. *ἦλω δὲ καὶ ὁ Πατρίκιος Νικήτας*] Casu omnino singulari habemus in Bibliotheca Regia Codicem Graecum, manu illius ipsius Nicetae cum a Saracenis custodia teneretur, dicas ut occupatione assidua sollicitudines allevaret suas, peraratum. Is Cod. bene conservatus, olim Colbertinus 499. nunc Reg. 497. plus trecentorum foliorum membranaceus, continens homilias SS. Basilii, Gregorii Nazianzeni, Ioannis Chrysostomi,

finem versus habet haec, prima manu: Ἐγράφη ἡ παροῦσα βί-
P. 217 βλος οἰκείᾳ χειρὶ Νικήτα ασπαθ. (h. e. πρωτοσπαθαρίου) καὶ γε-
γονότος (hic priore scriptura de industria erasa interlitum est manu sec. δρουγγαρίου τοῦ πλοΐμου [sic: sequitur locus laceratus]) * άντου, ἀδελφοῦ [inde manus prima] Μιχαὴλ πατρικίου, πραιπωσίτου καὶ βέστου, γεγονότος πρωτοβεστιαρίου Νικηφόρου, τοῦ φιλοχρίστου δεσπότου· ὄντος αὐτοῦ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ Ἀφρικῆς, μηνὶ Σεπτεμβρίῳ ἰνδ. ι΄· καὶ ἐπεδόθη ἐν τῷ ναῷ τ [inde denuo manus secunda, erasis arte prioribus] οὖ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μεγαλομάρτυρος Γεωργίου τοῦ Ὁριάτου [sic], πλησίον Θεομόρφου [sic: sequitur manu prima] ἐν ἔτει ϛυοθ΄, ἰνδ. ιδ΄. Vides, pro nomine ecclesiae, cui ipse Nicetas Codicem a se scriptum obtulerat, nomen alterius, penes quam posterius asservabatur, fuisse substitutum. Totam subscriptionem dederunt iam Montefalconius Palaeograph. 45. A. et Confectores Catalogi mss. Bibliothec. Reg. II. 74. D. ita tamen, ut aliter legerent atque ego in minimis quibusdam, quae tanti non sunt ut hic referantur. Annus, quo
B peraratus est Codex, excurrit in a. Christi 967: quo ecclesiae donatus, in a. 971. monstratque scriptura, hunc Nicetam literatum fuisse suaeque linguae gnarum hominem: cuius si tantum se declarasset ingenium bello obeundo, quanta in Codice pergrandi exarando eluxit patientia, nae bene tum Romanis in Sicilia fuisset consultum.

Ibid. lin. 20. ἠνιάθη μὲν καὶ . . ἤλγησε] Respexit Agathiam 73. B.

Ibid. lin. 21. ἀλλοκότῳ συμβάματι.] Hic deficit Combefisiana versio, Pagi IV. 13.

Pag. 68. *lin.* 4. ἔσεισεν ὁ Θεὸς μέγα] Hic est terrae motus, quem Cedrenus II. 660. D. accidisse ait indict. xi. [a. 968.] IV. Non. Septembr. hora noctis *duodecima:* nam pro β΄ in cuso restitue ιβ΄, ex Cedreni et Scylitzae Codd. mss. Paulo ante, nempe pridie Non. Iun. huius a. 968, Constantinopolim venerat Luitprandus, Ottonis Magni ad Nicephorum legatus, ut ipse auctor est Legat. ad Niceph. Phoc. 135. B. Quantum ad dictionem h. l., fons imitationis hic quoque est Agathias 51. C. D.

Ibid. lin. 9. Αἴτιον δὲ τῆς τοσαύτης ἐνόσεως] Haec quoque
C ex Agathia 52. B. et, ubi similia de causis terrae motuum, 149. B. ac 151. B. Neque alia fere explicatio terrae motuum in Codice Regio physica ac botanica varia mss. continenti: Ὁ σεισμὸς οὕτως γίνεται· ἡ γῆ ἔχει φλέβας ἀεριακὰς, ἔνθα οἱ ἄνεμοι συγχωνεύονται. Καὶ εἴσω μὲν ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς εἰσὶν πλατεῖαι καὶ εὐρύχωροι αἱ φλέβες αὗται, κατὰ δὲ τὴν ὄψιν τῆς γῆς εἰσὶ στενωποί. Πληθομένων λοιπὸν τῶν φλεβῶν ἐκείνων ἀνέμοις, κινοῦσιν οἱ ἄνεμοι τοῦ ἐξέρχεσθαι ἔξω. Πολὺς δὲ ὢν ὁ ἄνεμος συνταράττει πᾶσαν τὴν πλησιάζουσαν γῆν, οὐ πᾶσαν δὲ τὴν γῆν, ἀλλὰ μόνον τὴν παρακειμένην ἐκεῖσε. Καὶ μήτις ἀπιστῇ τοῦτο. Ἰδοὺ γὰρ καὶ ἐν ἡμῖν γίνεται τὸ πα-

ρὸν πάθος. Καὶ γὰρ πολλάκις γεμιζομένων τῶν ἐγκεφαλιακῶν φλεβῶν ἡμῶν ἀνέμοις, κινουμένοις ἐξέρχεσθαι, συνταράττουσι τὴν κεφαλὴν καὶ τοὺς ὤμους, ὅτε ἔπταρεν ὁ δεῖνα. Subiungit anonymus plurima de aquis calidis, περὶ θερμῶν ὑδάτων, multorumque opiniones affert, quare tepeant: velut S. Ioannis Damasceni, comparantis aquas illas aeneo filo, per arcta foramina rapto et ignescenti: ὥσπερ ὁ χαλκὸς συρόμενος ἐν στεναῖς ὀπαῖς σιδηρικαῖς ἐκπυροῦται. Sed de his collectaneis physicis fortasse alias pluribus. D

Ibid. lin. 18. ἡ τῶν Ἑλλήνων εἰκαιομυθία] Vel, si mavis, *gentilium vanae fabulae.* Sic enim vocantur saepissime a Patribus figmenta mythologiae et theologiae gentilis. Andreas Cretensis De cruce 102. B. S. Hyperechius Exhortatione ad monachos 131. D. Verti Latine *vaniloquentia*, quod proprie Graece reddas εἰκαιολογία, vocabulo in Lexicis omisso, usurpato a Philone De somniis 869. A.

Ibid. lin. 23. ἀνθέξοιντο δὲ τῶν ἐπαινετῶν.] Eandem ob causam belli mala a numine immitti opinatur S. Ephraem Syrus Sermone ascetico I. 42. A.

Pag. 69. *lin.* 8. ἡ ὑέτισις] Id nomen, item in Lexicis praetermissum, derivatur a verbo ὑετίζω, quod primus, quantum memini, Schneiderus vir summus II. 253. A. enotavit e Niceta Choniate 211. D. Est vox hellenistica, Ieremia XIV. 22. et Job XXXVIII. 26. hic Hebraeorum הַמְטִיר, illic הַגְּשִׁים exprimens. Inde usurpaverunt S. Basilius Commentar. in caput v. Esaiae I. 945. A. S. Epiphanius Ancorat. II. 89. D. Simeon Metaphrastes P. 218
Vita S. Ioann. Chrys. VIII. 382. 32. 401. 25. alii. Neutrum τὸ ὑέτιον substantive sumitur apud Ioannem Philoponum De mundi creation. 57. A. ἵνα τὸ ὑέτιον σημάνῃ, *ut pluviam significet.* De imbre largo, fere iisdem verbis ac Leo, Pachymeres Histor. I. 182. A.

Ibid. lin. 20. τῇ ταύτης ἀναλάμψει] Ἀνάλαμψις, quo similiter carent Lexica, habent, praeter Leonem hoc loco, Philo De vita Mosis 492. C. Plutarchus De oraculorum defectu II. 419. et inde Eusebius Praepar. Evang. 207. D.

Pag. 70. *lin.* 1. ὡς ἐπὶ καμινιαίας αἰθάλης] Ex Exodo IX. 8. et 10. unde certatim adhibuerunt comparationem S. Ioannes Chrysost. Ad eos qui scandalizati fuerunt VII. 11. 31. S. Ioann. Damasc. De haeresib. 158. A. Severianus Gabalorum episcopus In diem alterum creationis mund. VII. 594. 38. aliique multi. Partim pro αἰθάλη substituunt κόνις, ut S. Gregorius Nyssenus De vita Mosis I. 202. C. In Cantic. Canticorum 506. B. alii τέφρα, B
ut Nicetas Heracleae metropolita In beatum Job 169. A. et ipse Chrysostomus Quod ex desidia ortum habeat improbitas VI. 849. 12.

Ibid. lin. 4. ἐπὶ τὴν ἐπὶ Συρίας Ἀντιόχειαν ἔθει] Haec est illa Syriaca expeditio Nicephori, quam, ut dixi supra 214. D. Cedrenus II. 655. D. et Le Beau XVI. 114. C. perperam anno

966. tribuunt, Leo et Pagi ad Baron. IV. 19. C. biennio post accidisse demonstrant. Octoginta M. hominum ad hanc exped. congregasse Nicephorum Luitprandus, tunc Cpli degens, auctor est, Legat. ad Nic. Phoc. 151. A.

Ibid. lin. 12. ἣν καὶ Παλαιστίνην καλοῦσιν] Cedrenus II. 656. B. Niceph. cepisse ait oppida amplius centum Ciliciae, Syriae, καὶ Φοινίκης Λιβαγησίας, *et Phoeniciae Libanensis.* Sic enim legendum, non Φοινίκης, Λιβανισίας, distinctis nominibus, ut est in cuso. Xylander errore ioculari, *et Phoeniciae, et Banisiae.* Phoenicen duplicem fuisse, alteram maritimam, πάραλον, eiusque caput Tyrum, alteram Libanensem, Λιβανησίαν,
C cum capite regionis Emesa, vel pueris notum.

Ibid. lin. 19. Θαδδαίου τοῦ ἀποστόλου] Haec lucem mutuantur ex Vita S. Thaddaei in Cod. Regio bonae notae 548, nondum, quod sciam, edita, praeter fragmenta a Lambecio allata Commentar. de Bibl. Caes. VIII. 429. A. In ea tamen tegulae impressae mentio nulla fit, quam in aliqua vita inedita vel deperdita Thaddaei memoratam fuisse credendum est. De obitu eius vid. Menologium Graecor. Cardinal. Albani III. 137. D. de ipso Sancto, num unus, pluresve fuerint Thaddaei, Caesar Baronius ad Martyrolog. Roman. Gregor. XIII. 457. B.

Pag. 71. *lin.* 9. τὸν τοιοῦτον σεπτὸν κέραμον ἐκεῖθεν ἀνείληφε] Glycas 306. C. ex Hierapoli, hoc est Mempetze, de quo Leo, statim post, tegulam ablatam scribit, et una cincinnum capillorum S. Ioannis Baptistae, ἐμπεπλημένον [f. ἐμπεπιλημένον] αἵματι, sanguine concretum. Vide Labbei emendat. 376. D. Joël quoque, qui Glycam exscripsit, Chronograph. 181. B. legit πεπιλημένον.

D *Ibid. lin.* 12. ἐν τῷ τῆς Θεομήτορος ναῷ] In Tractatu ms. Bibl. Reg. cui titulus: Περὶ Νικηφόρου τοῦ ἄνακτος, καὶ ὅπως παρ' αὐτοῦ ἀνεκομίσθη τὸ ἐκ τῆς πλευρᾶς τῆς εἰκόνος ῥεῦσαν αἷμα θεῖον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, Nicephorum suspicor cum Ioanne Tzimisce confundi. Conf. supra 103. A. item Ducang. Cpli Christ. 131. A. et Nott. ad Zonar. 103. A.

Pag. 72. *lin.* 2. ἔκλειψιν συνέβη . . τοῦ ἡλίου γενέσθαι] De hoc solis deliquio, unde praecipue patet, expeditionem Syriacam Nicephori ad ann. 968. pertinere, nec Leonem temporum ordinem intervertisse, vide Calvis. Op. chronol. 699. D. Baron. Annal. Eccl. XVI. 375. A. Pagium Critic. IV. 19. D. Accidit, ut recte ait Leo, d. 22. Decembris a. 968. cum Nicephorus in Syria ageret, Luitprandus in Italiam rediens Corcyrae *in mensa positus panem comederet.* Legat. ad Niceph. 159. D.

Ibid. lin. 7. τετάρτῃ] Combefisius *tertia* ap. Pagium IV. 20.

IN LIBRUM V.

Pag. 77. *lin.* 3. *Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα κ. τ. λ.*] Sub idem tempus P. 219
videtur accidisse Nicephori peregrinatio, qui apud Cedrenum II. 660. B. urbe movisse dicitur *τὰς ἐν τῇ Θρᾴκῃ πόλεις ἐπισκεπόμενος*. Ubi l. *ἐπισκεψόμενος*, iubente grammatica et Codd.

Ibid. lin. 4. *ὁ πρὸς τοὺς Ταυροσκύθας κ. τ. λ.* Combefisius ap. Pag. IV. 20. haec mendose: *Calocyri* (sic) — *cum in Syria* (sic) *versans Taurorum amicitia iunctus esset, ac muneribus eum* (quem?) *corrupisset.*

Ibid. lin. 5. *Καλοκύρης ὁ Πατρίκιος*] *Καλοκυρὸς* Scylitza historia ms. et Cedrenus II. 666. B. (ubi in verbis, *αὐτὸς τῆς τε Βουλγαρίας ἐκστήσεται*, virgula, quae ante *αὐτὸς* legitur, post locanda, iubentibus Codd. omnibus.)

Ibid. lin. 15. *συνεκφορήσαντα*] Verbum *συνεκφορέω* adde Lexicis. Heliodorus quoque 192. C. habet *συνεκφορήσαντες*. Vulgata forma est *συνεκφέρω*, qua pleni sunt scriptores.

Pag. 78. *lin.* 4. *συνασπίσαντες ὑπηντίαζον*] Sphendosthla- B
bum primo in Bulgariam venisse a. 967. ibique Bulgaros fudisse docet Nestor V. 128. B. Revocatus est in patriam a. 968, Patzinacis Kiovium obsidentibus: quibus repulsis, a. 971. (alii volunt 970.) in Bulgariam reversus est, Bulgarosque altero praelio, de quo silent scriptores Byzantini, vicit. *Nestors Russische Annalen* V. 145. A. Engel *Geschichte des Ungrischen Reichs* I. 364. B.

Ibid. lin. 21. *Τάς τε μηχανὰς τὰς ἐφετηρίους*] Lege *ἀφετηρίους*, ut est 15. A. 32. B. nam infra quoque Pag. 79. lin. 9. librarius male scripserat *ἐπεγνώκει* pro *ἀπεγν.* et *ἐφετήριος* vox est adhuc omnino inaudita. Contra *ἐφετὸς*, *expetendus*, *desiderandus*, quod eximere libris docti voluerunt, habet auctoritatem permagnam unam Aristot. Naturali auscult. I. 461. C. *Ὄντος γάρ τινος θείου, καὶ ἀγαθοῦ, καὶ ἐφετοῦ.* Unde usurpavit, ut hoc utar, qui subinde ex Aristotele dicendi colores assumit, S. Iustinus Martyr Eversion. dogmat. Aristotel. I. 121. A. 122. A. B. et deinceps, singulis fere paginis, iunxitque, ut synony- C
mum, voci *ὀρεκτόν*· scholiastaque adeo ad Scalam parad. Ioannis Climaci *summum*, quod *expetendum* est a piis, *τὸ ἄκρον ἐφετὸν* vocat 450. D. Matthaeus Raderus male, *summum praeceptorum divinorum fastigium.* Neque melius Ioannes Langus alibi apud S. Iustinum Martyrem Dialog. cum Tryphon. Iudaeo I. 261. D. ubi Christianos circumcisionem spiritualem per baptismum accepisse demonstratur, *desiderandumque esse ab omnibus, ut pariter ipsi accipiant: καὶ πᾶσιν ἐφετὸν, ὁμοίως λαμβάνειν.* Versio perperam: *omnibusque adeo illam ex aequo accipere integrum est.* Melius Gretserus in Epistola Thomae Patriarchae ad haereticos in Armenia 428. C. *τὸ ὄντως ἐφετὸν ἐπι-*

Mfg. Patents, Inc., Chief Counsel, and Mr. Jack Lawrence, Assistant Chief Counsel, Patent Office, Washington, D. C., for respondent.

Mr. Justice Black delivered the opinion of the Court.

This case presents the question whether the Commissioner of Patents has authority to grant a petition for the reissue of a patent after the patent has been adjudged invalid by a court of competent jurisdiction.

On July 15, 1930, the Commissioner issued Reissue Patent No. 18,407 to respondent Fageol Motor Co. The reissue was granted upon the application of Fageol Motor Co., assignee of the original patent, No. 1,647,954, issued November 1, 1927, to Frank Fageol. The reissue patent was assigned to respondent Rear View Co. Petitioner Universal Vision Co. is the exclusive licensee of the reissue patent. Petitioner Universal Vision Co. brought suit against respondent Rear View Co. for infringement of the reissue patent. Rear View Co. answered, denying infringement and alleging that the reissue patent was void. The District Court found that the reissue patent was void and dismissed the bill of complaint. The Circuit Court of Appeals affirmed. 2 Cir., 76 F. (2d) 1. We granted certiorari, 296 U. S. 571, because of the importance of the question presented.

The original patent, No. 1,647,954, was issued November 1, 1927, on an application filed March 31, 1926. The reissue patent was granted July 15, 1930, on an application filed June 16, 1930. The original patent was adjudged invalid by the Circuit Court of Appeals for the Second Circuit on March 3, 1930. 2 Cir., 39 F. (2d) 1. The reissue application was filed more than four years after the original patent was granted, and more than three months after the original patent was adjudged invalid.

Section 4916 of the Revised Statutes, 35 U. S. C. § 64, provides that "Whenever any patent is inoperative or invalid, by reason of a defective or insufficient specification, or by reason of the patentee claiming as his own invention or discovery more than he had a right to claim as new, but at the same time it appears that the error arose from inadvertence, accident, or mistake, without any fraudulent or deceptive intention, the Commissioner shall, on the surrender of such patent and the payment of the fee required by law, cause a new patent for the same invention, and in accordance with the corrected specification, to be issued to the patentee, or, if he has assigned the patent, to his assignee or to the executors, administrators, or assigns of a deceased patentee." Section 4894 of the Revised Statutes, 35 U. S. C. § 31, provides that "Every patent or any claim thereof, original or reissued, duly issued by the Patent Office and in force, shall be presumed valid in any action or proceeding involving its validity."

Petitioners contend that the Commissioner has authority to grant a petition for reissue of a patent after the patent has been adjudged invalid by a court of competent jurisdiction. They argue that the Commissioner has authority to grant a petition for reissue of a patent after the patent has been adjudged invalid by a court of competent jurisdiction because

K. C. LONDON, E.

Rex. [C. D., K. B. D. Feb. 6, 1911.] 1 L. J. K. B. 1146; 104 L. T. R. 241; 75 J. P. 161; 27 T. L. R. 191; 55 S. J. 191; 9 L. G. R. 1; 21 Cox, C. C. 1.

Rex v. Dr. Leyds. [C. D., K. B. D. Feb. 6, 1911.] 1 L. J. K. B. 1146; 104 L. T. R. 241; 75 J. P. 161; 27 T. L. R. 191; 55 S. J. 191; 9 L. G. R. 1; 21 Cox, C. C. 1.

Rex v. Dr. Jameson. [C. D., K. B. D. Feb. 6, 1911.] 1 L. J. K. B. 1146; 104 L. T. R. 241; 75 J. P. 161; 27 T. L. R. 191; 55 S. J. 191; 9 L. G. R. 1; 21 Cox, C. C. 1.

Rex v. Dr. Wolmarans

σπᾶται κάλλος, *pulchritudinem vere concupiscendam haurit.* Apud S. Basilium In divites avaros I. 414. A. οὐδὲ οὗτος ἐφετὸς ὁ λόγος, quod vertit Ioannes Argyropylus, *Nec ista rationem habent*, corruptus locus, ut arbitror: tametsi nondum extrico, quomodo sit emendandus. Adverbium ἐφετῶς, *cupide*, usurpatur
D ab Ioanne Moscho Prato spirituali 1092. A. ἐφετῶς μὴ παράσχῃς τὴν κατὰ καιρὸν συνήθειαν τοῖς πτωχοῖς· quo in loco exponendo item plane aberravit interpres. Ita, cum ἐφετὸς et ἐφετῶς a variis frequententur, apud Polybium I. 238. 12. ἐφετῶς καὶ ταχέως ἀναγκάσαι, *cupide et cito cogere*, mendosam vocem esse vix affirmarem, nisi hoc suaderet viri summi, ἐφετῶς delentis, digna verecundia auctoritas.

Pag. 79. *lin.* 11. τῆς τούτου κυρίας ἀφηνιάσαντα] Κυρία interdum *potestatem*, *dominationem* significare, vel e locis constat in Lex. Polybiano VIII. II. 359. collectis. Est vox a LXX. interprr. scriptoribusque helleuisticis praecipue frequentata, quam plerique scribunt κυρεία. Aristeas tamen, De legis divinae translatione, 9. C. τοῦ φανέντος ἐνόχου τὴν κυρίαν ἔξειν· item S. Ioannes Chrysostomus Caten. in Ierem. I. 298. A. Grammaticorum sermone tritam vocem κύριον ὄνομα non intellexit Ioannes Hentenius ad Aretham Explicationn. in Apocalyps.: nam II. 678. A. ἡ ἰδιότης τῆς ὑποστάσεως ἑκάστου ἀφορίζηται διὰ τοῦ κυρίου ὀνόματος, *persona uniuscuiusque distinguitur nomine proprio*, sic reddidit: *separetur per nomen Domini.* Simili modo Concilio
P. 220 Lateran. III. 840. A. κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν Θεοτόκον αὐτὴν ὁμολογεῖ, non, *specialiter et secundum veritatem*, ut est in cuso, sed, *proprie et secundum veritatem Dei genitricem eam confitetur*, vertendum est. Τὸ κύριον enim, si de oratione loquimur, *verborum proprietatem* significare (non *rerum*, ut habet Reiskiana versio Dionys. Halicarnass. Iudic. de Dinarch. V. 632. 12), nemo est qui nesciat. Illud minus notum, τὸ κύριον esse interdum *exemplar princeps*, τὸ πρωτότυπον, cui opponuntur τὸ ἀντίτυπον, ἴσον, ἡ ἰσοδυναμοῦσα γραφή. Quae voces item passim negotium facesserunt interpretibus, ut demonstrabo alibi. Vocabulum substantivum κύριος restituendum est Gelasio Cyziceno Historia Concilii Nicaen. I. 397. C. τὰς δύο φύσεις προσθήσαντες κυρίως· ubi legendum Κυρίῳ, nec vertendum, *duas naturas opponunt proprie eius*, sed, *duas naturas apposuerunt Domino.* Contra eximendum ex inscriptione quam Honoratus Bouche *Hist. de Provence* I. 88. A. sic edidit ac vertit: ΛΕΤΔΙΜΟΣ ΔΙΟΝΙΣΙΟΥ
B [sic] ΚΥΡΙΟΣ ΕΥΤΑΞΙΑΙ ΚΑΙ ΓΕΡΩΤΕΡΟΣ ΝΥΚΗΣΑΣ ΕΦΗΒΟΥΣ ΚΑΙ ΓΥΜΝΑΖΙΑΡΧΗΣΑΣ ΔΙΣ· *Leudimus, Bacchici princeps certaminis*, aut *ludi, senior qui vicit adolescentes, et in exercitiis nudis palmam tulit, bis.* Quae quam longe a veritate absint, non opus est demonstrem. Emendandum videtur ΣΥΡΙΟΣ, et ΓΕΡΑΙΟΤΕΡΟΣ, ut de minutis in scriptura

mendis taceam, vertendumque sic: *Leudimus, Dionysii F., Syrius* [h. e. ex Syro insula], *qui victus moderatione etiam senior superavit adolescentes, et bis gymnasio praefuit.* Εὐταξία praecipue laudabatur in athletis ἀναγκοφαγοῦσι· de γυμνασιάρχων sive γυμνασιαρχευόντων dignitate multa exempla apud Gruter. CLXIX. 4. CLXXIII. 8. CCCXVII. 3. CCCXXVII. Reines. V. 34. VII. 36. I. 204. ubi Seleucus aliquis δὶς γυμνασίαρχος dicitur. Quod ad voc. κυριακὸς attinet, ad copiosas Suiceri Thes. Eccles. observ. II. 184. — 192. adde, κυριακὸς apud PP. saepe id notare, quod ad Deum Filium speciatim pertineat, non ad Deum Patrem, adeoque hoc sensu voci θεῖος quasi opponi. Velut Synodo Hierosol. Con- C cil. XI. 263. B. de monachis, numen oratione canticisque celebrantibus, κυριακὸν ἔργον αὐτοὺς πληροῦν ὁμολογοῦμεν, vertitur perperam, *divinum opus eos implere confitemur:* oportet *Dominicum opus:* nam fit allusio ad illud Lucae VI. 12. de Christo Domino: *Et erat pernoctans in oratione Dei.* Inde κυριότης vocatur *dignitas Servatoris, qua est Dominus* et noster, et rerum creatarum omnium: in cuius potentiae signum, ut docent Patres Graeci, Χριστὸς, h. e. *unctus*, nominatus est. Hanc vocem κυριότης, a Suicero omnino omissam, usurpant eo quem dixi sensu S. Gregorius Nyssenus Contra Eunomium II. 180. C. 183. C. De anima et resurrectione 644. B. Palladius Epistola ad S. Epiphanium II. 3. D. S. Ioannes Chrysostomus Oratione 1. in Epist. ad Hebraeos IV. 432. 30. De serpente Moysis V. 668. 31. De incomprehensibili VI. 417. 23. 419. 14. In Sanctam Pentecosten VII. 585. 36. Homilia LXXII. in S. Matthaeum I. 764. B. ubi de Servatore memorat τὴν κυριότητα αὐτοῦ, καὶ τὸ γνήσιον τῆς υἱότητος, καὶ τὸ ὁμότιμον τὸ πρὸς τὸν πατέρα. Ita in Epistola Nestorii Conc. D I. 1277. E. de Iesu nominibus, ἵνα τῶν ὀνομάτων τῶν φύσεων ἑκατέρων [f. ἑκατέρας] κοινῶν τινων σημαντικῶν προκειμένων, μήτε τὰ τῆς υἱότητος καὶ κυριότητος τέμνηται, postrema sic reddenda sunt, *ne secentur ea, quae ad filiationem et Dominationem pertinent.* Vetus interpres: *neque quod filiationis et proprietatis est, secetur.* Et in loco Origenis In S. Matth. III. 475. B. ubi nunc legitur, σάρκα μὲν μιαίνουσι, κυριότατον δὲ ἀθετοῦσι, δόξας δὲ βλασφημοῦσι, scribendum κυριότητα· sunt enim ipsa verba Epistolae S. Jud. v. 8. Quod neque Huetius in editione I. 233. C. nec novissimus editor ea quam dixi pagina animadvertentes, locum in Vulgata bene redditum traducendo inobscuraverunt. De reliquis significationibus vocis κυριότης vid. Schleusner. In Nov. Testament. I. 1269. B.

Pag. 80. *lin.* 9. Ἀνεπισφαλῶς γὰρ] Adverbium ἀνεπισφαλῶς non est in Lexicis. Praeter Leonem hic et superius 19. B. 26. B. 30. A. 31. B. occurrit apud S. Methodium Convivio decem virginum 106. B. Ἀνεπισφαλὴς habet clarissimi nominis vir Schneiderus in Dictionario, et Leo 16. D.

P. 221 *Pag.* 80. *lin.* 15. *ἡγεμονευσάντων*] Hic vel deest verbum, ut in notula ad oram suspicatus sum, vel referendum est *καὶ ὡς οὐκ ἄλλῳ* ad *κατὰ ῥοῦν αὐτῷ*, ut expressi in versione.

Ibid. lin. 18. *καὶ μὴ περαιτέρω φυσῷεν τοῦ προσήκοντος*] Similiter Chalcondylas De rebus Turc. 84. A. *εἴωθε τὸ θεῖον τὰ πάνυ μέγα φρονοῦντα καὶ πεφυσημένα μειοῦν ὡς τὰ πολλὰ καὶ σμικρύνειν.*

Pag. 81. *lin.* 2. *τρεπτὰ καὶ παλίντροπα . . τὰ πράγματα*] Conf. Agathias 109. A.

Ibid. lin. 14. *ἡ τῆς μεγάλης Ἀντιοχείας ἅλωσις*] Antiochia capta est (opinor) initio anni 969. Rationem temporum fortasse turbavit Cedrenus II. 657. A. qui attribuere videtur a. 967. Vide supra 214. D. 215. A. Quae inde narrantur usque ad finem libri quinti, comprehenduntur eodem anno 969.

Ibid. lin. 18. *σπάνιν τῶν ἀναγκαίων*] Emenda Cedrenum II. 656. A. *ἐπιλελοιπότων δὲ καὶ τῶν Ἀντιοχέων·* scribeque *τῶν ἀναγ-*
B *καίων*, ut iam coniecerat Xylander. Neque aliter Scylitza Historia ms. Legitur alibi quoque apud nostrum *σπάνις τῶν ἀναγκαίων* 39. C. et 106. B. ex Agathia 131. D. 158. D.

Ibid. lin. 19. *τομίαν μὲν ὄντα*] Cedrenus II. 656. C. *Πέτρον ἕνα τῶν ἑαυτοῦ εὐνούχων δοῦλον ὑπάρχοντα.* Ubi *δοῦλον* ut antecedentis vocis glossam eiiciendam arbitror: certe non legitur in Scylitza ms.

Pag. 82. *lin.* 16. *διὰ τῶν πυλῶν εἰσελάσας*] Quarum repagula a Burtza ense dissecta esse Cedrenus auctor est II. 657. D. Ibi lin. 9. pro *πόλην* quis non videt legendum *πύλην*, sicut in Schowii edit. Laurentii Lydi De mensibus 124. lin. 19: item lin. ult. eiusdem pag. restituendum *ἐν αἰτίαις*, et 658. A. lin. 2. *παρέσχεν?*

Pag. 83. *lin.* 10. *ἐπ' ἐδάφους ὑποστρωννύων*] Haec in Glossarium retulit Ducangius I. 867. C. sub v. *Μανδύας*, usque ad verba, *αὐτοῦ τὸ σωμάτιον·* pro quibus ille dedit, *τὸ σῶμα αὐτοῦ·*
C nec reliqua singula diligentissime descripsit. Cognomen Michaëlis, Maleïnus, in Familiis Byzantinis 149. C. non memorat Ducangius: alias *ὀξυτόνως* scribitur *Μαλεϊνός·* vide notam ad 118. D. *Κοκκοβαφῆς*, praeter locum quem in ora attuli, legitur quoque 74. D. apud Constantin. Porphyrogennet. 135. C. et apud Cedrenum II. 662. C. Hausit Leo ex Agathia 90. B.

Ibid. lin. 16. *τὸν Καίσαρα Βάρδαν, τὸν . . Νικηφόρου πατέρα*] Hic est ille senex, *natus centum quinquaginta annis* [sic], quocum Luitprandus Leg. ad Nic. Phoc. 144. D. se coenasse ait mense Augusto a. 968.

Ibid. lin. 20. *πολλὰ τρόπαια καὶ νίκας . . ἀναδησάμενον.*] Forma dictionis ex Agathia, cui frequens est: veluti 27. A. 60. C. 99. D. 140. A.

Pag. 84. *lin.* 12. *παρεξηυλημένον*] Vim vocis explicat Illu-

stris Schneiderus Lexico 223. D. Leonem, verba rara aucupantem, invenisse credendum est in Glossario aliquo, *Παρεξηυλημένος· διεφθαρμένος, ἀμυδρός·* quae hodie leguntur apud Phavorinum 1447. 23. (paulo longior est Suidas III. 46. C.) sibique persuasisse synonyma esse haec omnia, eodemque sensu usurpasse. Quae si quis minus probet, scribat *παρεξηλαμένος*, a *παρεξελαύνω*, quod vide in nott. ad 94. C. D

Pag. 85. *lin.* 8. *τολμήσας*] Proposui *τολμητίας*, quod, praeter loca in margine allata, legitur 75. C. mutuo sumtum ex Agathia 14. D. 42. B. 137. C.

Ibid. lin. 11. *καὶ τὴν τοῦ αὐτοκράτορος Νικηφόρου τῶν ἀναικτόρων μελετῆσαι καθαίρεσιν.*] Infra 70. B. *τὴν τοῦ Ἰωάννου τῶν ἀναικτορίων καθαίρεσιν.* Neque adeo dissimili phrasi 71. B. *τῶν τυραννείων κατιέναι, de imperio decedere.* Habet quidem Leo alias vocem *ἀνάκτορον*, sed ita, ut *palatium* denotet, 19. C. 39. D. 40. A. 51. B. 60. C. 79. A. B. quod alibi *ἑστίαν τὴν βασίλειον* seu *βασιλικὴν* vocat (vide quoque 189. C.) sive *τὴν βασίλειον αὐλὴν*, 30. A. 52. A. C. 62. B. alibi *τὰ βασίλεια*, 20. B. 21. A. 29. B. 52. A. 57. C. 59. A. 60. B. 90. B. 100. D. sive *τὴν ἀνακτορικὴν ἑστίαν*, 98. B. 102. C. 110. B. *Τὰ θεῖα ἀνάκτορα* 60. C. *ecclesiam* denotat, de qua significatione vid. Io. Wolfium ad Photium Contra Manich. Anecd. Gr. II. 213. C. *Καθαίρεσις* autem hic eodem sensu, quo *καθελὼν* apud S. Athanas. Histor. Arian. I. 389. A. P. 222 *τρεῖς βασιλεῖς, Βρετανίωνα, καὶ Μαγνέντιον, καὶ Γάλλον καθελὼν, cum tres Impp. Vetranionem, Magnentium, Gallum imperio deturbasset:* Montefalconius: *cum tres reges, V. M. et G., imp. abdicasset.* Porro *καθαιρεῖν*, apud scriptores ecclesiasticos solenne, sonat *deponere, exauctorare, ab officio removere.* Concil. Chalcedon. II. 387. A. *ἡνίκα Νεστόριος καθῃρέθη, quando Nestorius depositus est.* Versio vulgaris perperam: *quod N. damnatus est.* Similis vis nomini *καθαίρεσις.* Leo noster 101. A. Concil. Chalcedonens. II. 79. E. *καθαίρεσις ἡμῖν ἠπειλήθη, minae nobis intendebantur depositionis.* Versio vulgaris errore quo supra, *minabatur nob. damnatio.* At Concil. general. octavo V. 1071. E. *ἡ δὲ καθαίρεσις .. βεβαιωθῆναι ἐζητήθη*, Matthaeus Raderus recte intellexit, quanquam nunc in edit. perperam impressum sit *exauctoritatem*, pro, *exauctorationem:* quod Leo *ἔκπτωσιν τῆς ἱερωσύνης* vocat 70. B. Sed de hac vi vocis *καθαίρεσις* iam Suicerus Thesaur. Eccles. II. 1. et alii: vocabulum derivatum omiserunt, *καθαιρετικὰ*, suppl. *γράμματα, litterae, quibus depositionis formula* seu *sententia continetur.* Quod moneo, quia eam quoque vocem docti passim non intellexerunt. Iac. Billius in Anonymi Vita S. Athan. CXI. B. *κατηγορίαις ἐν τοῖς καθαιρετικοῖς, καὶ ὕβρεσι καὶ διασυρμοῖς πλεονάσαντες*, vertit, *accusationibus, abdicandi causa viri, contumeliis, derisionibus eum supra modum afficientes.* Imo: *qui in formula depositio-* B

nis [ab episcopatu] *criminationes, contumelias, convicia multa congerebant.* Montefalconius in Simeone Metaphr. De vita eiusdem CXL. B. *ἐν τοῖς καθαιρετικοῖς· in scriptis suis.* Emenda ut supra, *in sua depositionis formula.* A *καθαιρετικὸς* derivatum adverbium praetermissum in Lexicis, *καθαιρετικῶς, eo consilio ut tollas.* Origenes Contra Cels. 25. B. *τινὰς ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ τεθνηκέναι, καθαιρετικῶς τῶν προκαταλαβόντων τὰς πόλεις καὶ τὰ ἔθνη κακῶν·* Sigism. Gelenius: *aliquot, qui ultronea morte obita pro rep. totos populos totasque gentes liberarint a calami-*
C *tatibus.* Ut ad vocem *καθαίρεσις* redeam, nota peculiarem eius significationem, quam nescio an quisquam distinxerit. Philo De telor. constr. 92. C. *ἀποσπαστέον τέ ἐστι τὴν ταχίστην τὰς πρώτας ὀροφὰς, καὶ τὰς καθαιρέσεις ἀναιρετέον, et rudera asportanda sunt.* Item Athenaeus De mach. 92. B. *τοὺς διὰ τῶν καθαιρέσεων εἰσπίπτοντας.* Neque inepte, opinor, partes muri decussae *καθαιρέσεις* vocantur, cum *καθαιρεῖν* ipsum passim notet *decutere.* Artemidor. Onirocr. 112. C. si servi de oleis somnient, id iis verbera praesagire ait, *διὰ τὸ μετὰ πληγῶν τὸν καρπὸν καθαιρεῖσθαι, propterea quod cum plagis fructus olearum decutiantur.*

Pag. 86. *lin.* 10. *τῶν φόνων τῶν ἀνδρῶν*] Coniecturis, quas ad oram apposui, longe praestat summi viri Krugii prope certa emendatio litteris mecum communicata, *τῶν φονώντων ἀνδρῶν*, a *φονάω, caedis avidus sum.*

Pag. 87. *lin.* 7. *τῆς ἠπείρου προσεπιβαίνων*] Verbum *προσεπιβαίνω* (quod non est in Lexicis) Leo modo cum genitivo construit, velut hic, 60. B. et 97. D. modo cum dativo, ut 6. B. 42.
D C. Eodem casu est apud Theophylactum Orat. de Sancta Cruce 398. C. *προσεπιβαίνων τῇ γῇ.* Usurpatur etiam a Philone De temulentia 197. E. *καὶ προσεπιβαίνειν ἠξίωσεν*, ubi exponitur *praevaricari.* Alterius decompositi, *προσεπεμβαίνω*, secundam figuratamque significationem, *insulto, irrideo*, aeque in novissimis optimisque Lexicis video praetermissam. Quanquam non desint huius usus auctoritates idoneae. S. Ioann. Chrysostomus Orat. II. in Lazar. V. 241. 28. *μὴ προσεπεμβαίνωμεν αὐτοῦ ταῖς συμφοραῖς.* Olympiodorus Catena in beat. Job 329. C. *κατὰ πρόσωπον λοιδορεῖτέ με, καὶ προσεπεμβαίνετέ μοι.* Quae loca, aut similia, Hesychio obversata sunt, cum I. 1044. B. *Προσεπεμβαίνει* interpretatus est *ἐπιτωθάζει, ἐπιγελᾷ.* Verbum *ἐπεμβαίνω* simili sensu usurpatur, ut duo loca ex multis nominem, in Epist. nomine Concil. Nicaen. scripta, apud Socrat. Hist. Eccles. 28. A. item a Cedreno II. 670. D. De *ἐπιβαίνω*, idem significante, copiosus J. Tobias Krebsius in Decretis Romanorum pro Iudaeis factis 25. B., demonstrans, omnia fere veniendi verba cum *ἐπὶ*, adiuncto casu personae, notionem hostilis invasionis habere.

P. 223 *Pag.* 88. *lin.* 15. *ὡσεί τινα ἄτιμον μετανάστην*] Ex Homero Iliad. *I.* 644. *II.* 59.

Pag. 89. *lin.* 8. *ἐρωδιοῦ ῥάμφει προσεοικὸς ἀτεχνῶς*] *Ἐρωδιὸν* ardeam esse notum est. Aristoteles Historia animal. I. 903. B. Eodem nomine denotatur avis fabulosa, de qua mira refert Pseudohieronymus Breviar. in Psalter. 394. B. in psalm. CIII. maiorem esse omnibus volatilibus, aquilamque vincere et comedere. Ab hoc diversus est *erodio erodionis*, S. Hieronym. Commentar. in Zachariam III. 1732. E. Totum Leonis locum exscripsit (tametsi paulo minus accurate) Ducangius in Glossar. Addend. 11. A.

Ibid. lin. 12. *Τοιαύτην μὲν δὴ Νικηφόρος ὁ αὐτοκράτωρ τὴν τοῦ βίου εὗρε καταστροφήν*] In Chronico ms. Ioannis Scylitzae hic leguntur quaedam a Cedreno omissa, verbisque eius *ἔνδον τοῦ παλατίου κατεργασθείς* II. 663. D. subiungenda, de sepultura et specie Nicephori Phocae, quae Scylitza ex Leone 55. D. 29. D. 30. A. paene ad verbum exscripsit. Deinceps sequuntur haec: *) *Ἐν δὲ τῇ σορῷ αὐτοῦ* [Nicephori Phocae] *ὁ Μελιτηνῆς μητροπολίτης Ἰωάννης ταῦτα ἐπέγραψε·*

Τὸν ἀνδράσι πρὶν καὶ τομώτερον ξίφους,
B *τὸν ἅγιον.* Tzimiscis quoque animum sibi conciliasse S. Nicephorum morum sermonisque dignitate discimus eodem auctore, qui tamen sui instituti esse negat, quae is in comitatu egerit separatim perscribere, — *οὐ τοῦ παρόντος καιροῦ, ὅτι μηδὲ διὰ σπουδῆς ἡμῖν ταῦτα.* Reliqua ex hac vita, quemadmodum S. Nicephorus saeculo abdicato in montem Latrum secesserit, conditisque *Ἐρεβίνθου* et *τοῦ Ξηροῦ Χωραφίου* monasteriis in hoc vitam deposuerit laudatissime actam, ut aliena ab historia saeculari horum temporum praetermitto.

Pag. 99. *lin.* 1. *μήτι τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ἐκτὸς*

*) De hoc verbo vide supra not. 191. D.

τῆς ἐκείνου ῥοπῆς ἐνεργεῖν.] Addit Cedrenus II. 658. D. voluisse Nicephorum, ut bello occumbentes martyrum honoribus fruerentur, contra S. Basilii placitum, qui a sacris per triennium arceat *τοὺς πολεμίους ἔν τινι πολέμῳ ἀνῃρηκότας.* Ubi ex Codd. legendum, *τοὺς πολέμιον*, ut recte intellexit Le Beau *Histoire du Bas-Emp.* XVI. 121. C.

Ibid. lin. 5. *κατὰ τὴν νῆσον τὴν λεγομένην Πρώτην*] Le C Beau XVI. 162. C. in Proconnesum ait, consecutus Cedrenum II. 664. D. et Zonaram II. 209. A.

Ibid. lin. 7. *Λέοντα τὸν Βαλάντην καθυπεδείκνυεν*] Glycas 308. C. *εἴγε δὲ μὴ αὐτόχειρα γενέσθαι αὐτὸν τοῦ Φωκᾶ·* ubi emendandum ex Codd. nostris, *εἶπε δέ.* In Scylitzae Chronico ms. coniurati vocantur *ὁ Πατρίκιος Μιχαὴλ ὁ Βούρτζης, καὶ Λέων ταξιάρχης ὁ Βαλάντης, καὶ τῶν τοῦ Τζιμισκῆ πιστικωτάτων ὁ Ἀτζυποθεόδωρος.* Eadem paene nomina sunt apud Cedren. II. 662. B. cuius narratio in multis ad verbum cum Leone convenit.

Ibid. lin. 10. *πρὸς τοῦ Πολυεύκτου στεφθεὶς*] Tzimiscem coronatum esse ipsis natalitiis Christi a. 969. Cedrenus docet II. 665. A.

Ibid. lin. 20. *τὴν δὲ τῷ καταντιπέρας Βυζαντίου*] Quae Ioannem humanitate ac misericordia fecisse Leo ait, ut bona pauperibus distribueret, ea ex conventu cum Polyeucto Patriarcha acta esse, Ioannem hac conditione coronante, Cedrenus auctor est II. 665. A. D

Ibid. lin. 21. *ἠφώρισε*] Sic fortasse Leo ipse scripsit, mendose: nam duplex augmentum ne apud posteriorem quidem scriptorem ullum in hoc verbo se nobis obtulit. Contra *ἀφώριζον* habet S. Germanus Constantinopolitanus De rerum ecclesiasticarum contemplat. 13. B. *ἀφώρισεν* Palladius Lausiac. 94. A. *ἀφώρισαν* S. Clemens Alexandrinus Stromat. 559. D. *ἀφώρισται* Theophrastus (qui multum delectatur verbo *ἀφορίζω*, adhibetque novies) Histor. plant. 1. A. De causis plant. 352. A. S. Gregorius Nyssenus De oratione Dominic. I. 752. A. *ἀφωρισμένην* Theophrastus Hist. plant. 23. D. (ibi *ἀφορισμ.* operarum errore) et 843. D. Omitto aliorum loca, quae multa sunt. Adde, in ecclesia Graeca *ἀφορίζεσθαι* esse, *segregari a sacrorum mysteriorum communione*, quod hodie *minorem excommunicationem* vocamus. Maior enim *anathematis* vocabulo solet designari. Acta Concil. quinisexti III. 1695. E. *Εἰ δέ τις τοῦτο πράττειν ἐπιχειροίη, ἀφοριζέσθω.* Gentianus Hervetus: *Si quis autem hoc facere aggressus fuerit, deponatur.* Emenda, *excommunicetur*, sive periphrastice, *minori excommunicatione segregetur ab eucharistiae participatione.* Etenim *deponi* solis convenit clericis: *ἀφο-* P. 227 *ρισμὸς* is, de quo agitur, laïcis quoque potest contingere. Manuel Malaxus Historia Ecclesiastic. 129. A. *ἀφόρησεν* [sic] *αὐτούς·* vertit Martinus Crusius, *eos execratus est.* Sed potius scribendum,

excommunicavit, a communione ecclesiastica separavit. Neque minus passim erratum est in vertendo substantivo ἀφορισμὸς, quem ex superioribus patet in laïcis denotare *privationem* communionis eucharisticae, in clericis *suspensionem* ab officio ecclesiastico. Ita Liturgia S. Marci Alexandrina 135. B. Ioannes a S. Andrea ἀπὸ ἀναθέματος καὶ ἀφορισμοῦ vertit, *ab anathemate et excommunicatione*, tametsi hic reddendum erat, *suspensione.* Nam de sacerdote sermo. Contra apud S. Clementem Martyrem Constitutt. Apostol. 27. A. ἐπιτιμάσθω ἀφορισμῷ, Gentianus Hervetus simpliciter, *mulctetur*, quod saltem amplificandum erat, *sacrorum mysteriorum separatione mulct.* Ἀφορισμὸς apud rhetores quid sit, optime exposuit Ernesti Lexico techn. rhet. 52.
BB. Quare in versione Reiskiana haec Dionysii Halic. Iudicio de Isaeo V. 597. ἡδέως τε καὶ ἀφοριστικῶς τὰ μετὰ ταῦτα ἐπιτίθεται, minus apte, opinor, redduntur, *suaviter et distincte.* Nam hoc quidem a rhetoribus Graecis dicitur εὐκρινῶς· ἀφοριστικῶς autem vertendum est *membratim*, concisis brevibusque membris, *inconnexe*, ut ait Grotius ad Ecclesiast. II. 6. sive, ut Ciceroniano verbo utar, *incise*, brevibus incisis, fereque id quod Basilius, scholiasta ms. S. Gregorii Nazianzeni luce dignissimus, περιόδους ἀσυνδέτους καὶ αὐτοτελεῖς solet appellare. Inde explicandum Etymologicum magnum 296. 50. ubi εἶεν dicitur esse ἐπίρρημα ἀφοριστικόν· quod nempe per se ipsum effingit sensum absolutum.

Ibid. lin. 22. τῶν τῇ ἱερᾷ νόσῳ καμνόντων] Vertit Combefisius, *eorum qui sacro morbo laborarent*, ut adeo intelligatur de morbo comitiali. Neque hercule immutare ea quidem ausus sum: tametsi Valesius ad Euseb. Histor. Eccl. IV. 19. iam demonstrarit, saepe ἱερὰν νόσον intelligi debere de lepra aut elephantiasi.
C Scriptoribusque ibi laudatis addi possunt S. Ioannes Chrysostomus Orat. De poenitentia VI. 912. 37. τοὺς ὑπὸ τῆς ἱερᾶς νόσου κατακειμένους, ὧν τὰ μέλη πρὸ τοῦ θανάτου τῇ γῇ παραδίδοται· Anonymus Vita Chrysostomi VIII. 336. 29. unde paulo plura exscribam, quae quasi scholion vocabuli ἱερὸς esse possunt: Εὑρίσκει τινὰς — τὴν ἱερὰν καλουμένην περικειμένους νόσον, ταύτην τὴν προσηγορίαν τοῦ τοιούτου λαχόντος νοσήματος, παρὰ τὸ πᾶσαν ἀνθρωπίνην συμφοράν τε καὶ ἀλγηδόνα νικᾶν. Οὕτω γὰρ καὶ τοῖς ἔξω τὸ ἱερὸν ἀντὶ μεγάλου παρείληπται· ἱερὸν γὰρ καὶ ἰχθὺν, τὸν μέγαν φασίν. Facillime autem propagari hunc morbum ait auctor, ἑρπυστικόν τι εἶναι καὶ μεταβατικὸν ἐπὶ τοὺς συνδιάγοντας· ideo eo affectos oppidis expelli, passimque stratos esse per itinera οἷα νεκροὺς ἀτάφους, κινούμενα λείψανα, ἕρποντα σκηνώματα, λογικοὺς ἀνθρώπους φωνὴν ἀφιέντας ἄναρθρον· iisque S. Chrysostomum locum idoneum concessisse cum aqua praeterlabente, πρὸς τὸ τοὺς ἀπὸ τῶν τραυμάτων ἀποκαθαίρειν ῥύπους. Quae omnia minime cadere videntur in homines mor

bo maiore affectos. Apud S. Ioannem Climacum quoque Scala
D Parad. 126. B. verba, *τῇ ἱερᾷ περιπεσεῖν νόσῳ*, ob ea quae sequuntur haud paulo malim de lepra quam cum Matthaeo Radero de morbo comitiali interpretari. Confer praeterea Leonem 110. B.

Pag. 100. *lin.* 13. *Ἤδη δὲ τῆς πρὸς Ὀρόντῃ*] Haec et sequentia ex Leone transtulit Scylitza in Chronicon ms., unde excripsit partim Cedren. II. 665. B.

Pag. 101. *lin.* 8. *τὴν μὲν θύραθεν παιδείαν οὐ πάνυ ἠκριβωκότα*] Dissuadebant multi in Graecia, tum omni medio aevo, tum maxime hoc saeculo, profanas litteras: quod qui iis a tenero imbuti essent, ad veritatem fidei caeciores putarentur. Ita S. Nicephorus, de quo supra 225. C. in Vita ms. magistro *τοῦ Μωσελλοῦ* puer in disciplinam traditus dicitur, *τὴν ἱερὰν γραφὴν μόνην παιδευθησόμενος, οὐκ ἀνεχομένων τῶν προστατῶν τὸ γνήσιον καὶ γόνιμον τῆς ψυχῆς τοῦ παιδὸς ἐκσπόροις ἐμβομβῆσαι μαθήμασιν· ὅτι μὴ δυνατὸν, τοὺς τύπους τῆς τερατολογίας προτυπωθέντας ἀναλεῖψαι ῥᾳδίως, εἰ* [f. *ἢ*] *καὶ τὴν πρᾶξιν διαφυγεῖν.*

Ibid. lin. 10. *Ὁ δὲ Πολύευκτος*] Haec usque ad finem huius capitis Combefisius vertit, Pagi IV. 24.

Ibid. lin. 11. *προχείρισιν*] Codex *προχείρησιν*· mutavi se- P. 228
cundum etymologiam a verbo *προχειρίζομαι*. Vocis *προχείρισις*, adhuc in Lexicis omissae, significatus sunt duo: alter apud philosophos, alter in scriptorr. ecclesiasticis. Apud illos sonat *actus, operatio*, qua cogitata repraesentantur, perducunturque ad effectum. Porphyrius Sentent. ad intelligib. ducent. 225. A. de anima, *ἐνεργεῖ δὲ κατ' αὐτούς, ἢ ὑπ' ἄλλου εἰς προχείρησιν* [l. *προχείρισιν*] *ἐκκαλουμένη, vel ab alio ad opus excitata.* Ut ideo erraverit Kusterus, haec Suidae I. 830. A. *ἢ καθ' ἕξιν ἢ κατὰ προχείρισιν*, sic vertens: *secundum habitum et secundum propositum.* Nam cum *προχείρισις* opponatur *τῇ ἕξει*, denotetque actum ipsum sive repraesentationem facultatis, vertendum, *secundum habitum, vel secundum actum*, sive *executionem.* Apud scriptores ecclesiasticos significat *propositionem* episcopi ordinandi. Theophilus Antiochen. De Deo et Christianorum fide 147. D. *ἐν τῇ τῶν ἱεραρχούντων προχειρίσει τε καὶ ἐκλογῇ. Προχειρίζεσθαι* enim apud scriptores quidem profanos, ut alia multa, ita et *eligere* generatim denotat: vide exempla in Lexico Polyb. VIII. II. 544. a Schweighaeusero viro omni existimatione ornatissimo col- B
lecta: item apud Alciphron. I. 41. B. In scriptoribus ecclesiasticis proprie esse *proponere nomen* alicuius ordinandi, ut inquiratur an dignus sit munere, recte observavit Henr. Valesius Annotatt. in Euseb. De Vita Constant. 214. A. et in Socratem Scholast. 7. A. id quod *ὑποβάλλειν ὀνόματα* dicit Socrates 28. D. Non desunt tamen loca apud scriptores quoque ecclesiasticos, ubi latiore sensu exponendum est *eligere.* Euthalius Diaconus in peregrinationm. S. Pauli 240. A. S. Clemens Romanus Constitutt. Apostol.

11. A. 27. D. 34. E. 57. B. 102. A. 116. C. 132. D. Anonymus Catena in Ieremiam I. 54. E. S. Basilius Epistola CCCXXIII. II. 1096. B. Palladius Histor. Lausiac. 1010. B. Simeon Metaphrastes Vita S. Lucae 82. A. Plerumque enim ibi usurpatur de Deo aut Christo, apostolos prophetasque *προχειριζομένῳ*, *eligente*, neque subiiciente cuiusquam examini, sed summo suo testimonio
C comprobante. Addam de significatione adiectivi *πρόχειρος*, quae neque a Ducangio, neque a Suicero, neque ab Ernestio in Lexico rhetorum, notata sunt, quando de lectione usurpatur, praesertim Scripturae Sacrae. Velut in S. Athanasio Adversus eos qui volunt simpliciter dictis credendum esse II. 581. F. *κατὰ τὸ πρόχειρον τῆς ἀπαγγελίας*. Montefalconius perperam, *prima pronunciationis fronte*. Est enim *τὸ πρόχειρον τῆς ἀπαγγελίας obvius litteralisque sensus locutionis*, oppositus *τῇ μεταλήψει* sive *ἀναγωγῇ*, hoc est, *sensui mystico*. Eadem significatione dicunt *τῇ προχείρῳ αἰσθήσει* Ioannes Philoponus De creatione mundi 109. A. *ἡ πρόχειρος διάνοια* Dionysius Euseb. 273. C. *τὴν πρόχειρον ἐνδοχὴν* Philo Quod deterius potiori insidiari soleat 142. E. Origenes Contra Cels. 211. C. 242. A. 317. C. Philocalia 8. D. *ἡ πρόχειρος τῶν λέξεων ἔμφασις* S. Ioannes Chrysostomus Homil. LXXXIV. in Evang. Ioannis II. 863. 37. *κατὰ τὴν πρόχειρον ἔννοιαν* Severus Catena in Ieremiam II. 525. B. S. Gregorius Nyssenus De
D Vita Mosis I. 170. D. *τὸ προχειρότερον τοῦ λόγου* Origenes in Ierem. 234. A. *κατὰ πρόχειρον νοῦν* S. Nilus Epistola II. ad Domnium iunior. 27. B. *κατὰ τὴν πρόχειρον φαντασίαν* Philo Quod deterius pot. ins. soleat 127. C. Reliquae significationes vocabuli *πρόχειρος* nec pueros fugiunt: quanquam in illis quoque viri docti passim lapsi. Veluti Andreas Schatus, non recordans operis Ptolemaei cui titulus *Canones expediti*, haec Pauli Alexandrini, Rudimenta in Apotelesm. 26. C. *τὴν δὲ ἀκρίβειαν τούτων ὁ πρόχειρος κανὼν Κλαυδίου Πτολεμαίου παραστήσει*, sic reddidit: *Exquisitam hor. rationem exhibebit Canon Cl. Ptolemaei, qui exstat.* Vel Eusebius Renaudotius illa Gennadii Patriarchae De sacramentali corpore Christi 28. B. *οὐ γὰρ τὰς σωματικὰς λύει νόσους ὁ δεσπότης ἡμῶν, ἀλλὰ τὰς ἁμαρτίας ἀφίησι πολλῷ προχειρότερον, — multo facilius peccata dimittit.* Nam *προχειρότερον* non valet hoc loco *facilius*, sed *promtius, festinantius, prius*, ut patet ex sequentibus, Servatore spiritualem morbum paralyti-
P. 229 ci sanante prius quam corporis curationem susciperet. Plura exempla vocis *πρόχειρος* perperam acceptae hic missa facimus: quod in trivialibus morari, non est instituti nostri.

Pag. 102. *lin.* 7. *Αὐτὸς δὲ*] Haec usque ad Pag. 103. lin. 17. *ἀνέκαθεν* Combefisius vertit apud Pag. IV. 24.

Ibid. lin. 18. *ἀναστάσιμος ἡμέρα, καθ' ἣν τὴν ὀρθόδοξον πίστιν*] Festum orthodoxiae, de quo rite obeundo multus est Constantinus Porphyr. Caerimon. aul. Byzant. I. 92. C. incidebat

a. 970. in diem XIII. Februarii. Celebrabatur ob cultum imaginum a. 842. a Methodio Patriarcha una cum memoria Concilii II. Nicaeni restitutum. Le Quien Orient. Christ. I. 256. A. Pagi Critic. IV. 24. A. Polyeuctus obierat circa d. XVI. Ianuarii eiusdem anni 970.

Ibid. lin. 24. *ἥ τε γὰρ σπάνις τῶν ἀναγκαίων καὶ ὁ λιμὸς ἐκβαθύνας*] Praesertim 969. indict. XII: nam apud Cedren. II. 660. D. *τὴν ιβ' ἡμέραν*, scribe *τὴν ιβ' ἴνδικτον*, ut recte vertit Xylander. Apud eundem Cedren. II. 644. D. de lue, quae sub Romano iuniore primum exorta *ἄχρι τῶν τῇδε χρόνων οὐκ ἐπαύσαντο*, lege *ἐπαύσατο*, cum omnibus Codd. Bibliothecae Regiae, B ipsa re quoque flagitante. Scylitza in Chronicon ms. narrationem derivavit, ex Scylitza Cedrenus, ubi II. 665. B. Apud Leonem lubenter scripsissem *ἐμβαθύνας*· tametsi ne illud quidem praeclare dictum. Etenim apud scriptores Christianos et Hellenistas *ἐμβαθύνω* valet: 1) *Mergo me*, velut in voluptates, vitam carnalem, curas. S. Basilius Homil. in Psalm. XXIX. I. 191. B. *ἐμβαθύνειν τῇ κακίᾳ*. Homil. in Psalm. XLV. I. 272. D. *ἐμβαθύνων τοῖς περισπασμοῖς τῆς σαρκός*. S. Ioann. Chrys. Orat. exhort. ad poenitent. VI. 916. 40. *μὴ ἐμβαθύνῃς ἐν τῇ ἀδικίᾳ σου*. S. Greg. Nyss. In Eccles. I. 431. B. *τοὺς ἐμβαθύνοντας τῆς κατὰ σάρκα ζωῆς* [l. *τῇ κ. σ. ζωῇ*]. In Cantic. Cant. I. 628. D. *τοῖς ἐμβαθύνουσι τῇ τοῦ βίου ἀπάτῃ*. De orat. I. 717. A. *τῶν ταῖς ματαίαις ἐπιθυμίαις ἐμβαθυνόντων*. Contra Eunom. II. 125. A. *οἱ ταῖς ματαίαις ἐπιθυμίαις κατὰ ψυχὴν ἐμβαθύνοντες*. De oratione Domin. I. 745. A. De beatitudinibus I. 786. B. Contra Eunom. II. 81. C. et 391. D. 2) *Scrutor altius* et *profundius*, C praesertim tropologiam et metalepsim, hoc est, sensum allegoricum Scripturae Sacrae. Origenes Philocal. 70. A. *εἴ τις ἐμβαθύνῃ τῷ λόγῳ*· quae ipsa verba iterat Eusebius Praeparat. Evang. 283. D. S. Ioannes Chrysostomus De debitore X. mill. talentorum V. 197. 27. *μήτε τοῖς εἰρημένοις ἐμβαθύνουσιν*. Philo de praemiis et poen. 708. C. *ταῖς διανοίαις ἐμβαθύναντες*. Eusebius Praepar. Evang. 574. A. *ἐμβαθύνειν καὶ δοκιμάζειν τὸν νοῦν τῶν λεγομένων*. Item alii fere innumeri: S. Basilius Homilia in Psalmum XXXIII. I. 217. A. Theodoretus Catena in Ierem. II. 182. E. Philo De mundi opificio 12. G. De profugis 375. F. De somniis 441. F. Anonymus Catena in Psalm. I. 593. C. Nota praeterea phrasim S. Gregorii Nysseni In Cant. Cant. I. 510. A. *ἡ δὲ λέξις ἐμβαθύνουσα τροπικαῖς σημασίαις*, *dictio immergens se tropicis significationibus*, hoc est, iis plena.

Pag. 103. *lin.* 11. *Σφενδοσλάβον*] Variatur in nomine D Graece scribendo. Codex habet (designabo paginas editionis, locis Codicis respondentes) *Σφενδοσθλάβος* 64. B. 93. C. 96. A. D. 97. A. B. *Σφενδοσθλάβῳ* 85. B. *Σφενδοσθλάβον* 63. B. 83. B. 85. A. 89. A. Hanc scriptionem secutus sum: nam quod

primis in foliis *Σφενδοσλάβος* legitur, absque *θ*, id operarum vitio factum est. Alibi in Cod. idem nomen varie corruptum: *Σφενδόσθλαβος* 65. B. 93. B. D. *Σφενδόσθλαβον* 82. D. 89. C. 92. B. *Σφεντοσθλάβος* 96. B. *Φενδοσθλάβος* 85. C. *Σφενσθλάβον* [sic] 85. A. [Pag. 138. lin. 8 huius ed.] *Θλάβον* [sic] 97. C. Rationem meam scribendi et peracuendi *Σφενδοσθλάβος* tuentur Scylitzes Historia ms. passim, Cedren. II. 660. C. 666. D. 672. D. 674. B. 675. D. 676. D. 677. A. 679. B. D. 680. D. 682. A. B. 683. A. Constantinus Porphyrogen. Caerimon. Byzant. II. 345. B. et alii plerique.

Pag. 104. *lin.* 15. *ἐκ τοῦ κατ' ἐκείνου καιροῦ*] Confer supra 11. A. Fortasse *κατ' ἐκεῖνο* vel *κατ' ἐκεῖνον*, ut *τὸ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ* Niceph. Phocas Tact. 156. B. *κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ* Agathias 15. D. 64. D. 136. B. 139. C. 154. B. Sed voces praepositioni *κατὰ* subiectae saepe depravatae sunt. Apud S. Athanasium Orat. contra gent. I. 2. C. *ἐξ ἀρχῆς οὐκ ἦν κακία· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ νῦν ἐν τοῖς ἁγίοις ἐστὶν, οὐδ' ὅλως κατ' αὐτοὺς ὑπάρχει αὕτη*, S. Patrem non dubito scripsisse, *οὐδ' ὅλως καθ' ἑαυτὴν ὑ. α.* versionemque Montefalconii sic refingendam: *nam ne nunc quidem in Sanctis est, neque per se omnino existit.* Quae emendatio firmatur ex illis quae deinceps ait 5. F. *Ἑλλήνων μὲν οὖν τινες πλανηθέντες τῆς ὁδοῦ καθ' ἑαυτὴν εἶναι τὴν κακίαν ἀπεφήναντο.* Eodem modo Actis Conc. Cplitani secundi (hoc est, generalis quinti) III. 195. E. *ἀναφερομένης δὲ, κατ' ἐκείνου, τῆς τοῦ ἀνθρώπου γεννήσεως ἐπὶ τὸν Θεόν·* lege *κατ' ἐκείνους*, nempe Nestorianos. Et in Gennadii Patriarch. Homil. de sacramentali corpore Christi 6. A. *προκοπὴν τῆς κατὰ Χριστοῦ ζωῆς*, item emendandum *κατὰ Χριστόν*. Iam si scribimus apud Leonem *ἐκ τοῦ κατ' ἐκεῖνον καιροῦ* (quod forte oportuisset), id vertendum esse *ab illius temporibus* patet, ob notam potestatem praep. *κατὰ*, quando pronomini personali iuncta vim possessivi assumit. Quae forma apud posteriores quoque scriptt. adeo frequens est, ut exemplis fere non egeat. S. Epiphan. Advers. haeres. I. 572. B. *τὴν καθ' ἡμᾶς ἤπειρον, continentem nostram.* S. Basil. In XL. mart. I. 533. C. *τὴν καθ' ἡμᾶς χώραν, regionem nostram.* S. Chrysost. Homil. XXI. in Matth. I. 263. A. *τὰ καθ' ἡμᾶς ἅπαντα, universus noster mundus.* S. Antiochus De inimicitiis et invid. II. 1113. B. *ἡ κατ' αὐτὸν ἱστορία, eius historia.* Quanquam in hoc quoque vertendo passim viri docti multi lapsi sunt. Acta Concil. Chalced. II. 501. D. *ἐξετάζειν τὰ κατ' ἐμέ.* Vetus interpres, *quae adversum me sunt gesta.* Scribe: *quae ad me spectant.* Acta Conc. oecum. sexti III. 1057. E. *τοῦ δουλικοῦ ὑμῶν καθ' ἡμᾶς ἀποστολικοῦ θρόνου.* Vetus versio: *servili vestra, quae secundum nos est, apostolica sede.* Imo, *nostra sedes apostolica, quae serva vestra est.* Aeque eiusd. Conc. actione quarta III. 1076. C. *ταπεινῶς εἰς τὰ καθ' ἡμᾶς κατελθών*, erratum est in versione Latina: et in Divali sacr. Constantini Imperat. eodem volumine 1044. E. *τοὺς*

καθ' ὑμᾶς [*vestros*] ἀρχιερεῖς mire redditur, *pontifices secundum vos.* Porro in confessione fidei Macarii III. 1173. E. τὰ κατ' αὐτὸν, *quae circa fuerant*, vertendum est, *causa ipsius:* alibi C 1252. A. τῆς κατ' αὐτὸν συνόδου, *concilii quod circa eum est*, item, *sui concilii*, alibique saepe similiter. Eodemque referendus locus Conc. Cpolit. sub Mena II. 1378. B. ἐκινεῖτο τὸ κατὰ τοὺς κληρονόμους τοῦ μακαρίου Ῥουφίνου, *controversia, quae haeredes Rufini defuncti spectat, movebatur.* Interpres Latinus mire: *commotus fuit propter id, quod cum heredibus beatissimi Rufini.* Et Conc. oecum. sexto III. 1187. C. ὅσον κατὰ τὴν ῥῆσιν, minus est, *quantum secundum sermonem*, quod habetur in cuso, quam: *quantum attinet ad ipsam locutionem.* Multoque ineptius satisfact. Concilii 1251. A. τῆς κατ' αὐτὸν συνόδου, *sui concilii*, nempe quod ab Agathone Papa celebratum Romae fuit, redditur: *concilii quod circa eum est.* Ex hac autem significatione praep. κατὰ, satis nota illa quidem, fluxerunt locutiones apud scriptores ecclesiasticos ubique obviae, οἱ καθ' ἡμᾶς, *nostri*, hoc est *Christiani*, τὰ καθ' ἡμᾶς, *religio nostra.* Ita Ioannes Vita S. Epiphan. II. 322. C. τὰ κατ' ἐμὲ, *religionem meam.* S. D Ioannes Chrysostomus In illud, Pone manum tuam sub fem. meum VII. 567. 25. τὶς τῶν καθ' ἡμᾶς, *aliquis nostrae fidei.* Quocirca neutiquam probem Langium, haec S. Iustini Martyris Cohort. ad Graecos 46. B. *Μουσώνιον δὲ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς, καὶ ἄλλους, οἴδαμεν (Musonium aliosque inter nostros*, i. e. Christianos, *fuisse scimus)*, sic vertentem: *Mus. autem inter eos qui saeculo nostro atque in hac urbe fuere, atque alios scimus.* Etenim Musonius floruit Tiberio Caesare, S. Iustinus sub Antonio Pio. Melius apud Anastasium Sinait. Hodeg. 174. A. τὰ καθ' ὑμᾶς redduntur, *dogmata vestra.* Iam ex hoc usu praeposit. κατὰ explicanda est formula frequens apud Patres, in Suicerique Thesaur. Eccles. II. 251. addenda, ὁ καθ' ἡμᾶς λόγος, *religio Christiana*, cuius auctor est ὁ θεῖος λόγος, Christus. Irenaeus apud Euseb. 89. A. οἱ ἄποθεν τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου συγγραφεῖς, *scriptores a religione nostra alieni.* S. Gregorius Nyssenus De anima et resurrectione II. 634. A. οἱ ἔξω τοῦ λόγου τοῦ καθ' ἡμᾶς. Athenagoras Legat. pro Christian. 36. C. θεοδίδακτον εἶναι τὸν καθ' ἡμᾶς λόγον, *disciplinam nostram.* Apud eundem 4. D. P. 231 ubi rogantur Imperatores, aequitatem τῷ καθ' ἡμᾶς λόγῳ, *religioni nostrae*, ut ne denegent, versio Latina pessime, *mea quoque oratio ut sentiat, sinite.* Neque rectius Montefalconius Euseb. Comment. in Psalmos I. 409. E. παρὰ τοῖς ἔξω τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου, *apud exteros dictis nostris consona:* scribe, *apud eos, qui a nostra religione sunt extranei:* ut in Eusebii Dem. Evang. 160. B. οἱ ἀλλότριοι τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου, ubi Montacutius, *qui ab hac ratione nostra alieni sunt.* Imprimisque frequentat locutionem illam Theophilus Antiochenus De Deo et

fide Christian. 80. B. 119. B. 127. C. 138. C. aliique Patres, praesertim priorum saeculorum. Neque minus crebro invenies ὁ λόγος simpliciter, interdum etiam οἱ λόγοι, eadem significatione. Eusebius Hist. Eccles. 143. D. μικροῦ δεῖν ἀποστάντας τοῦ λόγου, *qui a fide propemodum descivissent.* Athenagoras Legat. pro Christ. 4. A. οὐδεὶς γὰρ Χριστιανὸς πονηρὸς, εἰ μὴ ὑποκρίνεται τὸν λόγον, *nisi hanc religionem simulat.* Quam vim vocis noto,
B quod saepissime fugerit interpretes. Velut in Athenagora 4. B. ἀρχομένῳ ἀπολογεῖσθαι ὑπὲρ τοῦ λόγου, *defensionem religionis orso*, Conradus Gesnerus vertit, *ab initio institutae orationis meae.* Et 12. A. de Christianis operariis infimae conditionis, qui, *si verbis utilitatem religionis suae demonstrare nequeant*, τὴν ὠφέλειαν παριστᾶν εἰσὶν ἀδύνατοι τὴν παρὰ τοῦ λόγου, rebus tamen et operibus eam declarant, Gesnerus item aut mendose aut certe obscure, *si nullam professionis suae utilitatem exhibere queant.* Opponuntur quoque passim ὁ ἡμέτερος λόγος et ὁ λόγος ὁ Ἑλληνικὸς, *religio nostra* et *persuasio gentilis.* Velut Michaëlis Pselli libellus Graece nondum editus De opinionibus Graec. circa daemones (quem volumine proximo historiae eiusdem Pselli fortasse subiiciam) orditur sic: Ὁ μὲν ἡμέτερος λόγος, προαιρέσεις καὶ τοῖς ἀγγέλοις διδούς· *Religio nostra quae voluntates liberas etiam angelis concedit:* quibus respondent sequentia:
ὁ δὲ Ἑλληνικὸς, ἀναιρῶν τὴν τοιαύτην ῥοπὴν ἐπὶ τῶν ἀπολελυ-
C μένων τοῦ σώματος φύσεων· *Graecorum vero persuasio, propensionem liberam a naturis corporis expertibus auferens.* Haec (vereor ne prolixius) de eiusmodi significatione vocabuli λόγος, deque varia vi praepositionis κατὰ, praefixo articulo: ante tamen quam ad Leonem redeam, purgabo mendo locum Stephani De urb. 730. I. voc. Ὑώπη· τὸ ἐθνικὸν Ὑωπηνὸς τῷ ἐπιχωρίῳ τύπῳ· εἰ δὲ καθ' ἡμᾶς, Ὑωπεύς. Extrema vertunt Pinedo et Berkelius: *quod si iuxta nos, Hyopeus.* Nec quicquam mutat Holstenius Castigatt. in Steph. 338. A. Corrige, οἱ δὲ καθ' ἡμᾶς, *nostrates, nostrae regionis homines:* quod opponitur τῷ ἐπιχωρίῳ τύπῳ, *formae ab illius regionis hominibus usitatae.*

Ibid. lin. 15. Νικηφόρου τε . . πεσόντος πρὸς τῶν Μυσῶν] Qua in clade a. 811. d. 25. Iulii captus est una cum quinquaginta ducibus S. Petrus Patricius, et ad mortem a Bulgaris damnatus: vide eius Vitam in Actis SS. Iulii I. 290. D. De eodem calamitoso praelio in historia inedita horum temporum leguntur
D illa: Οὗτος ἐν τῷ ἐννάτῳ χρόνῳ τῆς βασιλείας αὐτοῦ κατὰ Βουλγάρων ἐξελθὼν μετὰ πάντων τῶν Ῥωμαϊκῶν στρατευμάτων καὶ τῆς περὶ αὐτοῦ ὅλης ἑταιρίας ἅμα τῷ υἱῷ Σταυρακίῳ καὶ Μιχαὴλ τῷ ἐπὶ θυγατρὶ γαμβρῷ, καὶ συμβαλὼν τούτοις, κατὰ κράτος τροπωσάμενος, νίκην καθ' αὐτῶν περιφανεστάτην ἤρατο. Ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ νίκῃ τὴν φρένα κούφην ἔχων καὶ ἐπαρθεὶς, ἐκάθητο τρυφῶν. Τὰ δὲ μετὰ ταῦτα οὐ σιγῆς μόνον, ἀλλὰ θρήνων ἄξια ἐδρῶντο.

Μιᾷ γὰρ τῶν νυκτῶν οἱ Βούλγαροι τοῖς Ῥωμαϊκοῖς ἐπιστάντες στρατεύμασιν, αὐτόν τε τὸν βασιλέα (φεῦ) ἅμα τῇ συγκλήτῳ ἀφυλάκτοις οὖσι κατασχόντες, πολὺν φόνον ἐν αὐτοῖς εἰργάσαντο, μὴ φει- P. 232
σάμενοι, ὅσον τὸ εἰς αὐτοὺς ἦκον, μηδενὸς, μηδ' αὐτοῦ τοῦ βασιλέως. Ἐντεῦθεν, ὅσοι μὲν καιρίας ἐδέξαντο τὰς πληγὰς, αὐτίκα τοῦ βίου μεθίσταντο· ὅσοι δὲ μὴ θανασίμους πάνυ, κατὰ τῶν δασυτέρων χωρίων ἐχώρουν. Ὅσοι δὲ ζῶντες ἐλήφθησαν, μυρίαις ἰδέαις βασάνων καὶ αἰκιῶν ἐπάλαισαν, μὴ ἀνασχόμενοι τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐξομόσασθαι καὶ τῇ τῶν Σκυθῶν προσελθεῖν θρησκείᾳ. Ὡς δὲ οἱ μὲν ἐπέκειντο, τὸ ἑαυτῶν ποιῆσαι καὶ τὸν Χριστὸν ἀρνήσασθαι αὐτοὺς ἀναγκάζοντες, οἱ δὲ σφοδρῶς ἀντείχοντο καὶ θανεῖν μᾶλλον ἢ προδοῦναι τὴν εὐσέβειαν ἰσχυρίζοντο, B
πολυτρόπως χαλεποῖς θανάτοις ὑπεβλήθησαν. Καὶ οἱ μὲν αὐτῶν ξίφει τὰς κεφαλὰς ἀπετμήθησαν· οἱ δὲ ἀγχόνῃ τῆς παρούσης ζωῆς ἐξερρύησαν· ἄλλοι δὲ βέλεσι κατατρωθέντες πυκνοῖς τῶν τῇδε μετέστησαν, ἑτέρων φυλακαῖς καὶ λιμῷ καταδικασθέντων. H. e. *Hic* [*Nicephorus Imper.*] *anno nono imperii eius profectus adversus Bulgaros cum omnibus copiis Romanis universaque mercenaria militia, quam circa se habebat, comitante Stauracio filio et Michaële filiae viro, congressus cum Bulgaris, his funditus fusis, victoriam praeclaram consecutus est. Qua re bene gesta levi animo elatus, desedit in mollitie. Ita postea quae non silentio tantum, sed etiam lacrymis digna essent, acciderunt. Nam nocte quadam Bulgari exercitum Romanum invadentes, Imperatorem ipsum (heu) una cum Senatu, quod incustoditi essent, nacti, caedem eorum plurimam fecerunt, nemini, quantum in ipsis fuit, parcentes, neque ipsi Imperatori. Inde quotquot mortifera vulnera acceperant, evestigio excesserunt vita: qui non ita letalia, in loca nemorosa se coniecerunt. Qui vivi capti fuerunt, mille modis suppliciorum et cruciatuum conflictati sunt, quod Dominum nostrum Iesum Christum eiurare, ad Scytharumque persuasionem se conferre nollent. Ita cum hi urgerent, vimque inferrent ut eadem atque ipsi facerent, abnegato Christo, illi fortiter resisterent, affirmarentque se mori malle quam prodere pietatem, vario generi acerbae mortis subiecti sunt. Aliis gladio capita sunt abscisa: alii suspendio ex hac vita exturbati: nonnulli sagittis crebris confixi obierunt: in alios carcere et fame animadversum est.*

Pag. 106. *lin.* 1. *μεγαλαύχους ταύτας τὰς ἀποκρίσεις ποιεῖν*] Ad oram proposui *μεγαλαύχως*· quod e Lexicis exulans legitur apud S. Hippolytum Demonstrat. de Antichristo 143. B. *τί μεγαλαύχως βλασφημεῖς;* E duobus substantivis non magis in Lexica relatis alterum *μεγαλαύχησις*, quod est i. q. *μεγαλαυχία*, *iactantia*, habet Methodius De Cruce 500. B. alterum *μεγαλαύχημα*, *decus*, de quo quis glorietur, Philo De execrat. 724. D.

Ibid. lin. 3. *καὶ ἄκοντες παρ' ἡμῶν ταύτης ἀπελαθή-*

C σεσθε] Imitatio orationis Nachoragani Persae apud Agathiam 95. A.

Ibid. lin. 5. *τοῦ σοῦ πταῖσμα πατρὸς Ἴγγορος*] De hac Ingoris clade conf. Luitprandus De rebus imperat. et reg. 95. B.

Ibid. lin. 20. *διὸ μὴ κάμῃ, μέχρι τῆσδε τῆς γῆς ἀφικόμενος*] Zonaras II. 209. D.

Pag. 109. *lin.* 2. *Ἰωάννην τὸν Ἀλακᾶ*] Cedrenus II. 667. C. *Ἀλακασέα.* Scylitzes ms. *Ἀλακασσέα.* Is quaedam de hoc praelio (quod accidisse videtur in autumno a. 970.) ex Leone hausit, alia ex fonte ignoto. Mendi editionis Cedren. II. 667. lin. 8. *ἐνδόν τε* [sic] *τοῖς ἵπποις τοὺς χαλινοὺς*, facilis medicina: *ἐνδόντας τοῖς ἱ. τ. χ.*

Ibid. lin. 3. *ἀθρῆσαί τε τοὺς Σκύθας*] Sic mutavi scripturam Codicis *ἀθροῖσαι.* Supra 11. B. *περιαθρήσας.*

Ibid. ead. lin. καὶ τὸ τοῦ πλήθους εἰκάσαι ποσὸν] Expressit Agathiam 58. C.

Ibid. lin. 10. *μὴ πόῤῥω γὰρ, ἀλλ' ἐγγύθεν, τοὺς Σκύθας* D *αὐλίζεσθαι.*] Nempe ad Arcadiopolim, auctoribus Scylitza Historia ms., et Cedreno II. 666. D. *ἀγχοῦ που τῶν τειχῶν Ἀρκαδιουπόλεως*, quae erat oppidum vicinum Druziparae, medio itinere inter Adrianopolim et Heracleam: vid. Le Quien Orient. Christian. I. 1136. B. Xylander, *prope muros Adrianopolis:* quod si est vera lectio, certe Graeca fuissent aeque mutanda.

Ibid. lin. 19. *οὐ πλέονες τῶν μυρίων ἐτύγχανον.*] *Εἰς δώδεκα χιλιάδας*, iuxta Scylitzam et Cedrenum II. 667. A. copiosius haec narrantes. In Cedreno 667. A. lin. 12. ex fide Codicum pro *Βουλγάροις* lege *βαρβάροις·* et deinceps B. lin. 2. et 3. interpunge sic, *τείχους ἔνδον τὰς Ῥωμαϊκὰς φάλαγγας, ἐπεξελθεῖν μὴ τολμῶν.*

Pag. 110. *lin.* 1. *τῇ ταύτης στεγανότητι περιολισθήσαντος.*] Haec item fere ad verbum Cedrenus II. 668. C. nisi quod habet *παρολισθήσαντος.* Sed Scylitza ms. *περιολ.* ut Leo. Ambo Bardam Sclerum aggressorem ipsius uno ictu bifariam divisisse narrant, Constantinum non huius, sed alius Scythae equo collum amputasse, deinde ipsi Scythae caput, *τῇ χειρὶ τῆς γενειάδος δραξάμενος.* Sic enim legendum, non *δεξάμενος*, ut habent edd. D. lin. 8.

Pag. 111. *lin.* 2. *πεντήκοντα καὶ πέντε Ῥωμαίων ἄνδρας*] Viginti quinque apud Cedren. II. 669. A.

IN LIBRUM VII.

P. 233 *Pag.* 112. *lin.* 1. *Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα*] Bardae Ducis seditionem Le Beau *Hist du Bas-Emp.* XVI. 174. A. sq. consignat a. 970. Sed cum Sclerus eodem anno ad Adrianopolim Russos vicerit (supra 232. C.), feriaque quinta maxima (die XIII. Aprilis) anni il-

lius, quo Tzimisces Sphendosthlabum fudit, Imp. praesto fuerit (64. D.), ideo tumultus Bardae diuturnaque Tyropoei obsidio (77. A.) referenda videntur ad a. 971, quo anno Ioannes Curcuas in Macedonia male rem gessit (77. D.), expeditio Tzimiscae contra Russos ad a. 972.

Ibid. lin. 4. *ἀσυμφανῶς*] Sic Codex: quem consecutus verti *occulte* (quod *λαθρηδὸν* Leo pag. seq. lin. 1. *λάθρα* 74. D). Cedrenus habet *ἀφανῶς*, in narratione eiusdem rei II. 669. B. Neque alio sensu adiectivum et explicatur a Proclo Diadocho Paraphras. in B Tetrabibl. Ptolemaei 237. C. *ἀσυμφανῆ, καὶ μὴ παραδεικνύμενα·* et sumitur a S. Cyrillo Hierosolymitano Catech. 358. C. *διπλαῖ αἱ κάθοδοι, μία ἡ ἀσυμφανὴς, ἡ ὡς ἐπὶ πόκον· καὶ δευτέρα ἡ ἐπιφανής.* Confer praeterea Reisk. ad Constant. Porphyr. Caerim. II. 124. D. Adverbium *ἀσυμφανῶς* Cedrenus II. 673. D. *ἐκ τοῦ ἀσυμφανοῦς* Constantin. Porphyrogen. Caerimon. I. 232. D.

Pag. 113. *lin.* 6. *Καὶ γὰρ ταῖς καινοτομίαις ἐκτόπως οἱ ἄνθρωποι χαίρειν εἰώθεσαν*] Aliis verbis Agathias 84. C. insitum multitudini esse, *ἥδεσθαι τῷ νεωτερισμῷ καὶ ταῖς μεταβολαῖς τῶν πραγμάτων.*

Ibid. lin. 12. *Ἀμπελᾶς κατονομασθεὶς*] Idem Ampelas, strenuus illorum temporum dux, numeratur inter patronos munificos S. Nicephori episcopi Mileti, in huius Vita ms.

Pag. 115 *lin.* 22. *Εἰ δὲ σκιαμαχοῦντες τῇ τυραννίδι τὴν ῥοπὴν ἀπονείμητε.*] Videtur esse sensus quem in versione expressi. C Ex omnibus enim significationibus vocis *ῥοπὴ*, quae multae sunt, nulla frequentior est apud scriptores Leoni aetate coniunctos quam illa, *auxilium, adiumentum.* Vide Leonem 3. B. 6. D. 10. D. Denotatque in phrasibus his, *ἡ ἄνωθεν ῥοπὴ, ἡ παρὰ τοῦ Θεοῦ ῥοπὴ, ἡ θεία ῥοπὴ, αὐτὸν ἐγύμνωσεν ὁ Θεὸς τῆς ἑαυτοῦ ῥοπῆς,* id quod in Ecclesia Occidentali dicere solemus *divinam gratiam.* Quam significationem adde Suicero, Thesaur. Ecclesiast. II. 910. fuse de hac voce disputanti. Tamque saepe occurrit, ut mirandum sit, Erasmum Roterodamum S. Ioann. Chrysost. Homil. IV. in Acta Ap. III. 48. B. *ὥστε τῆς ἐκεῖθεν ἡμᾶς ῥοπῆς ἀπολαύειν·* sic vertisse, *ut illius in nos propensionem promereamur:* emenda, *illius opem, gratiam.* Neque melius Andream Schottum in Isidoro Pelusiota Epist. CCCXV. 90. B. *ἵνα τῇ φύσει τῆς αἰτήσεως τὴν ῥοπὴν ἐπισπάσηται, ut petitionis natura impetum dirimat.* Minus male Aegidius Morellus 654. D. *ut petitionis natura auxilium attrahat.* Eodem significatu S. Athanasius Supplem. Com- D ment. in Psalmos Collect. Nov. Patr. Graecor. II. 76. A. *τῆς θείας ἀπολαύσας τροπῆς* (Montefalconius, *divina conversione dignatus*). Nam ibi omnino legendum *ῥοπῆς*, vertendumque, *divinum auxilium consecutus.* Aliam significationem vocis *ῥοπὴ, punctum temporis*, iam explicavit Suicerus Thesaur. Eccles. II. 911. Inde interpretandus Cosmas Indicopleustes Topograph. Christ.

263. A. *καὶ αὐτῷ ἐξ αὐτῆς τῆς ἀκαριαίας ῥοπῆς* [subintellige, *ἥνωται*]. Interpres male: *ipsi ex simplici voluntatis inclinatione unitus est.* Etenim sensum esse, *et ipsi* [homini] *in puncto temporis indivisibili adunatus est* [Deus Verbum], liquet vel ex sequentibus, *ὡς μὴ προεπινοεῖσθαι τὴν λῆψιν τῆς ἑνώσεως, adeo ut assumtio* [nostrae humanitatis] *adunationi anteire non intelligatur.* Ῥοπὴν pro *impetu, contentione*, usurpat Leo 2. B. 20. D. 24. B. 40. D. pro *bellorum inclinationibus* 81. B. pro *nutu, voluntate*, 60. C.

Pag. 116. *lin.* 20. *συνεῖδε*] Verti, *statuit:* habet enim συνορῶ apud scriptores mediae Graecitatis, tum praecipue in Actis Conciliorum, peculiarem significationem, *statuo, censeo, decerno*: quam video cum in Thesauro Suiceri tum a Ducangio in
P. 234 Glossario omissam. Neque satisfacit Reiskius ad Constant. Porphyr. Caerim. Byzant. II. 126. C. Referam itaque paulo plura exempla huius usus, qui dici vix potest, quam multis interpretibus negotium facesserit: Praesens legitur Concil. Chalced. II. 542. A. *Συνορῶ τὸν Ἴβαν φιλανθρωπίας τυχεῖν.* Versio vulgaris: *Pervideo, Ibam impetrare clementiam.* Scribe, *Censeo, ut Ib. clementiam impetret.* Constantinus Porphyrog. Caerim. I. 234. B. *ὅτε συνορᾷς* (Reisk.: *quando permiserit et commodum ipsi fuerit:* scr. *quando censes*), *ἀσπάζομαί* [f. *ἀσπάσομαί*] *σε.* Concil. Chalcedon. II. 562. A. *εἰ συνορᾷ ἡ ἁγία σύνοδος.* Vulgaris interpres: *Si perspicit sancta synodus.* Sensus est: *Si s. synodus ita censet.* Eodem Concil. Chalced. II. 639. E. *συνορῶμεν πρὸ πάντων μὲν τὰ πρωτεῖα τῷ τῆς πρεσβύτιδος Ῥώμης ἀρχιεπισκόπῳ φυλάττεσθαι· nobis videtur ut.* Vetus interpres, *perpendimus.* Concilio Cplitano sub Mena II. 1259. C. *συνορῶμεν — αὐτὸν ἀποβληθῆναι τοῦ σώματος τῶν — ἐκκλησιῶν· decernimus, ut:* ver-
B sio Biniana, *conspicimus.* Concilio Oecum. sexto III. 1197. A. *τοὺς δὲ ἤδη μεταμεληθέντας . . συνορῶμεν εἰς τοὺς ἰδίους μὲν καθεσθῆναι τόπους.* Versio vulgata, *praevidimus.* Occurrit item in Concilio Trullano sive quinisexto III. 1661. A. *συνορῶμεν ὥστε.* Aoristum bene Valesius vertit apud Evagr. Hist. Eccl. 403. D. *συνεῖδον γὰρ καὶ τὰ κατ' ἐμὲ παρυφᾶναι τῇ ἱστορίᾳ· visum enim est.* Minus recte Montefalconius Biblioth. Coisl. in Monito Victoris Antiocheni 64. B. *exploravi, ut ea quae in illud dicta fuerant colligerem: συνεῖδον τὰ — εἰς αὐτὸ εἰρημένα — συναγαγεῖν.* Scribe, *mihi visum est, ea quae in illud dicta sunt colligere.* Tertia persona aoristi Concil. sexto Oec. III. 1045. A. *ὅτι μᾶλλον συνεῖδε.* Versio impressa, *quia magis praevidit.* Emenda, *magis placitum esse sibi* [sc. *dixit*]. Et Act. sec. 1064. D. *συνεῖδεν* [*ἡ ὑμετέρα εὐσέβεια*], *visum est vestrae pietati*: versio vulgaris, *providit:* ut in Action. xv. 1373. D. *συνεῖδεν, praevidit.* Pluralis usurpatus in Codice Iustinian. lib. I. tit. iv. De
C foro clerici et episcopi accusati II. 29. 19. *καὶ τοῦτο νομοθεσίᾳ*

παραδοῦναι συνείδομεν. Ant. Augustinus, *eaque ex lege praestari voluimus.* Malim, *censuimus.* Concil. Oecum. sext. III. 1334. A. καὶ συναναθεματισθῆναι συνείδομεν καὶ Ὀνώριον. Interpres vulgatus, *praevidimus:* verte ut proxime supra. Item Iustinian. Imp. Edicto adversus tria capita 304. C. συνείδομεν καὶ κεφάλαια ὑποτάξαι. Versio a Ducangio emendata, *perspeximus et capitula supponere.* Redde, *nobis etiam visum est.* Constantinus Imp. eodem sensu Sacra ad Domnum Pont. M. 1045. A. καὶ οὐ συνείδομεν. Interpres: *et non praevidimus.* Concil. Oec. sext. III. 1165. C. συνείδομεν τοῦτον ἐκ τοῦ θρόνου αὐτοῦ ἐγερθῆναι. Ubi versio et hic habet *praevidimus*, et inferius sexies 1348. E. 1350. D. 1352. A. E. 1353. C. E. In Concil. autem Oec. septimo IV. 140. συνείδομεν versum est *consideravimus;* et 142. D. vel peius, *conspeximus.* In Epistola denique Germani Patriarchae ad Thomam Claudiopolitan. ibid. 245. E. λεπτομερῶς τὰ περὶ τούτου συνείδομεν δι- D εξελθεῖν· *subtiliter illa, quae de hoc sunt, consideramus aggredi,* emenda: *Quae ad hoc negotium spectant, ea minutatim persequi nobis placuit.* Tertia pers. pluralis in Vita ms. Dorothei abbatis: συνεῖδον οἱ ἅγιοι γέροντες, ποιῆσαι αὐτὸν ἐκεῖσε νοσοκομεῖον. Συνίδῃ subiunctivo Constant. Porphyrogenn. Caerimon. II. 405. C. neque illud a Reiskio ad verbum expressum. Superest, ut exemplum subiungam participii aoristi cum activi tum passivi. Activi in Gelasii Cyzic. Histor. Conc. Nic. 265. A. ἐνταῦθα καταπαύσω τὸν λόγον, τὰ λοιπὰ — ἐν τρίτῳ κατατάξαι συνιδὼν συντάγματι, *cum reliqua — in tertio commentario conscribere statuerim.* Versio Harduini, *relaturum me reputans.* Aoristi pass. exemplum Conc. Oec. sexto, tum singulari, III. 1163. C. τὸ συνεωραθὲν παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου· tum pluraliter, ibid. 1328. D. κατὰ τὰ συνεωραθέντα παρὰ τῆς ἁγίας — συνόδου. Versio vulgata, *secundum ea quae considerata sunt.* Emenda, *quae placita sunt.* Neque tamen ignoravit Leo, a bonis scriptoribus hoc sensu verbum γιγνώσκω usurpari: nam habet ἔγνω 5. C. 9. B. 11. A. 23. D. 37. A. 38. D. 44. A. 63. B. 74. D. 77. B.

Ibid. lin. 23. τοὺς πελάτας ἀμύνεσθαι.] Πελάτης apud Leonem videtur esse *aggressor:* ut infra 86. B. τοὺς πελάτας ἐκείνους P. 235 συνειληφότων· ubi Ducangius, qui exscripsit locum Glossar. 1142. F. legi vult ἐπελάτας. Et certe paulo ante 86. A. dicuntur, ἐκ τοῦ ἀφανοῦς ἐπελάσαντες. Fortasse quoque Leo πελάτης et στρατιώτης synonyma credidit, ex male intellecta glossa vel Suidae III. 72. A. vel alia eiusmodi.

Pag. 117. *lin.* 11. μὴ μιᾶναι τὴν γῆν κ. τ. λ.] Detorta phrasis ex Agathia 13. B.

Pag. 119. *lin.* 10. τόν τε φύντα καὶ τὸν ὁμαίμονα] Manifesto errore Leo tum hic tum 99. B. confundit φύσαντα et φύντα,

quorum hoc *filium* significare, non *patrem*, vel pueris notum est. Euripides Heraclidis 326:

ἐξ ἐσθλῶν δὲ φὺς,
Οὐδὲν κακίων τυγχάνεις γεγὼς πατρός.

Addam ex scriptoribus prosaicis auctoritatem Heliodori Theag. 177. B. *πρὸς τοὺς φύντας*· et Plutarchi Comparat. Agidis, Cleom. et Gracch. 796. A. De audiend. poët. 36. E. (quod est nobile fragB mentum Cresphontis Euripidei ed. Barnes. II. 436.) De consolat. ad Apoll. 111. B. Ideo autem magis miror, in hoc verbo errasse Leonem, quod et ipse 69. C. recte adhibuerit, ἐξ *ἀσήμων μὲν φύς*· et Agathias, quem imitari conatur, *φύντα* pro *natum* usurpet 65. D. *φύσαντα* pro *parente* 147. C.

Ibid. lin 15. *τοῖς κειμένοις*] Nimirum *vita functis*, *τοῖς κατοιχομένοις*· ex Agathia 88. B.

Pag. 120. *lin.* 13. *Ἀνδράλεστος ἦν ὁ Πατρίκιος*] *Ἀδράλεστος* apud Scylitzam ms. et Cedren. II. 670. A.

Ibid. lin. 15. *ἀπροφασίστως*] Verti *subito:* accuratius fuisset, *nulla causa apparente.* Habent *ἀπροφάσιστος* et adverb. *ἀπροφασίστως* passim varias maximeque diversas significationes: quae cum vix a quoquam adhuc (opinor) explicatae sint, disponam hic aliquot singularum exempla, quemadmodum aliam ex alia natam arbitror: 1.) *Ἀπροφάσιστος*, *quod fit sine causa*, cuius *πρόφασις*, hoc est causa, vel non apparet, vel nulla est. S. Gregor. Nyss. In Ecclesiast. I 402. A. *ὁ ἀπροφάσιστος γέλως*, *ὁ* C *ἄνευ αἰτίας θρῆνος.* Heliodorus Theagen. et Char. 144. B. *βύθιόν τι καὶ ἀπροφάσιστον ἐπιστένων*, *sine ulla causa ingemiscens.* 172. A. *ἀπροφάσιστον ἀγρυπνίαν*, *insomnia sine causa apparente.* Ipse Leo noster 76. B. *τὴν ἀπροφάσιστον καὶ ἀλλόκοτον Ῥωμαίων φυγήν*, *insolentem et sine causa factam fugam:* verti ibi minus accurate. Item apud Heliodor. 269. B. *ἀπροφάσιστοι αἰτίαι* sunt *accusationes* sine causa, id est *iniustae*, ut 304. C. *ἀπροφάσιστος πόλεμος*, et apud S. Basil. Epist. LXXX. II. 900. B. *ἀπροφάσιστον μῖσος*, *odium* non tam *inexcusabile*, quemadmodum Montacutius interpretatus est, quam *iniustum* sive *nulla de causa susceptum.* Sic enim melius exponit Leuvenklaius illa S. Greg. Nyss. Epist. ad Flavian. II. 1077. A. *τὸ ἄδικόν τε καὶ ἀπροφάσιστον καθ' ἡμῶν μῖσος.* Adverbium simili sensu Heliodorus 316. C. de cubicularia, *ἀπροφασίστως*, *sine causa*, introvocata. 2.) *Ἀπροφάσιστος*, quod fit *sine causatione*, hoc est, sine tergiversatione, *promte*, *alacriter.* S. Basil. De baptism. I. 646. A. *ἀπροφασίστῳ*, *ταχυτάτῃ τε καὶ μετεωρίστῳ* D *ὑπακοῇ.* Unde Simeon Metaphrastes Vita S. Chrysost. 397. 37. *ὑπακοὴν ἀπροφάσιστον*, et Palladius Vita eiusdem 36. C. *ἀπροφάσιστον ἀκοήν*, *promtam auditionem:* non, *aures omisso omni praetextu accommodatae*, ut vertit Bigotius. Possis etiam (opinor) huc referre locum Philonis De legat. ad Caium 796. B. ubi

Petronius dicitur ἄμητον τὸν ἀπροφάσιστον οὐκ εἰς μακρὰν ἐνδεξάμενος τῇ κεφαλῇ, *fore, ut sine excusatione caput illi ferro demetatur.* Item Plutarchus De adul. et amici discr. 62. C. πρόθυμος ἐν πᾶσι καὶ ἀπροφάσιστος, *alacer — absque ulla recusatione:* et 64. E. ἐν ταῖς ὑπὸ μάλης πράξεσιν ἀπροφάσιστος, *impiger ad clandestina et foeda.* Eadem significatione habet adverbium S. Basilius In mart. Iulittam I. 370. B. ἀπροφασίστως τῆς εὐσεβείας ἀντέχεσθαι, *citra praetextum omnem*, id est, *alacriter.* Et Isidorus Pelusiota V. Epist DLX. p. 147. C. Philo De Abrah. 298. D. De fortitud. 271. F. et (qui Philonis verba iterat) S. Clemens Alexandr. Stromat. 396. A. 3.) Significatione cognata cum proxime superiore interdum verti potest *celer, subitus.* Huc, opinor, pertinent Plutarchus Marcello 304. C. φυγὴν ἀπροφάσιστον φυγεῖν· *foede fugere*, vertit Xylander: malim *subito*, vel *effuse.* P. 236
Nicolaus Cabasilas Liturgiae exposit. 34. A. ὁ ἄρτος οὗτος ἐπείγεται ἀπροφασίστως μεταβληθῆναι εἰς τὸν ἀληθινὸν ἄρτον, τὸν ἐσταυρωμένον, *subito mutari festinat.* Item fortasse Heliodorus 95. C. ubi Cnemon in hospitio admirabiliter ex improviso acceptus interrogat, num in domicilia Jovis Hospitalis venerit: οὕτως ἀπροφάσιστος ἡ θεραπεία, *tam celere esse ministerium.* Nisi tamen mavis vertere *promtum, paratum.* Apud M. Antonin. autem De seipso 11. A. χρηστικὸν ἀτύφως ἅμα καὶ ἀπροφασίστως, vereor ut Schultzius recte verterit *sine praetextu*: nam est ex mente Stoïcorum intelligendum, *simpliciter, sine exornatione.* Qua de re pluribus agam in dictionario philosophiae Aristotelicae iam affecto, quo vocabula conabor complecti quibus Peripatetici eorumque successores, qui quidem Graece scripserunt, omnes, cum editi tum inediti, sensu a significatione vulgari abeunte usi sint. Cuiusmodi dictionario, aeque ac glossario vocum a B
scholiastis Graecis peculiari sensu usurpatarum, de quo supra dixi 187. C. ad hanc diem egere litteras nostras arbitror.

Pag. 121. *lin.* 5. μὴ περαιτέρω τοῦ ψαλμοῦ χωρεῖν] Inde hauserunt Scylitzes et Cedrenus II. 670. B.

Pag. 122. *lin.* 2. τὸ τῶν Τυράννων κάστρον] Tyropoeum vocatur a Cedreno, tum loco quem attuli in margine, tum II. 699. B.

Ibid. lin. 23. Ἄρτι τοῦ αὐτοκράτορος Λέοντος] De hac clade Romanorum, quae accidit a. 917, Leonisque Phocae rebellione, vide Cedr. II. 613. B. et Pagi ad Baron. III. 811. C.

Pag. 124. *lin.* 22. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτως. Φωκᾶ δὲ] Iam in ora suspicatus sum scribendum Ἀλλὰ τότε μὲν Φωκᾶ· est enim id τότε verbum solenne Leoni, a digressione ad rem redeunti. Quem usum, ut multa, ab Agathia mutuatus est 52. A. Ἀλλ' οὗτος μὲν — τότε δὲ καὶ ἐν τῇ μεγάλῃ Ἀλεξανδρείᾳ· item 56. B. 73. B. 80. D. 97. D. 145. D.

Pag. 125. *lin.* 8. τὰ περιστοιχήσαντα τοῦτον δεινὰ] Sic

Codex, cuius scripturam servavi. Proclive fuisset scribere *περιστοιχίσαντα*· quo verbo *περιστοιχίζω* nihil frequentius de malis, undique aliquem cingentibus. Vide quoque 7. D. Nihilominus C verbum *περιστοιχέω*, quod hic Leo usurpavit, exulans illud quidem e Lexicis omninoque rarissimum, offendi bis: perfecto apud Simeon. Metaphrast. Vita S. Iohannis 42. B. *πλήθει περιεστοιχῆσθαι χρεῶν*· aoristo in S. Ioann. Chrysost. Exposit. in Psalm. CXXXVIII. I. 844. 12. *περιεστοιχήθην ὑπὸ τῶν δεινῶν*· quapropter scripturam Codicis immutare non sum ausus. Alia forma *περιστοιχείομαι* corrupta apud Timotheum De prophet. Simeon. 845. E. *τὴν παρθένον ἀπείρῳ καὶ θεϊκῷ φωτὶ περιστοιχειωθεῖσαν. Περιστιχίζομαι* legebatur olim Aristaen. Epist. IX. 38. B. *περιεστιχίζετο κύκλῳ*· ubi Dorvillius et Abresch. 21. A. recte corrigunt *περιεστοιχίζετο*, probante quoque Wyttenbachio viro celeberr. Epist. crit. ad Ruhnk. edit. Schaef. 266. C.

Ibid. lin. 21. *τῶν φιλτάτων*] *Τὰ φίλτατα* sunt *liberi*, ut in nota locutione *κυβεύειν περὶ φιλτάτοις*, Wernsdorf. ad Himer. 874. C. Vid. quoque supra 8. C. Item Valckenar. ad Phoeniss. 193. 162. et virum in litteris Graecis principem August. Böckh D In Plat. Minoëm 123. B. Reddidi, *carorum suorum*, exemplo Lactantii De vero cultu 546. 23. *se caros suos Deo relinquere.* Alii verterunt *carissima pignora*, ut Henr. Valesius ad Euseb. Hist. Eccl. 355. D. Vulcanius, *quae habebat carissima*, ad Agath. 137. A. Eodem sensu *τὰ τιμιώτατα* videtur dici apud Byzantinos. Cedrenus II. 689. A.

Pag. 126. *lin.* 17. *ἐς ῥαστώνην καὶ πότους, παρὰ τὸ εἰκὸς, ἀποκλίναντος*] Agathias 19. C. Confer praeterea Leonem 4. D. 7. A.

Pag. 127. *lin.* 13. *προχείρως τοῖς χρήζουσιν ἐπιδαψιλεύων τὸν ἔλεον*] Versus Phocyl. Poëm. admonit. 21:

Πληρώσας σέο χεῖρ' ἔλεον χρήζοντι παράσχου.

De verbo *ἐπιδαψιλεύω* nota copiosa Hemsterhusii ad Lucian. I. 452. Medium habet Leo 75. A.

Ibid. lin. 18. *ὁπόση παρὰ τὰς μάχας*] Addit Cedrenus eadem narrans II. 671. C. Ioannem praefecisse copiis duces, *ἐπὶ συνέσει καὶ ἐμπειρίᾳ στρατηγημάτων βεβοημένους.* Sic enim legendum fide Codd. non *στρατευμάτων.*

IN LIBRUM VIII.

P. 237 *Pag.* 128. *lin.* 1. *Τῆς τε χειμερινῆς κατηφείας*] Satis haud liquet de constituendo anno expeditionis Tzimiscianae contra Russos. In pactis perscriptis apud Nestor. V. 172. A. legitur annus mundi 6497, hoc est Chr. 971, ad quem item expeditionem referunt Le Beau *Hist. du Bas-Emp.* XVI. 179. A. Engel *Ge-*

schichte des Ungrischen Reichs I. 365. B. Baronius Annal. Eccles. XVI. 210. C. secuti, opinor, Cedrenum, qui innuere id videtur II. 671. C. Contra si verum est quod ait Leo 78. A. Tzimiscem altero principatus anno, mense Novembri, Theodoram duxisse (Leo 78. A.), cum coronatus sit a. 969, d. xxv. Decembris, ipsis Christi natalibus (supra 226. C.), matrimonium contrahere debuit a. 971. vergente, ab urbe proficisci ante Pascha anni sequentis 972. (Leo 80. C.), Praesthlabam expugnare feria quinta maxima, hoc est d. xiii. Aprilis eiusdem anni (Leo B 83. A.), Pascha ibi celebrare (Leo 85. A.), postridie inde movere (Cedren. II. 674. B), primum praelium ante Dorystolum facere die S. Georgii (Cedr. 675. D.), hoc est d. xxiii. April., debellare ibi d. Iulii xxiv. (Leo 94. B. Le Beau die xxv. ait, *Hist.* xvi. 198. B.). Continuo post de compositione actum est, paxque ante finem Iulii facta: ut ideo is mensis, sive ad a. 971. sive ad a. 972. eum referas, conditionibus perscriptis pacis apud Nestor. Annal. V. 72. A. recte praefixus sit. Utcunque totum bellum Russicum quatuor circiter mensium spatio confectum videtur: ac miror Pagium, initia belli ad a. 971. (Critic. IV. 28. A.), finem ad a. 973. (IV. 32. A.) referentem. Rebellio Leonis Curopalatae in urbe (Leo 89. D.) pertinere videtur ad Maium vel Iunium eiusdem anni, quo Russi debellati sunt.

Pag. 129. *lin.* 1. *ἐκ βάθρων τοῦτον οἰκοδομεῖν*] Vide Agathiam 152. B. de Iustiniano, S. Sophiam a plebe succensam aedificante.

Ibid. lin. 2. *τῶν γείσων αὐτὸς σχηματίσας τὸν περίμετρον*] C *Τὰ γεῖσα* simpliciter *muri:* ut idem (opinor) supra 6. A. et 15. C. Proprie *suggrundia* significat: apud Agathiam 21. D. *antepagmentum:* sed Leonem non dubito suo more vocum proprias significationes miscuisse. Vide de hoc vocabulo erudite a Schneidero disputata Lexic. 254. C. item Salmas. Ad Hist. August. 405. C. et Hugon. Grot. Annotat. in libros Evangel. 507. B. De templo Servatoris in Chalce copiose Anonymus De antiq. Constantinop. apud Banduri I. 10. D. ubi narratur, Imp. eo detulisse *ἀπὸ τοῦ ταξειδίου*, *ex bellica expeditione* (vide supra 215. B.), Berytensem Servatoris crucifixi imaginem.

Ibid. lin. 6. *ἄγγελόν τε αὐτῷ δοθῆναι ἐξαιτησάμενος, προπορευόμενον τοῦ στρατοῦ*] Sic Mauricius Imp. in expeditionem profecturus, more antiquo vel incubavit (ut dicebant veteres) numini. Theophylactus Simocatta Histor. 140. D. *τυχεῖν δὲ γλιχόμενος καὶ θείας τινὸς ἐποπτίας συστρατευσαμένης αὐτῷ* [l. *συστρατευσομένης αὐτῷ*], *ἐπὶ τὸ μέγα τῆς θρησκείας κατεπαννυχίζετο* D *τέμενος — καὶ τῆς θεανδρικῆς μετελάγχανε πανδαισίων* [l. *πανδαισίας*]. *Προπορεύομαι* est ex Agathia 93. C. 126. D.

Pag. 130. *lin.* 4. *ὃν καὶ Γάγγην κικλήσκειν εἰώθασι*] Ex vulgata tunc opinione. Alcimus Avitus De initio mundi 290.

Quartus Phison erit, quem possidet India Gangem:
Motus odorifero quoties qui vertice crevit,
Deciduas pulchro quas spargunt flumina luco
Praelambens furatur opes, et gurgite nostrum
Ducit in exilium.

Ibid. lin. 7. *τοῦ Βυζαντίου ἀπάρας*] Cedren. II. 671. D. *συνταξάμενος τοῖς πολίταις*, quod vertit Xylander, *relictis ad cives mandatis.* Sed *συντάσσεσθαι* est *valedicere*, ut exemplis demonstraverunt Ducangius Glossar. II. 1487. D. multique alii.

Ibid. lin. 16. *κλεισούρας*] Vide loca collecta a Ducangio Notis ad Ann. Comn. 300. D.

P. 238 *Pag.* 131. *lin.* 5. *ὡς ἔχομεν τάχους ἐνσκευασάμενοι*] Quae de usu verbi *ἐνσκευάζομαι* (activum *ἐνσκευάζω* latius patet) passim apud bonos potissimum scriptores observavi, paulo dilucidius hic explanabo: 1.) Primaria haud dubie vis est, *σκευήν*, h. e. *ornatum*, aut *vestitum*, scenicum praesertim aut insolentem, *assumo* aut *induo*. Plato Criton. I. 53. D. *σκευήν τέ τινα περιθέμενος, ἢ διφθέραν λαβών, ἢ ἄλλα, οἷα δὴ εἰώθασιν ἐνσκευάζεσθαι οἱ ἀποδιδράσκοντες.* Quo sensu tum ab aliis adhibitum video, velut ab Artemidoro Onirocr. 84. C. *βαρβαρικὴν δὲ ἐσθῆτα ἔχειν ἐνεσκευασμένην·* a Philone De temulent. 187. E. De mercede meretricis non accipienda 668. C. Legat. ad Caium 678. C. tum in primis a Plutarcho Comparat. Sertorii et Eumenis 569. D. *τοῖς δὲ τῶν βαρβάρων* [nempe *ὅπλοις καὶ ἐσθῆσιν*] *ἐνεσκευασμένους·* et Othone 1069. D. *ἀναξυρῖσι καὶ χειρῖσιν ἐνεσκευασμένος.* Ut fere velim apud eundem, Agide et Cleom. 822. C. *μετὰ τῶν φίλων ἐξεπήδησεν, ἐξεσκευασμένων ὁμοίως*, legere *ἐνεσκευασμένων.*

B *Ἐνσκευάζομαι* enim cum apud Plutarchum omnino extra hunc locum non reperitur, tum apud reliquos certe non hac significatione. Notanda praeterea constructio *ἐνσκευάζεσθαι εἴς τι, sumta veste se similem alicui reddere, sich in jemanden verkleiden*, apud Porphyr. De physica fabular. explicat. 117. A. *ὁ μὲν ἱεροφάντης εἰς εἰκόνα τοῦ δημιουργοῦ ἐνσκευάζεται.* 2.) Ab hac prima significatione fluxit altera, *assumo*, *induo* simpliciter, ut non necessario scenicum insolitumve sit quod induatur. Philo De somniis 872. A. *σωφροσύνην καὶ εὐσέβειαν καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἐνεσκευασμένῳ.* Plutarchus De orac. defect. 431. C. *ψυχὴν ἐνεσκευασμένην σῶμα, animum corpore amictum.* S. Gregor. Nyss. Oratione in XL. Mart. III. 205. B. *τὴν πανοπλίαν ἐνσκευαζόμενοι.* 3.) Tertia significatio, *adorno*, *molior*, praesertim insidiose, haud scio an a nullo magis frequentetur quam a Iosepho. Velut De bello Iud. 712. E. *ἐκ διαβολῶν, ἃς οἱ πονηροὶ τῶν κατὰ τὸ βασίλειον ἐνεσκευάσαντο.* 751. C. *διαβολὰς δὲ κατὰ τῶν*
C *ἀδελφῶν ποικίλας ἐνσκευαζόμενος.* 770. C. *τηλικοῦτον μῦσος ἐνσκευαζόμενον.* Vide quoque 771. E. et 810. E. Quibus in locis omnibus significat idem quod *σκευωρῶ*, quod legitur Antiquit.

574. B. De bello Iud. 767. et 771. F. Est ubi reddas, *fingo crimina*, ut De bello Iud. 750. C. *ἄλλα τε πολλὰ πρὸς τὸ πιθανὸν ἐνσκευαζόμεναι.* 4.) Ex hac significatione, *adorno*, manavit alia, *paro me* ad agendum, *accingor*. Sic interpretandum apud Leonem tum hoc loco, tum 99. B. et 106. B. In Longo quoque Pastoral. 183. C. *ἔωθεν οὖν ἐνσκευασάμενοι*, Iungermannus recte vertit, *primo diluculo accincti:* et apud Methodium Conv. decem virg. 204. B. *καρτερῶς ἐνσκευάσασθε πρὸς τὴν μάχην*, Leo Allatius, *viriliter — ad pugnam accingamini.* Active usurpat Leo 100. C. *δῶρα ἐνσκευασάμενος*, ubi sonare videtur *convaso*, ut Terentiano verbo utar, hoc est, *inter sarcinas aufero, tollo.* Mire apud Plutarchum in Sylla 468. B. pro *διασκευάζω* adhiberi, significareque *interpono, retracto, Τυραννίωνα τὸν γραμματικὸν ἐνσκευάσασθαι τὰ πολλὰ* (si modo locus est sanus), iam animad- D vertit summus vir Coraius ad Vitas parallel. III. 158.

Ibid. lin. 22. *ταῖς μάχαις ἀναστραφεὶς*] Legendum proposui in ora *ἀνατραφεὶς·* confer 27. B.

Pag. 132. *lin.* 12. *ὅτι Ῥωμαῖοί ἐστε*] *Ἄτε δὴ Ῥωμαῖοί γε ὄντες* scripserat Agathias 161. A.

Ibid. lin. 15. *προπορευομένην*] Haec usque ad vb. *ὑπόνοιαν* Combefisius vertit ap. Pag. IV. 28.

Ibid. lin. 20. *ἱππεῖς δὲ μύριοι καὶ τρισχίλιοι*] Cedren. II. 672. A. *ἱππεῖς δὲ εἰς τετρακισχιλίους·* neque in hoc quidem variant Codices. Combefisii prava versio vocum praecedentium: *decem millia supra quingentos*, in Schloezeri Nestorem *Russische Annalen in ihrer Grundsprache* V. 155. B. se transfudit, ubi tota Leonis de bello Russico narratio ex Criticis Pagi p. 151 — 177. repetitur. Apud Cedren. paulo post, II. 672. B. lin. 4. *ἐνέλαβε*, l. *ἐνέβαλε.*

Ibid. lin. 21. *μετὰ τοῦ θητικοῦ*] Vox *θητικὸν* ex Agathia 130. D.

Ibid. lin. 24. *Ἐπεὶ δὲ τοὺς ἐπισφαλεῖς — τόπους διώδευε*] Imitatur Leo toto hoc capite Agathiae narrationem 124. C. D. de Romanis montem regioni Misimianorum obiectum nemine obsistente superantibus.

Pag. 133. *lin.* 1. *ἐπί τινος ἐχυροῦ γηλόφου*] Credendum, P. 239 Tzimiscem Adrianopoli profectum per Haemum in Panysi convallem se demisisse, ubi erat civitas Probati, cuius frequens mentio in Vita ms. (opinor) S. Evaresti, circa a. 844. cum legatis Theodorae Augustae eas ipsas partes lustrantis. De quo inter alia haec in Cod. Reg. saec. X: *καὶ ὡς πρός τι πολίχνιον Θρᾳκικὸν Προβάτου λεγόμενον παρεγένοντο τοὺς πόνους διαναπαύσοντες, πυνθάνεταί τινας ὁ Εὐάρεστος ἄνδρας εὐλαβείᾳ συζῶντας, καὶ τὸν ἐρημικὸν βίον ἀσπαζομένους, ἐν τοῖς πλησιάζουσι χώροις ὑπάρχειν ἐν τόπῳ λεγομένῳ Σκοπέλῳ.* Quae ideo hic pono, quod Le Quien Orient. Christ. I. 1185. B. praeter unam episcopi subscriptionem

nullam huius civitatis occurrere mentionem putat. De Scopelo idem ibid. 1185. D.

Ibid. lin. 8. *συνεπηχούντων τοῖς τυμπάνοις τῶν ἐκεῖσε ὀρέων*] Velut Turcis Cantacuzeno Imp. auxiliantibus, apud Nicephor. Gregor. Histor. II. 457. A. *Ἐπεὶ δὲ καὶ τοῖς τῶν σαλπίγγων τε καὶ τῶν τυμπάνων κρότοις συνανεκίρνατο καὶ ἡ τοῖς βαρβάροις — ἡλικιῶτις κλαγγὴ, κ. τ. λ.* Expressit Leo hic quoque Agathiam 102. B.

B *Pag.* 134. *lin.* 23. *μετὰ τὸν μυστικὸν δεῖπνον*] Formam masculinam *ὁ δεῖπνος* habent Suida I. 534. B. et Theophylact. CPtanus De sancta Cruce 404. B. C. Totus hic Leonis locus est a Ducangio exscriptus Glossar. 1145. C.

Pag. 135. *lin.* 3. *Ῥῶς δὲ καὶ αὐτοὶ . . . κατὰ τὸ ἐνὸν ἠμύνοντο*] Praeivit Agathias 79. A.

Ibid. lin. 4. *Σφέγκελος δὲ ἦν οὗτος*] *Σφάγελλος* apud Cedr. in ed. II. 672. D. 676. D. *Σφάγγελος* in Codd. (quos quidem vidi) et in Scylitz. ms. In tota hac narratione de praelio ante Praesthlabam multo amplior est Cedr. quam Leo, ut inde potissimum videas, ex aliis quoque fontibus, non ex Leone solo, Scylitzem (quem Cedrenus exscripsit) hausisse.

Ibid. lin. 19. *ἐπιχνοάζων τὴν γέννν*] Primo in versione Latina corrige operarum mendum *Theodorus*, pro *Theodosius*. Deinde nota, insolenter dici *ἐπιχνοάζω* pro *ἐπιχνοάω*, et paulo

C inferius D. lin. 6. *σφαιρίζεσθαι* eo sensu, ut sit *devolvo*. Vocis Homericae *ἐπιστροφάδην* D. lin. 12. (ex Iliade *K*. 483.) varios explicatus vide apud Eustath. 819. 53. eorumque ultimum iam in Apollonii Lexico relatum 350. A. *Ἐπιστρ.*] *μετ' ἐπιστροφῆς τοῦ σώματος·* et expressum a Raymundo Cunichio in versione metrica Iliad. 232. C:

. . . . . *partem*
Et nunc se in dextram vertens, nunc ille sinistram.

Utuntur praeterea Hom. Odyss. *X*. 308. *Ω*. 183. auctor Hymni in Mercur. 210. Philo De vita Mos. II. 177. 21. edit. Mangey. (ubi non male redditur, *in orbem undique*.) De Abrah. 298. G. De special. legg. 615. A. denique Leo 13. C. et 47. D. Item substantivum *ἐπιστροφὴ*, unde *ἐπιστροφάδην* a plerisque grammaticis derivatur, habet significationes peculiares, quarum aliquot hic notabo. Primam, *ἐπιστροφὴν* apud oratores sonare *robur dictionis* et *gravitatem*, *τῇ ἁβρότητι* oppositam, ex Philostr. Vit. So-

D phist. 519. iam explanavit vir eruditissimus Theoph. Ernesti technol. rhetor. Gr. 127. C. Alio sensu sumendum in loco Aristid. Arte orator. II. 475. C. *σαφήνεια καὶ καθαρότης γίνεται οὕτως, ὅταν τις ἐπιστροφαῖς χρῆται.* Vertit Normannus, *concinnis in clausula periodi repetitionibus:* malim, *reversionibus*, sive *ad extremum conversionibus:* sic enim vocant rhetores Latini figuram verborum, qua ad postremum verbum identidem revertimur: *Poenos pop. Romanus iustitia vicit, armis vicit, liberalitate vi-*

cit: vide Cicer. De orat. III. 54. quae eadem figura ab Aquila Romano De figur. sent. ed. Ruhnk. 178. A. ἀντιστροφὴ vocatur, a Rutilio Lupo De figuris 30. A. ἐπιφορά. Vide Ernesti Lex. techn. Latin. 97. B. Ita non audiendus Cannartus Compendio rhetor. 6. A. ubi ait: *Ἐπιστροφὴ est, cum similis dictionum sonus saepius in eosdem fines extremos convertitur: quo pertinent ὁμοιόπτωτον, ὁμοιοτέλευτον, συμπλοκὴ, ἀντιστροφὴ, et ἐπιμονή.* Nam ἀντιστροφὴν et ἐπιστροφὴν synonyma esse in confesso est: ἐπιμονὴ, quam *commorationem in una re* vocat Cic. De orat. III. 52. ab ἐπιστροφῇ prorsus aliena est: neque magis reliquae tres figurae a rhetore omnino ullo ad genus ἐπιστροφῆς referuntur. Tralatione porro apud Patres ex usu hellenistico (vid. Schleusner. P. 240
Lex. in Nov. Test. I. 881. A.) ἐπιστροφὴ *poenitentiam* denotat, significatione neque a Ducangio memorata, neque a Suicero Thes. Eccles. Latini praecipitato imperio eadem figura *conversionem* vocant. Avitus de laude virgin. 149:

. . . . . *conversio fratrum,*
Exemplo debenda pio, te respicit, auctor.

Unde ea vox in linguas nationum Latinarum, quae hodie in Europa supersunt, permanavit. Est igitur ἐπιστρ. apud scriptores ecclesiasticos fere idem quod μετάνοια et μεταμέλεια. S. Gregorius Nyss. De poenitent. III. 167. D. τὸν Ἰωάννην, μετανοίας κήρυκα, μεταμελείας εἰσηγητὴν, καὶ πάντας — προφήτας, ἐπιστροφῆς διδασκάλους. Ultima versa a Francisco Zino: *qui docerent homines, ut ad meliorem frugem sese converterent.* Reperitur ibidem 173. B. ὁ τῆς ἐπιστροφῆς δεόμενος· apudque S. Ioann. Chrysost. Orat. tertia statuar. VI. 480. 16. 486. 4. Item explica- B
tur per μετάνοια apud Eusebium Caten. in Psalm. I. 116. B. alibique locis innumeris. In Heronis Belopoeic. 127. C. τὴν ἐπιστροφὴν καὶ τάσιν τῶν νεύρων· et ibid. C. ἡ ἐπιστροφὴ τῆς ἐπιζυγίδος, in tanta argumenti difficultate (agitur de gastrapheta) tamque corrupto textu, quid sit difficilius intelligitur. Editio Regia semel *intorsio* exponit, iterum *conversio.* Malim *flexionem*, vel *reflexum*, quo sensu saepius reperitur apud geometras et mathematicos. Velut in una Geographia Ptolemaei 54. C. 63. B. 81. A. 107. A. 118. B. 122. B. 123. A. 138. A. B. 148. A. 152. A. 177. C. 183. B. 184. A.

Pag. 136. *lin.* 16. *Βορὴν*] Sic Leo hic et 98. B. *Βορίσην* Scylitz. ms. et Cedr. II. 646. C. 666. B. 673. C. 682. D. 683. A.

Ibid. lin. 21. *Ῥωμαῖοι δὲ, ἅπαξ*] E sequentibus quaedam Scylitzes verbotenus sumsit, plura expressit diversis verbis: quae omnia in rem suam convertit Cedrenus II. 873. A. sqq.

Pag. 137. *lin.* 4. *ἄνδρας ἀνείλον νεανικοὺς*] *Νεανικὸς* apud C
Leonem est *fortis, strenuus, acer*, 7. B. C. 10. C. D. 12. B. 23. C. 51. C. 52. B. 54. A. 71. D. 84. D. 89. C. [ubi verti, *audacia*

iuvenili] 92. B. Sic Nicephor. Tactic. 161. B. *σὺν ἱππασίᾳ νεανικῇ, equis acriter citatis.* Quare phrasim 67. A. *ἔπιπτον οἱ νεανικώτεροι*, Scylitzes Cedrenusq. II. 668. A. mutuati expresserunt, *πίπτουσιν οἱ ἀλκιμώτεροι. Νεανικὸν* 34. A. est *fortiter* s. *animose factum*, ut apud. Cedr. II. 647. B.

Ibid. lin. 14. *ἀμύνεσθαι τοῖς ἐπιοῦσι*] Agathias 20. A. *ἀμύνεσθαι ἤν τις ἐπίοι·* item 49. D.

Ibid. lin. 18. *ἔργον εἶχετο*] Agathias 45. C.

Pag. 138. *lin.* 6. *τὴν θείαν ἀνάστασιν τοῦ Σωτῆρος*] Inde emendandus, opinor, Cedr. II. 674. B. *τὴν τῆς ἁγίας Ἀναστασίας τελέσας ἑορτήν.* Codd. quoque cum ipsius Cedreni tum Scylitzae habent *τῆς ἁγ. ἀναστάσεως.* Vide tamen annotatt. Xylandri ad h. l. 26. A. et notas poster. Goari 54. B.

D *Ibid. lin.* 21. *ὁπηνίκα τὸ σταυρικὸν σημεῖον κατηστερισμένον ἐν οὐρανῷ θεασάμενος*] Haec a verbis *παυστρατεὶ τὴν*, usque ad, *ὁρμῶντας κατεπολέμησε*, Bandurius edidit Imper. Orient. II. 465. C. ubi multa de orthographia nominis Dorystoli. Verbum *καταστερίζω* eleganter usurpatum a Leone C. lin. 5. distinguendum est a *καταστηρίζω*, in glossis Lexicographorum parum lucide (opinor) exposito. Nam idem quod *κατασκήπτω* esse partim volunt, *irruo, devehor.* Sed, ut primitivum *στηρίζω* valet *statuo, stabilio*, ita *καταστηρίζω* potius *firmo, figo, munio.* Sic *κατεστηρίχθαι, firmatus esse*, apud Iobum XX. 7. Eusebius Vita Const. 423. B. de Iabaro: *ἄνω δὲ — στέφανος ἐκ λίθων πολυτελῶν — κατεστήρικτο, corona — erat affixa.* Vita S. Nili iunior. 7. C. *εὐχαῖς κατεστήριξαν, precationibus munierunt.* Item S. Gregorius Nyss. In Hexaëm. I. 38. C. inter se opponit classes stellarum *errantium* atque *fixarum*, *τῶν πεπλανημένων καὶ τῶν κατεστηριγμένων ἀστέρων.* Apud Tatianum Orat. contra Graec. 149. B. *τίνος δὲ ἕνεκεν οὐχὶ καὶ τῶν τοῦ Διὸς ἀδελφῶν, οἳ διενείμαντο τὰς βασιλείας, γραμμάτων σχηματουργίᾳ κατεστηρίχθησαν;* ubi interpres: *Quare non alii quoque fratres Jovis — nominum suorum litteris sideribus ascripti sunt?* vel legendum, *κατηστερίσθησαν*

P. 241 (*καταστερισθέντων* Methodius Conviv. decem virg. 216. A. *καταστερισθῆναι* ibid. 217. A.) vel vertendum sic: *linearum figuratione in caelo fixi sunt? Σχηματουργία* enim vox, qua utitur hic Tatianus, omissa est in Lexicis: sed occurrit praeter h. l. apud. S. Epiphan. Advers. haeres. 460. C. Verbum *σχηματουργεῖν*, aeque e Lexicis exulans, habet Georgius Pisida Mundi opif. 39. C.

Καὶ σχηματουργεῖν οὐρανοὺς ἐκ κοπρίας·

et poëm. De vanit. vitae v. 116. de homine vana moliente:

Καὶ πλοῦτον αὐτῷ μὴ παρόντα συλλέγει,
Καὶ σχηματουργεῖ τὰς ἐνύπνους ἀξίας·

ut igitur necesse non sit, in loco Tatiani *σχηματουργία* mutare in *σχηματογραφία*, quae tamen est vox propria de figurationibus si-

derum in astronomorum aut certe astrologorum formulis. Paulus Alexandr. In apotelesm. 42. A. 54. B. Proclus Paraphr. in Ptolem. 202. A. Hephaestio Theban. Decret. err. stell. 21. B. B Proclus Sphaera 52. A.

Ibid. lin. 24. *Πλισκουβαν*] De Pliscuba s. Pliscoba, *Πλισκόβα*, vide Ducang. ad Alexiad. Ann. Comn. 329. A.

Pag. 139. *lin.* 2. *τῶν Σκυθῶν ἀφηνιάσασαι*] Verbum *ἀφηνιάζω* Leo cum genitivo construit hic et paulo inferius D. lin. 5. item 48. C. Alii sine casu usurpant, ut Philo, qui admodum eo delectatur, De mundi opif. 15. A. Allegor. legg. 41. B. 44. C. 64. F. 74. A. 78. C. De sacrif. Abel. et Cain. 115. D. De agricult. 149. F. 154. D. De temulent. 188. F. De Abrahamo 296. G. De migrat. Abrah. 311. C. De vita Mos. 477. G. 487. A. 525. A. De victimas offerent. 665. C. Quod omnis probus liber 674. E. 681. E. In Flacc. 748. B. 749. D. 767. B. S. Clemens Alexandr. Admonit. ad gent. 57. C. Stromatt. 383. A. 412. A. 471. B. 705. B. 730. C. 747. A. Alii construunt cum dativo, ut Eusebius Demonstr. Evang. 335. D. alii cum praepositione *παρὰ*, sequente accusat. velut S. Clemens Alex. Paedagog. 115. A. *τοὺς παρὰ τὸν* C *νόμον ἀφηνιάζοντας*. Apud S. Antioch. De superbia II. 1098. D. inveni cum accusativo solo, absque praepositione, quod rarum est, *ὅσοι δι' ὑπερηφανίαν ἀφηνιάζουσι τὸν ἀδελφόν*. Sunt tamen quoque exempla constructionis cum genitivo: Philo De sacrif. Abel. et Cain. 115. C. *ἀφηνιάσαν, ὥσπερ βουκόλου, τοῦ νοῦ*. De vita Mos. 512. A. *ἀρετῆς ἀφηνιάσαντας*· multoque plura in verbo *ἀφηνιάω*, de quo dicam alio loco.

Ibid. lin. 9. *πολλὰ γνωσιμαχήσας καὶ ἀνασκοπήσας*] Opinor *γνωσιμαχεῖν* apud Leonem esse, *consilia versare:* quo eodem sensu ait 19. B. *γνωματεύσας καὶ βουλευσάμενος*· et 77. B. *πολλὰ γνωματεύσας καὶ λογισάμενος*. Item 11. B. *γνωσιμαχήσαντι καὶ βουλευσαμένῳ*. Qua significatione apud veteres omnino non (quantum vidi) invenitur, apud recentiores admodum raro: S. Ephraem De compunct. II. 182. C. *γνωσιμαχοῦντες οὖν εὗρον τὸν τρόπον*. Auctor vitae S. Nili iun. 92. C. *ἐν τούτοις γνωσιμαχοῦντός τε καὶ πονηρευομένου*, *cum agitaret haec consilia eaque ma-* D *litiosa*. De significationibus antiquis elegantibusque huius verbi vide Gregor. Corinth. De Dial. 539. A. ibique copiosas Bastii Schaeferique viri immortalis notas. Substantivum inde derivatum inque Lexica nondum receptum *γνωσιμαχία* est apud Philon. De somn. 884. C. *εἰς τὰς ἐριστικὰς γνωσιμαχίας*, ubi inepte vertitur a Gelenio, *in contentiosas resipiscentias*. Est enim idem quod *ταῖς ἐριστικαῖς φιλονεικίαις* apud eundem Philonem 885. D. ideoque reddendum *ad contentiones pervicaces*, ut recte expressit Th. Mangey ed. novissima I. 693. 43. Nam apud Philonem *γνωσιμαχεῖν* valet *contendere*, *dissentire*. De Abraham. 297. B. De con-

gressu quaerend. erud. grat. 337. G. De somn. 444. B. De vita Mos. 493. D. 494. F. alibique saepe.

Ibid. lin. 16. *εἰς ἑξήκοντα χιλιάδας*] Perperam Pagi IV. 28. C. et ex illo Schloezerus Nestor. V. 160. C. *ad septuaginta hominum millia.*

Ibid. lin. 18. *τινὲς παραβόλῳ τόλμῃ παραχροτούμενοι*] Hoc antecursorum praelium vide an diversum sit ab illo, in quo Cedr. II. 674. D. Romanos magnifice vicisse scribit.

P. 242 *Pag.* 140. *lin.* 4. *κατασπαθίζειν τούτους προσέταττεν*] Verbum *κατασπαθίζω* supra quoque obvium 54. B. 84. C. non est in Lexicis. Huius primitivum *σπαθίζω, gladio caedo,* de quo recte dubitat Schneiderus, an in scriptoribus probatis occurrat, in Glossarium Ducangius retulit II. 1415. B. ex Gilberto Gaulmin. 485. B. ad Theodor. Prodr. De amoribus Rhodanth. 45. C. (conf. quoque 106. C. et 221. A.) sed sine exemplis, quae hic utcunque supplebo. Achmet. Onirocr. 81. C. *ἐσπαθίσθη ἐμπροσθίως παρ' ἀγνωρίμου.* 82. A. *ἐσπαθίσθη πρὸς θάνατον, gladio fuit ad mortem vulneratus.* Male ceperunt interpretes Menolog. Graec. mense Maio I. 745. F. 746. A. vertentes, *virgis palmarum caedo.* Vocabula derivata itemque a Ducangio praetermissa sunt: 1.) *σπαθισμὸς, iterata cum gladio percussio,* quod Schneiderus item 414. C. dubiae auctoritatis esse censet. Achmet. Onirocr. 82. A. *κατὰ*
B *τὸ πλῆθος τοῦ σπαθισμοῦ ἀγαθοποιήσει αὐτὸν μεγάλως.* 2.) *σπαθιὰ, ictus gladii.* Theophanes Chronogr. 266. B. *πολλὰς δὲ καὶ σπαθέας* [l. *σπαθιὰς*] *ἐν τῇ ὄψει αὐτοῦ ἔλαβεν.* Goar recte, *inflictis etiam ad caput crebrioribus ensium plagis:* perperamque, opinor, Ducangius totum hunc locum ad vocem *Σπαθέα* col. 1416. referens, Heraclio Imp. in medio praelio a Persis vult bacillis ictus esse inflictos. Neque melius in locis Achmet. Onirocr. 82. A. *ἔλαβε δούλῳ σπαθείαν* [l. *σπαθιάν*]. B. *Γυνὴ ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἔλαβε σπαθίαν* [l. *σπαθιάν*]· et 233. A. *ἔδωκέ τινα σπαθέαν* [f. *τινι σπαθιὰν*] vapulationes fustigationesque vult intelligi: sensum verum, *ictus gladii*, et Rigaltius iam in versione expresserat, et in ultimo loco probant quae subsequuntur, *Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι οὐκ ἔστι*
C *τομή.* Denique *σπαθιστὴρ* appellatur Epiphan. De mensur. et pond. II. 172. C. instrumentum ferreum, quo utebantur Iudaei desertores in reparatione recisi praeputii, *τέχνῃ τινὶ ἰατρικῇ διὰ τοῦ καλουμένου σπαθιστῆρος τὴν τῶν μελῶν ὑποδερματίδα ὑποσπαθισθέντες, ῥαφέντες τε, καὶ κολλητικοῖς περιοδευθέντες.* Ubi primum moneo, extrema verba a Petavio minus bene reddita *glutino circum adstringunt,* verti debuisse, *glutino curant.* Id enim valere *περιοδεύειν* apud scriptt. saeculi III. et deinceps, demonstravi ad Timarionem Notitt. Mss. Bibl. Reg. IX. 217. A. Deinde *σπαθιστῆρος* ab interpretibus, quorum locos collegit Schleusner. Lex. N. Test. I. 876. C. video mutatum esse in *σπασθητῆρος*, quasi a *σπάω* derivaretur. Atenim instrumentum illud, non ad pro-

trahendam cutem adhibitum, sed subiectum cuti intrusumque ad separandam a carne, nomen duxit a *σπαθίον*, quia esset gladioli instar latum. Certe Paul. Aeginet. De re med. fol. 81. *verso* edit. Ald. integrum caput habet *Περὶ ὑποσπαθισμοῦ*, qua ratione cutis a carne, inserto instrumento *ὑποσπαθιστῆρι*, disiungi possit. Quapropter *σπαθιστῆρα* apud Epiph. minime immutandum, verbaque eius non ut in Petavii versione existimo reddenda, *eoque, quem spathisterem vocant, glandis cuticulam attrahentes:* sed, *per spathisterem quem vocant, membrorum cuticulam resolventes.* Est D enim is secundus modus tegendae glandis, si nuda est, relatus a Paul. Aegin. cap. LIII. fol. 89. *recto:* cutem a glandis radice instrumento separandam, deinde detrahendam atque deligandam esse, linteolo inter cutem et colem interposito. Tametsi fol. 89. *verso* A. operam eam raro usuvenire ait, quod cutis penuria in partibus illis non afferat *τοσαύτην ἀπρέπειαν, ὡς ταύτης μᾶλλόν τινα τὴν διὰ τῆς χειρουργίας ἐρεῖσθαι βάλανον.* Ubi Guinterius non animadverso mendo vertit 31. D. *ut eo magis glandem aliquam ex chirurgia deligas.* Sed omnino scribendum, *αἱρεῖσθαι βάσανον, quod non ita decorem vitiet, ut huius chirurgiae cruciatum subire quis velit:* ut recte vidit Cornar. Dolabellis 57. A.

Ibid. lin. 7. *ὃ καὶ Δριστραν κικλήσκειν εἰώθεσαν*] Codex, ut notavi in ora, *Δρῆστραν (sic)*· Cedren. edit. *Δριστρα* II. 674. B. D. Codd. Cedr. et Scyl., quos quidem vidi, satis constanter *Δρίστα*, absque ρ, quemadmodum Cod. Leonis 83. A. De Dristra vide Schloezer. ad *Nestor*, *Russische Annalen* etc. V. 131. C.

Pag. 141. *lin.* 18. *δεξιώσεσιν ἑστιάσεων*] Verti, *epularum communicatione:* sed notandum, vocem *δεξίωσις*, etiam nulla P. 243 alia adiecta, apud scriptores certe quarti saeculi et deinceps, saepe *epulas* valere. Exempla complura vel in uno S. Ioanne Chrysostomo Orat. I. in Epist. ad Philippens. expositis verbis D. Lucae XIV. 12. *cum facis convivium, voca pauperes*, pergit IV. 9. 40. *οὐ γὰρ ἁπλῶς δεῖ τὰς τοιαύτας δεξιώσεις ποιεῖν, ἀλλὰ τοῖς πεινῶσιν, ἀλλὰ τοῖς διψῶσι, κ. τ. λ.* In S. Pentecost. et quare mirac. nunc non fiant V. 604. 34. *αἵ τε φιλοτησίαι καὶ δεξιώσεις.* Adde loca In proph. Eliam V. 675. 3. In caec. quem Christ. san. V. 734. 28. In Mesopentecost. VII. 375. 10.

IN LIBRUM IX.

Pag. 142. *lin.* 4. *διασκηνισάμενος*] Verbum *διασκηνίζομαι* P. 244 non est in Lexicis: nisi mavis legere *διασκηνησάμενος*, a *διασκηνέω*. Cod. tamen iterum *διεσκηνίσατο* 106. B.

Pag. 143. *lin.* 6. *ἐγχρίπτουσιν*] Fortasse, *in fossam irruentes.* *Ἐγχρίπτει, ἐμπηδᾷ* Greg. Corinth. De dial. 565. A. Supra 15. B. *ἐγχριμφθέντος* verti *insinuato*, retenta classica signi-

ficatione, qua apes, cum aculeum figunt, *κέντρον ἐγχρίμπτειν* seu absolute *ἐγχρίμπτειν* dicuntur. Vide Ruhnk. ad Tim. 75. B. Sumsit Leo ex Agathia 23. C. aut 41. A.

Ibid. lin. 16. *τότε πρώτως φανέντες*] Inde hausit Cedr. quae habet de eodem praelio II. 676. A. *τότε πρῶτον φανέντες ἔφιπποι κ. τ. λ.*

Pag. 144. *lin.* 8. *τὰ ἑαυτῶν συναγαγόντες ἀκάτια*] De monoxylis Russorum Constant. Porphyrog. De administ. imp. 59. B. — 61. F. et Bandur. ad h. l. 36. C. Magnifice Claudianus In IV. Consulat. Honorii v. 623. sqq.:

> *Ausi Danubium quondam tranare Gruthungi*
> *In lintres fregere nemus: ter mille ruebant*
> *Per fluvium plenae cuneis immanibus alni.*

Pag. 145. *lin.* 11. *ἐπὶ τὴν κατὰ Λέσβον Μήθυμναν*] Haec sic redduntur in versione Combefis. apud Pag. IV. 28. D: *Leo Curopalata, Nicephori Imp. frater, Methymna, quae Lesbi insula est* [l. *Methymnae, quae Lesbi insulae urbs est*] — *ad rebellionem animum advertit.*

Ibid. lin. 21. *ὃ Πηλαμὺς κέκληται*] Cedr. II. 677. D. *κατὰ τὸ προάστειον, ὃ κατονομάζουσι Πηλαμύδιον.* Scyl. ms. habet *Πηλαμύδα.*

Pag. 146. *lin.* 8. *ἐφ' ἑστίας*] Verti *domi*, ut 19. C. Item *ἑστία* pro domo 21. A. 91. A. 103. B. D. 106. D. 109. A. D. Praeivit Agathias 90. D.

Pag. 147. *lin.* 9. *ὅσον οὔπω βούλεται τυραννεῖν*] Verba *ὅσον οὔπω, iamiam, illico*, quibus nihil potest esse frequentius, vel apud Agathiam 80. A. 93. D. 100. B. 164. A. mirere saepius ab interpretibus non esse intellecta. Velut apud S. Theodoretum Encom. in S. Ioann. Bapt. V. 23. D. *ἐπεὶ ἔμελλεν ὅσον οὔπω καὶ παρθένος τεκεῖν·* vertit Garnerius, *cum virgo paritura esset filium, quantus alias nemo esset:* sensus est, *cum, licet virgo, tamen mox esset paritura.* Neque melius vocem synonymam *ὅσον οὐδέπω* apud S. Athanas. Histor. Arian. I. 363. A. *προσδοκῶντες ὅσον οὐδέπω μένειν — γυμνοί·* Montefalconius: *exspectantque se — tantum non nudatos fore.* Vertendum, *sese iamiam nud. f.* Porro in Origene Exhort. ad martyr. *ὅσον οὐδέπω πρόσωπον πρὸς πρόσωπον εἴσεσθε*, Wetstenius 174. C. *quantum antea nunquam, tunc facie ad faciem videbitis:* Carolus Delarue I. 282. D. *cognoscetis quantum non cognostis unquam, f. nempe ad f.* Reddendum, *iamiam videbitis eum f. ad f.* Et paulo post sic Origenes: *ὑπὸ Θεοῦ, τοῦ ὅσον οὐδέπω τὸν Ἀντίοχον — βασανίσοντος.* Wetsten. 186. C. *a Deo qui aliquando, plus quam unquam, ipsum Antiochum — torsurus sit.* Delarue 289. E. *qui insolito more.* Verte, *qui mox — sit torsurus.* Similiter vis locutionis *οὐδὲ ὅσον* fugit Montefalc. in S. Athanas. In illud,

Nunc anima mea turbata est, II. 1286. A. *οὐδὲ ὅσον ὀκλάσαι τὴν χεῖρα τὴν ἡνιοχοῦσαν· Nec quantum est ipsam manum, qua regit, inflectere.* Traduc, *ne tantillum quidem manum quae r. inflectere:* id enim valere voces *οὐδὲ ὅσον* vel tironibus nunc notum est.

Ibid. ead. lin. τῷ ἀθρόῳ τῆς ἀγγελίας] Habet passim significationes difficiles neutrum *ἀθρόον*. Velut in loco Hermogenis ab Ernestio Lexic. rhetor. non illustrato, De inventione 94. B. ubi exponitur, tertiam rationem exordii per hypodiaeresim inveniendi illam esse quae appelletur *τὸ ἀθρόον πρὸς τὸ μέλλον ὑποδιαίρεσις*. Deinde paucis interiectis: *Δεῖ δὲ τὸ τοῦ ἀθρόου πρὸς τὸ μέλλον ποιεῖν τότε, ὅταν ἢ τὸ μηδεπώποτε γεγονὸς τοῦτο συμβὰν μὴ παθεῖν πάλιν φυλαττώμεθα, ἢ ὅταν τὸ αὐτὸ πράττηται πολλάκις.* Quae in vulgatis pessime versa sunt sic: *Ea quae vocatur divisio temporis continuati.* Et postea: *Oportet igitur in continuatione temporis separare tempus futurum, ut caveamus ne patiamur iterum unquam tale quid, praesertim si illud saepius fuerit* P. 245 *commissum.* Vides interpretem confundere casus duos distinctos. Sensus est: *quae voc. subdivisio temporis confertim (collective) spectati, relative ad futurum.* Et deinde: *Oportet autem adhibere hanc exordii formam, temporis collective sumti relative ad futurum, quando vel aliquid contigit quod nunquam contigerat, idque praecavere volumus, ne rursus accidat, vel quando hoc idem saepius contingit.* Vide quae sequuntur 164. A. de subdivisione *ἀθρόου εἰς λεπτόν*. Quam quaestionem aliasque similes complures explicare conabor in editione Hermogenis, ubi cum nova versione et commentariis mss. luceque dignissimis in Bibliotheca Regia asservatis vulgavero. Alibi *ἀθρόον* notum est habere vim adverbii *subito, repente.* Leo noster 108. B. et 110. A. Agathias Histor. 23. D. 24. C. 25. B. D. 26. B. 27. A. 34. C. 37. C. 38. B. 41. B. 42. A. 50. C. 53. D. 57. A. 58. D. 70. D. 76. B. 79. C. 80. A. 82. A. 94. A. 98. C. 99. B. 101. C. 102. C. 103. A. 104. A. 111. D. 112. A. 113. B. 114. C. 124. B. 127. A. B 129. B. 136. A. 140. B. 145. A. 148. D. 151. D. 154. A. 162. D. 164. A. 169. A. 171. B. S. Ioannes Chrysostomus Oratione VII. ad Corinth. III. 288. I. Homilia XXXI. in S. Matth. I. 357. C. (ubi interpres Latinus vim eius non expressit). Heliodor. Aethiop. 402. B. Ideo corrigendus Ioannes Philoponus De mundi creat. 238. B. de hominibus incredibili celeritate cogitationem a re ad rem rapientibus, *ἐν ἑαυτοῖς ἔχοντες τὸν νοῦν τὸν οἰκεῖον ἀθρόον, ἀλλαχόθεν ἀλλαχοῦ μεθιστάμεθα.* Balthasar Corderius: *propriam mentem in nobis ipsis collectam obtinentes, aliunde alio transferimur.* Sed virgula, quae post *ἀθρόον* est, praeponenda, et vertendum sic: *pr. mentem in nobis habentes, puncto temporis aliunde alio transferimus.* Quo eodem sensu *ἀθρόον* a Philopono usurpatur alibi, velut 279. A. et C.

Ibid. lin. 19. *πρὸς τὴν λεγομένην Καλώννμον νῆσον*] Cedrenus II. 678. A. in Proten insulam ait.

Ibid. ead. lin. περιορίζουσι] Verti *deportant:* nam ὁ περιο-
C ρισμὸς respondet *deportationi* Latinorum, quae ipsa cum ab exilio tum a relegatione differt. Vide Michaëlem Attaliatam Synops. Iuris Graecorum. II. 4. D. Multo graviter, ut hoc utar, lapsus est interpres Simeonis Metaphrastae Vita S. Athanasii I. clj. B. *καὶ τοῦτον* [Meletium episcop.] *οἱ τῆς Ἀρείου αἱρέσεως περιορίζουσι*, reddens, *illum etiam haeretici Ariani circumvenere.* Vertendum, *deportatione damnandum curant:* nam Meletium Antiochiae episcopum deportatum fuisse instantibus Arianis discimus ex anonymo scriptore Vitae S. Athanasii CXXII. C. et ex Photii Biblioth. 1446. A.

Pag. 148. *lin.* 13. *ἐτύγχανον γὰρ κατακόρως ἀλῃλιμμένα χρυσῷ*] Dicas inde Cinnamum in Historia sumsisse de armatura Ioannis Comneni 63. A. *χρυσῷ γὰρ κατακόρως ἀλήλιπτο πᾶσα.*

Ibid. lin. 18. *κρεουργήσαντες*] Quod ipsum verbum inde mutuatus est Cedrenus in narratione eiusdem rei II. 678. C.

Pag. 149. *lin.* 5. *καὶ τοῦ τῶν Κρητῶν υἱὸς ἀρχηγοῦ*] Inde
D emenda Cedren. II. 678. D. *Ἀνεμᾶς, ὁ τῶν Κρητῶν τοῦ βασιλείου υἱὸς Κουρουπᾶ·* Xylandro in versione similiter lapso, nec animadvertente, *βασιλέως* scribendum esse. Scylitza ms. (in iis certe Codd. quos inspexi: nam Goari exemplaria videntur aliud quid habuisse) item: *Ἀναιμᾶς* [*sic*], *ὁ τῶν Κρητῶν τοῦ βασιλέως υἱὸς Κουρουπᾶ.* Sequentia de certamine singulari inter Aueman et Icmorem paene ad verbum ex Leone exscripsit Scylitzes, ex Scylitza Cedrenus.

Ibid. lin. 20. *πλείστους τῶν αἰχμαλώτων — ἐναποσφάξαντες*] Apud Bulgaros, Leone Armenio imperante, similia memorat sacrificia Anonymus Narrat. chronograph. post Theophan. 431. D.

Ibid. lin. 24. *Ἑλληνικοῖς ὀργίοις κατόχους ὄντας*] Ad haec Russorum sacra, ab religione Christiana aliena, pertinere videtur exordium illud narrationis ms. *ἀνεπιγράφου*, quam reperi in Codice saeculi undecimi: *Ἐν ταῖς ἡμέραις Λέοντος καὶ Ἀλεξάνδρου τῶν βασιλέων ἄρχων τις ἐν Πελοποννήσῳ ἠγόρασε παῖδα, Σκύθην τῷ γένει· καὶ τοῦτον παρέδωκε τῷ πρεσβυτέρῳ τῷ ἱερουργοῦντι ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τοῦ οἴκου αὐτοῦ, τοῦ παιδεύειν αὐτὸν,*
P. 246 *καὶ διδάσκειν τὰ γράμματα. Ὡς δὲ ἐμάνθανεν ὁ παῖς, καὶ ἐξυπηρέτει τῷ πρεσβυτέρῳ ἐν ταῖς χρείαις αὐτοῦ. Καὶ γενόμενον ἐτῶν δώδεκα ἠρώτησεν αὐτὸν ὁ κύριος αὐτοῦ, εἰ Χριστιανοί εἰσιν οἱ Σκύθαι, ὅθεν ὥρμητο. Ὁ δὲ ἀπεκρίθη, οὔκ εἰσι Χριστιανοὶ, καὶ, ὡς νομίζω, καὶ ἐγὼ ἀβάπτιστός εἰμι.* Hoc est: *In diebus Leonis et Alexandri Impp.* (anno 886 — 911.) *praefectus in Peloponneso emit servum, Scytham natione: hunc tradidit presbytero, in oratorio aedium suarum sacra facienti, ut erudiret*

eum, doceretque litteras. Puer dum instituebatur, item presbyteri utilitatibus inserviebat. Ita cum annos haberet duodecim, quaesivit de illo herus, num Christiani essent Scythae, unde erat ortus. Ille negavit esse, neque ego, ut opinor, *inquit,* geniali aqua madefactus sum. — Missa facio subsequentia de conversione Scythae illius, aliorumque popularium eius.

Pag. 150. *lin.* 4. *Ἀρριανὸς γάρ φησιν ἐν τῷ Περίπλῳ*] De hoc Scythico Achillis ortu nihil Arrianus, in iis certe, quae de religionibus templi Achillei in Leuce insula copiose tradit Peripl. Pont. 133. A. — 135. B.

Pag. 151. *lin.* 12. *Οἴχεται τὸ κλέος*] Praecivit Agathias 81. B D. *Οἴχεται δὲ φροῦδον τὸ παλαιὸν τῶν Κόλχων ἀξίωμα κ. τ. λ.*

Ibid. lin. 24. *ὠθεῖν τε κατὰ τῶν σπλάγχνων τὰ ξίφη*] A verbo ὠθεῖν compositum *προωθεῖν*, ut obiter moneam, restituendum est Heroni Spiritalibus 187. D. *ὅπου ἐπιστραφομένου* [l. *ἐπιστρεφομένου*] *αὐτοῦ προσωθῆται τὸ ἐλλύχνιον.* Scribe, *πρόσω ὠθῆται*, sive *προωθῆται*, ut iam est 188. A. *ὥστε προωθεῖσθαι τὸ ἐλλύχνιον.* Item initio capitis ibid. C: *Λύχνον κατασκευάσαι ἑαυτὸν προσμύσσοντα.* Interpres: *Lucernam se ipsam consumentem construere.* Inepte. Legendum est, *προβύσσοντα*, i. e. *quae ipsa ellychnium suum promoveat*, vel *protrudat.* *B* et *μ* in Codd. saec. X. et deinceps saepissime confunduntur.

Pag. 152. *lin.* 8. *φιλοψυχότατα*] Verti *laete:* quasi *εὐψυχότατα*· quod non dubitarem, voluisse Leonem ut eiusmodi sensu intelligeretur. Tametsi ea vis prorsus recedit a vocis *φιλόψυχος* significatione recepta, quae est duplex: altera in vulgus nota, *nimium vitae cupidus, ignavus:* altera ex imitatione loci Sa- C pient. Salom. XI. 26. quando est Servatoris Deive epitheton apud Patres, *animarum amans*, hoc est, *saluti earum consulens.* S. Antioch. De non concupiscendo I. 1140. E. *ὁ δὲ φιλόψυχος Κύριός φησιν.* De poenitent. 1144. A. *ὁ φιλάνθρωπος, ὁ φιλόψυχος, ὁ οἰκτίρμων.* De filior. adoptione 1241. A. *δέσποτα φιλάνθρωπε, φιλόπτωχε, φιλόστοργε, φιλόψυχε.* S. Dorotheus De institut. fratr. in monaster. I. 847. C. *ὁ Θεὸς ὁ φιλάνθρωπος καὶ φιλόψυχος.* Eodem sensu usurpant Zacharias Hierosolymitanus Epistola ad suae plebis reliquias 314. C. S. Nilus De octo vit. 208. B. aliique multi. Phrasin Leonis Cedrenus imitatus est II. 680. A.

Ibid. lin. 22. *τὸν ἵππον παρεξελάσας*] *Παρεξελαύνειν*, quo vocabulo carent Lexica, apud Leonem significare videtur *cum equo prorumpo ex acie.* Tamen 92. B. *τῇδε κἀκεῖσε παρεξελάσας* denotare videtur *huc illuc obvertere equum:* et certe ita bis accepit Cedrenus: II. 679. A. *τὸν ἵππον τῇδε κἀκεῖσε παρακινήσας* (Xylander: *equum hac illac torquens*)· et 681. B. de Anema, D loci nostri circumlocutione, *τῇδε κἀκεῖσε τὸν ἵππον μετακινήσας.* Apud Plutarchum Quomodo adolesc. poëtas audire debeat 15. D.

ποιητικὴν φεύγειν καὶ παρεξελαύνειν, sensu prorsus diverso vertendum *praetervehi*. De vocc. *ἐπεξέλασις* et *ὑπεξέλασις* dixi supra 199. C.

Pag. 153. *lin.* 11. *προτροπάδην ὑπενόστουν*] In hoc vel in proxime praecedenti praelio Romanos iussu Imp. planitiem versus recessisse Cedrenus auctor est II. 680. B. Ubi legendum, *εἴκειν εἰς τοὐπίσω*, non *ἥκειν ε. τ.* quod habet cusum. Item C. lin. 2. Codd. fide scribe *εἴκοντας*, non *ἥκοντας*. *Προτροπάδην* vox est Agathiae 34. A.

Ibid. lin. 22. *Λέγεται δὲ*] Haec usque ad D. *τῶν ὀφθαλμῶν* Combefisius vertit ap. Pag. IV. 32, qui ultima mire sic habet: *et in eum modum equum ex virginis oculis evolasse*, credo quod legeret in Graeco: *καὶ οὕτω τὸν ἵππον ἀποπτῆναι*. In Codice manifesto est *ὕπνον*.

Pag. 155. *lin.* 7. *ἔξαιμος γεγονὼς καὶ καταβεληὶς*] Vide supra 5. B.

Ibid. lin. 21. *ἐπὶ τῷ*] Fortasse *ἐφ' ᾧ*, quod habet hoc sensu et ipse Leo 37. B. et Agathias 11. A. 65. D. 142. A. tametsi *ἐπὶ τῷ* Graece aeque dici posse constat. Vide Viger. De idiotism. edit. Hermann. 619. C.

Pag. 156. *lin.* 11. *ἐκ τῶν ἑξήκοντα χιλιάδων*] Nota in Codice et hic et supra 47. C. *χιλιαδῶν* scribi, item 7. C. *μυριαδῶν*, non sine aliqua auctoritate Codd. mss. Nam in editionibus quidem
P. 247 ubique *παροξυτόνως* legitur genitivus pluralis harum vocc.: *μυριάδων* Plutarchus Lucullo 519. E. Cicerone 864. D. 883. B. Galba 1060. E. Philo De agricult. 149. G. *χιλιάδων* Nicetas Paphlago In S. Andream Apost. 142. A. Ioannes Cyparissiota Transgressionibus palamiticis 25. C. sed in his ipsis locis Codd. quos inspexi, mire variant. Ita videant, qui interiores scrutantur et reconditas Graecas litteras, quid de accentu harum vocum in genitivo plurali statuendum sit: nam quantum sunt tenui auctoritate Codd. (vix antiquissimos excipio) ubi scriptiones per *ει*, *ι*, *η*, *οι*, *υ* in dubium vocantur, tantum pondus habent, si de genuina accentuum sede consulas. Voces *μυρίαι μυριάδες*, frequentissimae in hymnis sacris Graecorum, velut Liturgia S. Gregorii Alexandrina 100. A. Liturgia D. Marci 158. B. alibique passim, cum ab Euseb. Renaudoto, tum ab Ioanne a S. Andrea aliisque, modo redduntur *decies mille millena*, modo, ut Liturg. D. Marci 154. A. *decies millies centena millia*. Scribe ubique, *decies mil-*
B *lies dena millia:* nam *μυρίαι μυριάδες* conficiunt centum, ut vulgo loquimur, milliones. Mendo haud absimili apud Continuat. Constant. Porphyr. 37. B. *χιλιάδες δέκα* redditur *duodecim millium*: quo mendo versionis Latinae Le Beau, ut semper, *Histoire* etc. XIV. 374. C. in errorem inductus est. Obiter addamus Lexicis voces tres compositas cum *χίλιος*, undecim cum *μύριος*, nondum, ut mihi statuo, notatas: 1.) *Μυριάνθρωπος*, *in-*

numerorum hominum. S. Gregorius Nyss. Orat. de Meletio episc. II. 1026. C. *καταπυκνωθέντες ὁ μυριάνθρωπος δῆμος.* Valet idem quod *μυρίανδρος.* 2.) *Μυριοκέφαλος, innumeris capitibus.* S. Ioannes Climacus Scala Parad. 253. A. *τὸν παρόντα μυριοκέφαλον δαίμονα φιλαργυρίας.* Usitatius vocabulum *πολυκέφαλος* habent Lexica. 3.) *Μυριομακάριστος, infinite beatus.* S. Nilus Epistola CCLVI. ad Timotheum 246. B. *Μυριομακάριστοι μὲν ὑπάρχομεν, ὅταν.* — Substantivum occurrit apud S. Ioannem Chrysostomum Orat. V. in Epist. S. Pauli ad Rom. II. 35. 26. C *ἡ μυριομακαριότης, ἣν οὐ λόγος παραστῆσαι δύναται.* 4.) *Μυριονταπλάσιος, decies mille modis plus, infinite multiplicatus,* quasi dicas *decumilliplex:* pro quo *μυριοπλάσιος* Attici. Apud S. Epiphan. Adversus haeres. I. 739. C. *κἂν τε μυριανταπλάσιον ἐπάνω εἴη ὄνομα ἔχον·* et 815. B. *ὁ γὰρ Θεὸς ἐπέκεινα μυριανταπλάσιον παρὰ τὴν ψυχὴν, καὶ ἔτι περιττότερον, ἐστὶν ἀκατάληπτος,* per duplex *α* scribitur. Quod esse perperam, cum aliae eaeque iam vulgatae voces ostendunt *μυριοντάκις, μυριοντάρχης,* tum forma adverbii ab ipso S. Epiphanio usurpati, Ancorat. II. 12. A. *μυριονταπλασίως περὶ* [l. *παρὰ*] *τὸν ἡμέτερον νοῦν δεδόξασται.* Et in eodem, 51. C. *ἀπείρως καὶ μυριονταπλασίως.* Accedit Georgius Alexandriae episcopus Vita S. Chrysost. VIII. 196. 2. *ὄντως μυριονταπλασίονα ἀποτίσει σοι αὐτά.* Qua in forma terminationem *ίων* Georgius a S. Ioanne Chrysostomo est mutuatus, qui adiectivo *μυριοπλασίων,* Lexicis ignoto illo quoque, passim utitur. Velut Oratione XI. in Acta App. IV. 674. 29. *μυριο-* D *πλασίων ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις·* alibique saepe. 5.) *Μυριοπαθής, innumerabilibus passionibus obnoxius.* S. Basilius In Hexaëm. II. 237. A. *οὕτως ἀσυμφώνως πάλιν μυριοπαθεῖς ἡμᾶς ποιήσας.* 6.) *Μυριόπλαστος, varius, variegatus,* legitur, si lectio certa, in Oratione S. Ioanni Chrysost. ascripta, In illud, Si filius Dei es, proiice teips. deors. etc. VII. 305. 19. *τὰς μυριοπλάστους ταύτας ἐν αὐτῷ βασιλείας.* Sed vereor, ne id vocabulum atque adeo totus locus corrupta sint. 7.) *Μυριοπρόσωπον εἶδος, variegata species,* vidi apud Ioannem Monach. De poenitentia 106. D. ad calcem libri De poenitentia ab Ioann. Marino Parisiis 1631. fol. editi. 8.) *Μυριόσταχυς, mille spicas fundens.* Georgius Pisida De mundi opificio 48. C:

τὸν ὥσπερ ἐν τάφῳ
Φθαρέντα κόκκον μυριόσταχυν φέρει.

9.) *Μυριόστομος, innumeris oribus praeditus,* apud eundem, Ibid. P. 248 46. A:

Πυκνὴν φάλαγγα, μυριόστομον ξίφος.

10.) *Μυριότης, infinitas, multitudo innumerabilis,* Schneiderus vir immortalis Lexico 97. D. corruptam lectionem esse ait. Ac sane in scriptoribus vere Graecis aegre invenias. Apud Hellenistas occurrit, velut in Sapientia Salomonis XII. 22. 11.) *Mv-*

ριότροπος, *multis atque adeo infinitis modis*, adiectivum S. Gregorio Nysseno familiare. Homilia VIII. in Ecclesiast. I. 460. B. πῶς μυριότροπός ἐστι κατὰ τῆς σῆς πόλεως ἡ τοῦ ἀντικειμένου στρατηγία. Contra fatum 910. D. ἐν ταῖς μυριοτρόποις τῶν ἄστρων ἐπιπλοκαῖς. Adverbium μυριοτρόπως apud eundem Contra Eunom. II. 43. A. et 69. C. Voces cum verbo χίλιος compositas necdum in Lexica receptas tres animadvertisse mihi visus sum,
B quae sunt eiusmodi: 1.) Χιλιονταετὴς, i. q. χιλιέτης s. χιλιετὴς, *qui mille annorum est.* S. Iustinus Martyr Apolog. pro Christ. 57. B. αἰωνίαν κόλασιν κολασθησομένων, ἀλλ' οὐχὶ χιλιονταετῆ περίοδον. 2.) Χιλιονταετηρὶς, *spatium mille annorum, curriculum millenarium.* S. Epiphanius Advers. haer. 1031. A. χιλιονταετηρίδα τινὰ ἐπιτελοῦμεν. B. γέγραπται περὶ τῆς χιλιονταετηρίδος ταύτης. Item 1032. B. et S. Iustinus Martyr Dialogo cum Tryphone 307. B. 3.) Χιλιονταετία idem quod praecedens. Caius Adversus Proclum, apud Euseb. Hist. Eccl. 100. A. ἀριθμὸν χιλιονταετίας. Vocem χιλιόμβη, *sacrificium e mille animalibus*, iam habent alia Lexica. Summus vir Schneiderus attulit auctoritatem Iuliani Orat. ad Heraclium Cynic. I. 314. A. Utuntur praeterea S. Gregorius Nyssenus In Cant. Cant. I. 475. C. (ubi scribitur χιλιομβὴ, perperam, opinor.) Anonymus Vita S. Ioann. Chrys. VIII. 333. 18. S. Nilus De octo vitiosis cogitat. 49. B. nonnullique alii aetate inferiores.

C *Pag.* 157. *lin.* 8. Ἔσθὴς τούτῳ λευκὴ, οὐδέν τι τῶν ἑτέρων ὑπαλλάττουσα ἢ καθαρότητι] Inde emenda Priscum de Attila Hist. Goth. 67. A. ad quam Leonem respexisse dicas: λιτὴ δὲ αὐτῷ καὶ ἡ ἐσθὴς ἐτύγχανεν οὖσα, μηδὲν τῶν ἄλλων, πλὴν τοῦ καθαρὰ εἶναι, διαφυλάττουσα. Ubi legendum διαλλάττουσα.

Ibid. lin. 21. Ἰωάννης δὲ] Haec usque ad pag. 158. lin. 25. παρεσκεύασε Combefisius vertit apud Pag. IV. 33.

Pag. 158. *lin.* 13. ὑποθεὶς, *substratis*] Combefisius *subtractis*, mendo opinor operarum.

Ibid. lin. 20. τοῖς τε τῶν δαφνῶν κλάδοις] Cedrenus ipsum populum coronatum Imperatori obviam processisse auctor est II. 682. C. ὑπεδέξαντο στεφανηφοροῦντες. Sic enim legendum, Codd. quoque consentientibus, non στεφανηφοροῦντα.

Ibid. lin. 24. τὰ τῆς βασιλείας — παράσημα] Agathias 32. D.

IN LIBRUM X.

P. 249 *Pag.* 160. *lin.* 1. Θερείας δὲ ὥρας ἑνισταμένης] Complectitur is liber gesta annorum 973. et 974: nam silet Leo de initiis belli, obsidioneque Amidae a. 972. a Temelico Melehi, ut Armeni scribunt, suscepta, de qua v. *Détails de la première expédition des Chrétiens dans la Palestine, traduits de l' arménien*

français par F. Martin, in *Magasin Encyclopédique, Septembre* 1811. Cum annalib. Armeniis egregie consentit Abulpharajius Hist. Dynast. 315. B. qui Romanos ab ipso Domestico ductos, Domesticumque captum esse scribit. Ad annum sequentem 973. pertinent expeditio Mesopotamia Tzimiscae (Leo 99. C.) Basiliique Patriarchae depositio, de qua 100. D. ad annum 974. expeditio in Syriam, et cometae ortus (vide 104. A). Tzimiscem Constantinopoli obiisse die x. Ianuarii a. sequentis 975. ex Leone dilucide demonstrat Pagius Critic. IV. 37. A.

Pag. 162. *lin.* 2. *χρυσοστίκτοις ὑφάσμασιν*] *Χρυσόστικτος* B non est in Lexicis: Leo fortasse habet ex S. Clemente Alexandr. Paedag. 160. B. *χρυσόστικτοί τε καὶ χελώνης* [f. *χελώναις*] *πεποικιλμέναι κοίτης κλισιάδες. Χρυσοστιγὴς*, aeque Lexicis ignotum, legitur apud S. Epiph. De duodecim gemm. II. 227. C.

Ibid. lin. 24. *μήτε ὕδωρ βλυστάνουσα*] Verbum *βλυστάνω*, in Lexicis item praetermissum, occurrit in S. Ioannis Chrysost. (cui certe vulgo tribuitur) Orat. IV. De ieiun. VI. 935. 28. phrasi, unde fortasse Leo sumsit: *Αἱ τῶν ὑδάτων πηγαὶ, ἀντλούμεναι, καθαρώτερον τὸ ὕδωρ βλυστάνουσιν.* Nam perperam legere nonnulli volunt *βλύζουσιν.* Item Orat. in turtur. VII. 266. 14. *ἐν μέσῳ τῆς καρδίας βλυστάνων φιλόχριστα νάματα.* Inveni praeterea substantivum peraeque Lexicis ignotum, *ἡ βλύσις τῆς ζωῆς, fons vitae*, in Theophylacti Bulgariae archiepisc. Comment. inedito in Psalm. ad verba, *παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς*, Psalm XXXVI. 9. vel C (alii enim aliter numerant) XXXV. 10. A verbo *βλύζω* deduci *βλύδιον, ius*, atque inde *brodium* Latinorum, Salmasius autumat ad Hist. Aug. 412. A. Ubi Leo *βλυστάνω*, ibi Agathias usurpat *ἀναβλύζω*, 126. B.

Pag. 163. *lin.* 9. *Τηνικαῦτα καὶ*] Quae sequuntur a Combefisio versa sunt IV. 37.

Ibid. lin. 22. *καὶ ταύτῃ μὴ ἀπεκδυόμενος*] Sic cum dativo construit Leo, mire sane: accusativo iungunt S. Paulus Epistola ad Coloss. II. 15. III. 9. Iosephus Antiq. Iud. 204. D. S. Gregorius Nyss. De virginit. II. 583. D. S. Basilius Epist. LXXXII. ad Patrophilum II. 908. C. Origenes Homilia IX. in Ierem. 106. B. De vi et constructione verbi multa collegit vir reverendus Ioann. Fr. Schleusnerus Lexico in Nov. Test. I. 255. C.

Pag. 164. *lin.* 3. *τὰς ἀναγωγὰς καὶ ἀναστροφὰς τῶν ἀνδρῶν*] Si utcunque *ἀναγωγὴ* tueri velis, melius, opinor, fuisset vertere, *in disciplinis et conversationibus:* nam *ἀναγωγὴ* interdum pro *disciplina* sumi notum est, *ἀναγωγεὺς* pro *eductor*, sensu etiam physico, *qui sursum tollit.* Nihilominus malim legere *τὰς ἀγωγὰς, rationibus, institutis:* hoc enim valere *ἀγωγὴ*, scriptt. Chri- D stianis copiose docent apud Suicer. Thesaur. Eccles. I. 72. D. et Schleusner. Lex. in Nov. Test. I. 38. B. congesta exempla, quae facile esset augere infinite: confer quae erudite disputant de hac

voce Bouhier *Explication de quelques marbres antiques* etc. 36. et praecipue Wesselingius Diatribe de Iudaeorum archontibus ad inscript. Berenicensem 13. A. Eadem vox, ut unum locum e multis commemorem, occurrit Canonib. Concil. Quinisexti III. 1697. B. ὅπως τε τῇ ἐν τῷ μεταξὺ προνοεῖται ἀναστροφῇ. Vertit Gentianus Hervetus, *quomodo eius quae intercedit vitae rationis conversionisque curam gerat.* Praetulerim genitivum, τῆς ἀναστροφῆς, cum interpretatione hac: *quam providenter curet eam vivendi rationem, quae* (inter admissum peccatum et actam poenitentiam) *intercedit.* Eadem est significatio verbi ἀναστρέφεσθαι, *versari.* Quo sensu S. Ioann. Chrysost. Homil. LVIII. in S. Matth. I. 624. E. ait, ἀναστρεφομένων αὐτῶν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ· nam idem paulo post 626. C. ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ διατριβόντων, *illis in Galilaea commorantibus:* quanquam illud alii aliter expo-
P. 250 suerunt. Nota praeterea significationem rariorem vocis ἀγωγή, *vices.* S. Ioann. Chrysost. Homil. LXXXVI. in S. Matth.[1] I. 889. C. καθ' ἑκάστην ἀγωγὴν καὶ τρίτον καὶ τέταρτον εἴωθε φωνεῖν ὁ ἀλεκτρυών, *quavis vice.* Et paulo post D. πρὶν ἢ γὰρ τὴν μίαν ἀγωγὴν ἀπαρτίσαι τὸν ἀλεκτρυόνα, *antequam unam cantandi vicem gallus absolvisset*, ut vertit Anianus. Item Euthymius Zigabenus Panoplia Dogmatica 430. C. τρίτῃ ἀγωγῇ εἰς τὴν πόλιν ἐπανελθόντα. Etenim non necesse arbitror, ut legamus in his locis ἀναγωγήν, quod caeteroqui saepe respondet *repetitioni* Latinorum.

Pag. 165. *lin.* 3. Κατὰ τοῦτον δὴ τὸν καιρὸν] Si pronomen τοῦτον demis, duo fere notat locutio κατὰ καιρόν. Primo, quando, retenta in καιρὸς significatione *opportunitatis*, idem est quod ἐν καιρῷ, *tempestive, ex tempore.* Quo sensu adhibent, praesertim praefixa particula μὴ, Theophrastus Hist. plant. 98. C. ἐὰν μὴ κατὰ καιρὸν τὰ πνεύματα — γένηται· De causis plantar. 273. D. τὰς μὴ κατὰ καιρὸν βλαστήσεις· 339. A. ἂν μὴ κατὰ καιρὸν τὰ πνεύματα — γένηται· 347. B. ἢ ἰσχυρότερα, ἢ μὴ κατὰ καιρόν· C. ἐὰν δή τις
B μὴ κατὰ καιρὸν — χρήσηται· aliique multi. Deinde, quando dicimus, ὁ κατὰ καιρόν, v. c. στρατηγὸς, *qui tempore illo* vel *fuit*, vel *erit*, *praetor.* Nam usurpatur et de praeterito tempore, et de futuro. De praeterito a Cyrillo Scythopolitano Vita S. Sabae III. 303. C. οἱ κατὰ καιρὸν πρακτευταὶ [l. τρακτευταί· vid. Ducang. Glossar. sub h. v.] καὶ βίνδικες τῶν κατὰ Παλαιστίνην δημοσίων — ἠναγκάσθησαν κ. τ. λ. *qui pro tempore exactores et vindices fuerunt publicorum Palaestinae tributorum.* De futuro Sultanus Aegypti Epist. apud Cantacuzen. III. Hist. 757. D. οἱ κατὰ καιροὺς ἐχόμενοι [l. ἐρχόμενοι] εἰς τὴν προσκύνησιν τὴν ἁγίας ἀναστάσεως, De praeterito simul et futuro Epist. Gregorii Papae ad Leonem Isaur. Imp. Act. Conc. IV. 11. C. οἱ ἀρχιερεῖς, οἱ κατὰ καιρὸν ἐν Ῥώμῃ διὰ τὴν εἰρήνην καθέζονται· ubi men-
C dum corrigendum in versione Latina. Quem locutionis κατὰ καιρὸν sensum, in inscriptionibus Latinis quoque saepe obvium, ubi

dicitur, *qui per tempora fuerint* (vid. Inscriptt. antiq. Basilicae S. Pauli Tab. XVIII. A.), sed hunc sensum minus bene percepisse Kusterum arbitror Suid. I. 16. C. ubi haec de Agathia, ὧν [f. ὃν] αὐτὸς συνῆξεν ἐκ τῶν κατὰ καιρὸν ποιητῶν, sic reddit: *quae ipse ex recentioribus poetis collegit.* Malim, *quae ipse collegit ex poetis, qui singulis aetatibus,* sive *temporibus, floruerunt.* Neque felicius Montefalconius apud Cosmam Indicopleust. Topographia Christian. II. 293. haec de Deo: ὅστις καὶ νόμους ἡμῖν δέδωκε, κατὰ καιροὺς ὀπτανόμενος, πρὸς βοήθειαν τῆς ἡμετέρας ἀσθενείας, *qui quodam tempore visus, ad infirmitatis nostrae auxilium leges nobis tradidit:* sensus est, *qui variis temporibus apparens leges nobis dedit ad nostrae infirmitatis auxilium:* id quod Cosmas ait 294. A. κατὰ καιρὸν ὀπτανόμενος, πρὸς τὰς παρακειμένας χρείας· ubi recte interpres: *vario tempore pro instantibus necessitatibus visus.* In Concilio Trullano quoque seu Quinisexto III. 1647. D. τοὺς ἐκ Ῥώμης κατὰ καιροὺς ἀποσταλέντας, vetus versio omnino non illum expressit sensum. D

Ibid. ead. lin. δίδυμοι ἄνδρες] Simile fere monstrum Emmaunte in Palaestina exstitisse Theophanes auctor est Chronograph. 60. A. Alios portentosos partus, geminis in unum concretis, enumerant Leo Grammatic. Chronograph. 508. C. Zonaras II. 192. A. Michaël Glycas 301. D.

Ibid. lin. 17. αὖθις τοῦ ἥρος ἀναλάμψαντος] De hac expeditione Syriaca, a. 974. suscepta, vide ipsius Tzimiscae laureatas plenas rerum, ad Achod Schahin Armeniae regem datas, in *Détails de la prem. expéd. des Chrétiens dans la Palestine, traduits de l' arm. en français par F. Martin,* in *Magas. Encyclop. Septembr.* 1811. p. 22 — 34. operaeque pretium erit, singula capita epistolae cum narratione Leonis conferre.

Ibid. lin. 20. προφητικῶς εἰπεῖν] Quemadmodum προφῆται apud scriptores ecclesiasticos non solum sunt *prophetae,* sed etiam *doctores* quilibet *rerum sacrarum* (vide Suicer. Thes. Eccles. II. 872. A.), ita προφητικῶς εἰπεῖν vel προφητικῶς φάναι nonnunquam vertendum est, *ut cum divinis doctoribus loquar,* P. 251 loco ex S. Scriptura generatim, non ex propheta aliquo, allato. Gregorius Presbyter Vita S. Gregorii Nazianz. I. CXXX. C. τῶν προφητικῶν ἀξίους φωνῶν· subiuncto loco e Psalmo XLV. Anonymus Vita S. Bacchi iunioris 96. C. ἐκλεξάμενοι, προφητικῶς εἰπεῖν, παραῤῥιπτεῖσθαι ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ μᾶλλον κ. τ. λ. qui locus item exstat in Psalm. LXXXIII. 11. Simeon Metaphrastes Vita S. Ignat. Antioch. 143. B. Καὶ ἐπάταξε Κύριος τὸν λαὸν, προφητικῶς εἰπεῖν, περὶ τῆς ἀναιρέσεως τοῦ δικαίου· verba, ad quae alludit, sunt Exod. XXXII. 35. Item legitur προφητικῶς in Eusebio Contra Marcell. 43. A. 49. D. 82. A. apud aliosque complures, ubi verba, quae afferuntur, apud Prophetas proprie sic dictos non exstant. Interdum tamen intelliguntur ipsi prophetae. Velut apud Gre-

gorium Presbyt. Vita S. Gregorii Nazianz. I. cxliij. A. *προφητικῶς εἰπεῖν*· alluditur ad Iesaiam xxx. 17. Vel Concilio Oecumen. septimo in refutatione definitionis Iconoclast. IV. 328. E. *προφη-*
B *τικῶς φάναι, ἀναμέσον ἁγίου καὶ βεβήλου οὐ διέστειλαν.* Ubi praeterea vertendum non, *ut prophetice fateamur*, quod dedit vetus interpres, non animadvertens esse locum Scripturae sacrae, sed: *ut prophetae* [Ezechielis xxii. 26.] *verbis utamur.*

Ibid. lin. 21. *Ἐνταῦθα φρουρίῳ προσβάλλει*] Ista, usque ad verba *ἐκ βάθρων ἀνήγειρεν*, ante Bandur. Imperio Oriental. II. 481. B., apud quem *Συρᾷ* legitur et *Μεμπετζέ*, iam Ducangius vulgaverat Nott. in Zonarae Annal. II. 107. D. non sine minutis mendis, quae tamen tanti non sunt, ut sigillatim exagites. Ad hanc expeditionem Syriacam Tzimiscae, a. 974. susceptam, Elmacinus Hist. Sarac. 233. C. perperam refert expugnationem Antiochiae, factam a Burza a. 969: vide supra 49. D. et 221. A.

Pag. 166. *lin.* 18. *Ἐντεῦθεν ἀπάρας*] Haec usque ad finem capitis V, *ὥς μοι ἤδη δεδήλωται*, 103. D, et utraque lingua apud Bandurium II. 480. B. et Graece duntaxat in Ducangii Nott. in Zonar. II. 103. C. Sed ibi, ut alia minuta menda taceam, verba
C *τὴν εἰκόνα*, quae leguntur in hac ed. pag. 167. lin. 4. una cum linea 5. integra non sine aliquo perspicuitatis detrimento omissa sunt, opinor quod voces repetitae *παραλιπεῖν* et *παρειληφέναι* Ducangii describentis oculos turbarent.

Pag. 167. *lin.* 6. *τὸν δὲ τῶν ὁμοθρήσκων*] Ducangius *τῶν δὲ τῶν*, male.

Ibid. lin. 7. *πρὸς ἐνώπια*] Vocem Homericam *ἐνώπιον* (Iliad. *Θ.* 435. *N.* 261. Odyss. *Δ.* 42. *X.* 121. vide Heynium virum immortal. Obss. ad Iliad. v. 491. B.) non intellexit Banduri, sic vertens, *coniectis oculis in ea, quae a fronte sibi obiecta erant.*

Ibid. lin. 8. *ἀνατεθειμένην*] Ducangius *ἀνατεθριμμένην* [sic].

Ibid. lin. 19. *ἀποτρίψασθαι*] Ducang. *ἀποτρέψασθαι.*

Ibid. lin. 20. *προσβολῇ*] Ducang. *προβολῇ*, et paulo post, D. lin. 3. *τοὺς δὲ δυσμενεῖς*· item lin. 5. *εἰσπηδῆσαί τε τῶν Ἑβραίων ἐστίαν.* Quae sequuntur omittit, usque ad verba, *καὶ τ. μεγαλοπρεπῶς*· quae item ex Codice restituenda.

D *Pag.* 166. *lin.* 5. *πολιορκεῖν ἐξ ἐπιδρομῆς*] Dictio ex Agathia 50. A.

Ibid. lin. 9. *εὐχείμερον*] Occurrit *εὐχείμερος* hoc fere sensu apud Arist. De rep. II. 438. A. quanquam vocem eam eiicere inde volebat Muretus Variis lectt. in Thesaur. crit. Gruter. II. 1125. B.

Ibid. lin. 20. *ἐφ' ὅλαις ἡμέραις ἐπεποίητο τὴν ἐπιτολὴν ὀγδοήκοντα*] Cedrenus II. 683. B. visum esse ait a mense Augusto ind. III. *ἕως Ὀκτωβρίου μηνὸς τῆς τετάρτης ἰνδίκτου.* Sic enim demonstrant Codd. legendum esse, non *ἕως ὀκτὼ μηνῶν τ. τ. ἰ.* quod est in cuso.

Pag. 170. *lin.* 4. *κατὰ τὴν Παγκάλειαν παρετάξατο*] De

hac rebellione Bardae Scleri, quae fere ab obitu Tzimiscae a. 976. ad a. 981. perduravit (quo anno incipiunt Basilii Imp. expeditiones contra Bulgaros), vide Cedren. II. 692. D. Pagi Crit. ad Ann. Baron. IV. 38. A. et 45. A. Le Beau *Histoire du Bas - Emp.* XVI. 230. A.

Pag. 171. *lin.* 3. *ἠπείγετο κατὰ τῶν Μυσῶν*] De infelice hac expeditione Basilii contra Bulgaros a. 981. suscepta cf. Cedren. II. 695. B.

Ibid. lin. 13. *τῇ κακοπραγίᾳ τῶν στρατηγῶν*] Habet vox *κακοπραγία* apud Graecos significationes tres, quas cum neque Sui- P. 252
cerus neque ullus alius, quod sciam, distinxerit, hic paulo copiosius expediam. Prima, de qua sola adhuc Lexicographi egerunt, est, *miseria, res adversae,* quo sensu boni scriptores multi vocem usurpaverunt: Iosephus Antiq. Iud. 43. C. 54. A. 103. C. 112. C. 460. F. De bello Iud. 743. D. 847. C. 856. D. 858. D. 975. C. Plutarchus Coriolan. 230. E. Lysandr. 434. D. Demetrio 914. B. M. Anton. 923. B. Eusebius Praepar. Evang. 386. D. Philistus apud S. Clement. Alex. Strom. 260. D. Artemidorus Onirocrit. 234. C. S. Basilius Epist. CCLVII. ad Eusebium Samosaten. II. 1028. S. Gregorius Nyssen. Orat. contra fornicarios III. 262. A. S. Ioannes Chrys. Orat. XXX. de ascensione Domini VII. 331. 27. S. Isidorus Pelusiota lib. V. Epist. LXIX. 19. C. et, qui in primis ea voce delectatur, Philo De Cherubim 87. F. G. De sacrificiis Abelis et Caini 116. F. Quod deterius potiori insidiari soleat 140. G. De agricultura 154. E. 163. B. Quod Deus sit immutabilis 234. E. De confusione B
linguarum 251. D. De Abrahamo 281. E. 300. G. De migratione Abrahami 327. B. De congressu quaerendae eruditionis grat. 333. G. De Ioseph. 425. G. 431. E. 434. F. De somniis 450. G. De vita Mos. 524. D. De creatione principis 563. G. De decalogo 579. A. De specialibus legg. 619. B. De mercede meretricis non accipienda 668. C. De praemiis et poen. 714. A. De execratione 723. D. 725. G. In Flacc. 750. F. 760. C. 763. D. 765. C. G. 767. A. Altera significatione apud scriptores Christianos aut Iudaeos: *actio reprehendenda*, *peccatum*, idque modo generaliter, quod aiunt, modo speciatim. Iosephus Antiq. Iud. 14. A. *ἐπὶ λανθανούσῃ κακοπραγίᾳ.* S. Clemens Alexand. Strom. 738. A. *πᾶσα μὲν οὖν ἡ διὰ τοῦ ἐπιστήμονος πρᾶξις, εὐπραγία· ἡ δὲ διὰ τοῦ ἀνεπιστήμονος, κακοπραγία.* S. Gregentius Tephrensis Disputat. cum Herbano Iudaeo 124. A. *ὁ νοῦς καὶ ἡ καρδία* [nempe, *corrumpuntur*] *ὑπὸ ἀλλοτρίων κακαπραγιῶν.* Palladius Vita S. Ioann. Chrysost. 59. B. *ἀναδιδάξαι τὰς αὐτοῦ κακοπραγίας.* Speciatim videtur significare *peccatum interius,* hoc est, pravam operationem in mente C
nostra. Ita S. Marcus Eremita De baptismo I. 921. C. fieri non posse scribit, ut *ἐκτὸς ἡμετέρας κακοπραγίας* prolixe confabulemur cum eo, quem ex intimo corde oderimus. Sumitur quoque pro corporum commixtionibus vetitis. S. Epiphanius Adversus

haeres. I. 98. B. *τὰ αἰσχρὰ ἀποκαλύπτων τῶν τὰς κακοπραγίας ἐργαζομένων.* Et 522. B. *τὴν τῆς κακοπραγίας ἐργασίαν.* Tertia significatio, qua Leo quoque utitur in loco nostro, est, *malignitas, pravitas,* ut iam non sit actus, sed habitus. Quo sensu videtur vox hellenistica. Legitur sic certe Sapientia Salomonis v. 24. *καὶ ἡ κακοπραγία περιτρέψαι θρόνους δυναστῶν.* Versio vulgata: *et malignitas evertet sedes potentium.* Artemidorus Onirocr. 239. A. *θεῶν πανουργίαν ἢ κακοπραγίαν.* Iosephus Antiq. Iud. 667. E. de Caio Caesare: *σκαιός τε καὶ κακοπραγίας εἰς*
D *τὸ ἄκρον ἀφιγμένος.* Vita S. Nili iunioris 104. C. *πᾶσι κοινὸν τὸ τῆς κακοπραγίας ἀβούλευμα.* Neque fere dubito quin ita intelligendus sit anonymus in Martyrio SS. Eustathii, Theopistes ac liberorum 24. B. qui S. Eustathium sic in precibus conquerentem facit: *τὰ γὰρ ἄθλια νήπια εὖ οἶδα ὅτι διὰ τὴν ἐμὴν κακοπραγίαν* [*ob pravitatem meam*] *θηριάλωτα γεγόνασι.* Combefisius minus bene, *quae mea est misera sors.*

Pag. 172. *lin.* 8. *Τεκμήριον τοῦτο σαφὲς*] Proposui in margine *τούτου.* Sed Leonem fortasse in errorem impulit studium imitandi Agathiam 48. D. et 133. C.

Ibid. lin. 10. *αὐθημερὸν*] De prosodia huius vocis si quis quaerat, analogia videtur tueri in adverbio scripturam *αὐθημερόν*· sicque habent et Cod. noster et scriptores plerique (velut unus Plutarchus Poplic. 108. E. Fab. Max. 179. F. Paulo Aemil. 268. C. Aristid. 321. C. 331. E. Pyrrho 389. F. Agide et Cleom. 811. A. Dione 959. C. Stoicos absurdiora dicere quam poëtas 1058. B. Leo grammat. De expugnat. Syrac. supra 180. A. item Thucydides, Aristophanes, Iosephus, Eusebius, Agathias, unde opinor
P. 253 Leo sumsit 15. D. 42. B. 84. C. 100. D. 125. C. 169. C. 171. A. aliique prope innumeri) et Lexicographi maiore ex parte. Contra *αὐθήμερον* S. Antiochus De iracund. I. 1065. B. De inobedientia 1088. C. Achmetes Onirocr. 112. D. (sed 275. A. *αὐθημερόν*). Eustathius Antiochenus De anima et contra Arianos, apud Eustratium Presbyterum De operatione animar. post mortem 499. A. Theodorus Studita De sancta cruce 290. B. Hedericus Lexico manual. (edit. certe a. 1767. 8.) 374. B. Apud LXX. interpretes, quando respondet hebraico בְּיוֹם, *eo ipso die,* acuitur, velut Proverb. XII. 17: quando valet בְּיוֹמוֹ, *die suo,* i. e. die pacta et constituta, ut Proverb. XII. 16, scribitur *προπαροξυτόνως.* Quem disparilem acuendi rationem secundum diversitatem significationis tum Clementem Alex. retinuisse video Strom. 397. B. tum multos eorum, quos memini: nec tamen omnes. Quapropter, quod temere fortasse evenit, ut stabile praeceptum
B obtrudere hic nolim.

Ibid. lin. 17. *τὰ αὐτῷ διαφέροντα*] Mirum, ut huius verbi vis fugerit interpretes caeteroquin non indoctos. Notum est Graece dici *διαφέρει μοι τοῦτο, hoc ad me pertinet.* Inde accidit, ut,

quemadmodum senescente latinitate locutio, *res ad me pertinet*, synonyma facta est illi, *res mihi est propria* (unde verba barbara *appertinere* et *appartenire*), eodem modo apud Graecos sequioris aetatis τοῦτό μοι διαφέρει significet, *hoc meum est.* Apud Palladium Vita S. Ioannis Chrysost. 81. C. episcopus Imperatori dicit, ἡ γὰρ πόλις σοι διαφέρει, *civ. tibi est*, h. e. *tu es civitatis dominus.* S. Isidorus Pelusiota Epist. ccxci. ad Titianum, 104. C. τὸ οὖς τοῦ οἰκέτου ἀπέτεμε, τοῦ τῷ ἱερεῖ διαφέροντος, *qui ad sacerdotem attinebat*, vertit Iacobus Billius. Horapollo Hieroglyphicis 18. B. ἡ μονόκερως καὶ ἰδιόμορφος, ἣν Ἑρμῇ διαφέρειν ἐνόμισαν. Mercerus non male, *Mercurio sacrum esse.* Item bene interpres Concilii Oecum. sexti, III. 1297. B. ἐν ἑνὶ μετάτῳ, διαφέροντι τῇ μονῇ Χρυσοπόλεως· *in uno metato, iuris monasterii Christopoleos:* quanquam error sit in novissima voce. Contra pessime Godefridus Tilmannus in S. Antiocho Homil. lxvi. de veritate I. 1127. D. τὸ γὰρ ψεῦμα τῷ δυσμενεῖ διαφέρει, *mendacium hosti* [*hominum*, h. e. Diabolo] *proprium est*, sic vertit: *nihil enim ab hoste humanae salutis differt mendacium.* Nec rectius vetustus interpres supplicationis clericorum et monachorum Antiochiae in Concilio Cptano sub Mena II. 1320. C. in phrasi, illi Leonis non absimili: τὰ διαφέροντα αὐτῇ [ecclesiae] σκορπίζων, *ea, quae ipsi Ecclesiae conferunt, dissipando.* Scribe, *bona eius.* Melius interpres assecutus sensum est Actione tertia Concilii eiusd. II. 1241. C. παρεγενόμεθα καὶ ἐν τῷ προαστείῳ τῷ διαφέροντι τῷ αὐτῷ Πέτρῳ, *ivimus ad suburbanum, quod pertinet ipsi Petro:* nisi quod pronomen αὐτὸς, *ipse*, cum ὁ αὐτὸς, *idem*, male confuderit, Romanaeque aures *pertinere alicui* aegre ferre possint. Ita inferius quoque 1241. D. ἐν προαστείοις διαφέρουσιν αὐτῷ τε Ἀνθίμῳ καὶ Πέτρῳ, *in suburbiis pertinentibus ipsi Anthimo et Petro*, scribere saltem oportebat *ad Anthimum et Petr.* Sed apud Stephanum Byzant. De urbibus 78. B. νῆσος διαφέρουσα μὲν τῷ πανευφήμῳ πατρικίῳ, *insula propria illustri patricio*, Berkelius tantum non ridicule vertit, *insula quaedam est eximia apud celeberrimum patricium.* Et in Theophylacto Bulgariae Archiepisc. Epist. xxvii. ad Michaël. Chalcedon. viii. 848. D. ἐνορία τίς ἐστι, τῇ καθ' ἡμῶν ἀρχιεπισκοπῇ διαφέρουσα· interpres Latinus Vincentius Marinerius: *Est quidam loci terminus, a nostro archiepiscopatu diversus.* Verte, *n. archiepiscopatui proprius.* Item Epist. xxxiii. ad Ioannem Grammat. VIII. 864. C. χωρίον τῇ καθ' ἡμᾶς ἐκκλησίᾳ διαφέρον, περὶ τὸν Βαρδάριον διακείμενον. Interpres, *locus a nostra ecclesia diversus.* Emenda ut supra, *l. eccl. nostrae proprius.* Possim, si liberet, pluribus exemplis lapsus eruditorum, huius quoque aetatis, in eadem voce patefacere. Ne longus fiam, illud duntaxat addam, primo, dici non alio sensu οἱ διαφέροντες, *nos proches, die Angehörigen, propinqui.* Artemidorus Oniroer.

149. A. *συνέβη τοὺς πλείονας τῶν διαφερόντων τοῦ θεασαμένου τὸ ὄναρ νοσῆσαι.* Deinde, vetustum esse illum usum verbi *διαφέρω*, aut certe primis saeculis religionis nostrae non incognitum, testari inscriptiones duas a Iac. Gronovio relatas Memoria Cossoniana 144. B. Alteram No. XVI: P. 254

ΤΟΥΤΟ. ΤΟ. ΑΝΓΕΙΟΝ. ΔΙΑΦΕΡΕΙ. ΑΥΡ. ΘΕΟΚΤΙΣΤΩ. ΜΑΡΚΕΛΛΟΥ.

Hic loculus est Aurelio Theoctisto, Marcelli F.

Alteram *ibid.* No. XVII. in qua, voce penultima, legendum videtur *ΑΥΤΟΥ:*

ΑΥΤΗ. Η. ΣΟΡΟΣ. ΔΙΑΦΕΡΕΙ ΠΟΛΥΚΑΡΠΩ. ΥΠΟΔΙΑΚΟΝΩ. ΚΑΙ. ΤΗ ΓΥΝΑΙΚΙ. ΗΟΥ. ΠΑΛΛΑΔΙΑ.

Haec arca est Polycarpo subdiacono, et uxori eius Palladiae.

Inscriptionem secundam Christianam esse patet, priorem credendum est. Positas opinor saeculo secundo, aut tertio.

Pag. 174. *lin.* 17. *γνωματεύων ὅτῳ τρόπῳ*] Scripsi *meditans:* fortasse paulo magis ad sensum Leonis fuisset, vertere hic et 5. C. *explorans:* apud Agathiam certe *γνωματεύω* est hac no- B tione 25. C. *γνωματεύσοντας ἐς τὸ ἀκριβὲς τὰ βουλεύματα τῶν πολεμίων.* Apud eundem 20. D. et 119. C. vertitur *perpendens:* 116. A. *pensitans.*

Pag. 175. *lin.* 10. *τῆς Χερσῶνος ἅλωσιν*] Haec est illa Chersonis a Wladimiro Magno occupatio, quam Nestor Annal. 105. B. version. Scher. a. Christi 988. accidisse auctor est. Ad illustrandas res temporum illorum pertinent fortasse epistolaene dicam an commentarii fragmenta, servata in Cod. saec. x. exeuntis, S. Basilii, Phalaridis, S. Gregorii Nazianzeni epistolas varias continente. In hoc igitur Codice, qui fuit Bibliothecae Regiae, possessor, qui et legationem circa Danaprim (vide infra 254. D.) obivit, et oppido praefuit (257. D.), litteris minutis perplexisque admodum, nec multo quam Cod. ipse recentioribus folia duo vacua illevit, multis verbis mutatis, inductis, superscriptis, ut dubitare non queas, eum hunc Cod., ut est exiguae molis, in expeditionibus secum portasse, pagellisque eius vacuis ad episto- C las commentariosque meditandos esse usum. Dabo fragmenta quo ordine sunt in Cod.: tametsi legationem, de qua statim, non nisi post bellum (vide alterum fragmentum 256. D.) accidisse facile dicas. Prius sic incipit imperfecte, de Danapris traiectu, glacierum fragmentis lintres transmittentium infestantis: .. *δυσχερῶς κατήγετο, καίτοι μὴ πλείους τριῶν ἀνδρῶν ἑκάστου σφῶν δεχομένου· οὕτω πάνυ φαυλότατα ἦν. Ἀλλ' οὐδὲ ταῦτα ὅμως χώραν εἶχε παρὰ τῷ ῥεύματι· πολλὰ γὰρ αὐτῶν ἐπὶ μεγίστοις πάγοις δυσὶ συνηράσσετο καὶ ξυνέπιπτε· καὶ ὁσαχοῦ τοῦτο ξυμβαίη, ἐκπηδῶντες**)

*) *ἐκπηδόντες* Cod.

τοῦ πλοίου οἱ ἐν αὐτῷ *) τῷ πάγῳ καθῆντο, καὶ ὡς ἐφ' ὁλκάδος ἐφέροντο. Ἔνια δὲ αὐτῶν καὶ κατέῤῥαξεν ὑποβρύχια· οὕτως ἄρα D
χαλεπαίνων ὁ Δάναπρις ἐτύγχανεν. Ἡμεῖς δὲ αὐτοῦ χαλεπώτερον καὶ ἐπὶ πλεῖστον προσεδεχόμεθα, καὶ ἦμεν ὥσπερ ὀργιζόμενοι κατ' αὐτοῦ, τῷ μὴ πεπῆχθαι. Καὶ οὐ πολλάς πω ὕστερον ἡμέρας τὸ ὕδωρ ἁπανταχῆ πέπηκτο, καὶ ἐπὶ μέγα ἦν ἰσχυρόν· ὡς καὶ πεζῇ καὶ ἵπποις ἀφόβως ἰέναι κατὰ τοῦ ῥεύματος, καὶ ἀγῶνας ὡς ἐπὶ πεδίων ἀνδρικῶς ἀγωνίζεσθαι. Καὶ καθάπερ τις θαυματοποιῶν ὁ Δάναπρις ἐδέδεικτο, βαρὺς μὲν καὶ χαλεπὸς τὸ πρὶν αἰωρούμενος **), καὶ μονονουχὶ τοὺς εἰς αὐτὸν ὁρῶντας πάντας φοβῶν· μετὰ δὲ μικρὸν ἀνεῖναί τε, καὶ τοσοῦτον μαλακισθῆναι, ὡς ὑφ' ἁπάντων παίζεσθαί τε καὶ καταπεπατῆσθαι, ὑπόγειός τις ὡσπερεὶ δεικνύμε- P. 255
νος, ὑπὸ κατάδυσίν τινα ἑαυτὸν καθιδρύσας. Οὐ γὰρ ὕδασιν οὕτω νάουσιν ἐῴκει τὰ ῥεύματα, ἀλλ' ὄρη σκληρά ***) τινα καὶ λιθώδη μᾶλλον ἐδέδεικτο. Τί γὰρ ἴσον ἢ ἐοικὸς τὸ καταφερόμενον ἐκεῖνο καὶ ὕδατι; (B.) Ὅθεν ἡμῖν τὸ κατηφὲς εἰς χαρὰν μεταβέβλητο· καὶ χεῖρας ἀνακροτήσαντες ἱκανῶς προσίεμεν, κατὰ πέλαγος ἱππασάμενοι. Ἀκωλύτως τε διαβάντες καὶ κατὰ τὴν κώμην γενόμενοι τὴν Βοριῶν, πρὸς εὐωχίαν ἐτράπημεν καὶ ἵππων ἐπιμέλειαν, ἠπο- B
ρημένων καὶ αὐτῶν καὶ καταπεπονημένων ὡς πλεῖστον. Κἀκεῖ ἡμέρας ὅσον ἀναλαβεῖν ἑαυτοὺς διατρίψαντες, ὡς πρὸς τὸ Μαυρόκαστρον χωρεῖν ἠπειγόμεθα. Ὡς δ' ἕτοιμα ἦν ἡμῖν τότε πάντα, καὶ ἐμποδὼν ὑπῆρχεν οὐδέν, περὶ μέσας νύκτας αὐτὰς (ὅτε καὶ προϊαίτερον ἡμᾶς ἐξορμῆσαι ἐχρῆν), ἄρκτου τότε βαρύτατον πνεύσαντος, καὶ χειμῶνος παντὸς μᾶλλον χαλεπωτάτου καταῤῥαγέντος, ὡς ἀβάτους μὲν τὰς διόδους οἴεσθαι, μηδένα δὲ ὑπαίθριον ζῆν, σχεδὸν δὲ ἀδύνατον εἶναι τὸν μὴ στέγῃ σωζόμενον περιεῖναι, δεί- C
σαντες ἀναπεπαῦσθαι καὶ ἠρεμεῖν ἔγνωμεν αὐτοῦ· ἐμοῦ τοῦτο τοῖς συσσίτοις εἰπόντος, ὡς οὐ δεῖ τῆς οἰκίας ὁπωσοῦν ἐξιέναι, οὐδὲ ἀποκοίτους ἡμᾶς ἐνθένδε γενέσθαι· τοῦ πρώτου τῶν ἄστρων ἑσπέριον φάσιν ἤδη ποιοῦντος, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνον μετατρεπομένου τοῦ περιέχοντος (Κρόνου δὴ καλουμένου ****)). Καὶ γὰρ ἔτυχε περὶ τὰς ἀρχὰς αὐτὸς διϊὼν ὑδροχόου, ἡλίου κατὰ τὰ χειμερινὰ διατρέχοντος. Ὁ μὲν οὖν χειμὼν ἀρξάμενος ἀεὶ προὔβαινε χαλεπώτερος, καὶ ξυνέβη τὰ πρότερον ἡμῖν δόξαντα φοβερὰ παιδιαὶ καθάπαξ πρὸς τὰ μετὰ ταῦτα δοκεῖν· οὕτως ἄρα λαμπρῶς ὁ χειμὼν διέσχε πανταχῆ. Ἡμέρας δὲ διατρίψαντες ἱκανὰς, μόλις ὀψέ ποτε καὶ D
τῆς πρὸς τὰ οἰκεῖα μνήμης τις ἐπανόδου εἰσῄει, εὐδιεινοτέρου καὶ

*) Videtur deesse aliquid vel hic, vel post οἱ.

**) ἐωρούμενος Cod.

***) Haec sunt tam intricate scripta, ut nescias utrum σκληρὰ an σκιερὰ legendum sit.

****) Ante verba τοῦ πρώτου legebatur καὶ ὡς ἐκ τῶν ἄστρων ἐμοὶ δέδεικται· post καὶ πρὸς illa, τὴν ἑαυτοῦ φύσιν· post περιέχοντος illa, φύσει ψυχρότατος καὶ χιονώδης [sic] δοκῶν. Quae omnia ab ipso scriptore inducta sunt: verba Κρόνου δὴ καλ. videntur loco mota.

τοῦ περιέχοντος δεδειγμένου. (Γ.) Καὶ δὴ ἐξίημεν, δορυφορούμενοι παρὰ τῶν ἐγχωρίων διαφανῶς, πάντων εἰς ἐμὲ τὰς χεῖρας ἀνακροτούντων, καὶ βλεπόντων ὡς πρὸς οἰκεῖον αὐτοῦ ἕκαστος*), καὶ τὰ μέγιστα εὐχομένων. Τότε μὲν οὖν οὐδὲ πάντας αὐτοὺς ἑβδομήκοντα σταδίους παρημείψαμεν, καὶ ταῦτα πρὸ ἡμῶν ἄλλων διαβεβηκότων καὶ τὸ πολὺ τῆς χιῶνος ἐκκρουσαμένων. Τῇ δ' ὑστε-
P. 256 ραίᾳ ἀρξάμενοι χαλεπώτατα προήειμεν, ὥσπερ ἐπὶ πελάγους διαπαλαίοντες κατὰ τῆς χιῶνος. Οὐ γὰρ δὴ γῆ τις ἐδόκει εἶναι, οὐδὲ χιὼν συνήθης· ἀλλ' οἱ μὲν ἵπποι μέχρις τραχήλων οὐχ ἑωρῶντο· τὰ δ' ὑποζύγια, καίπερ τελευταῖα ἀκολουθοῦντα ἡμῖν, διεφθείρετο, καὶ αὐτοῦ πολλὰ καταλέλειπτο. Τετράπηχυς γὰρ ἡ χιὼν ἐλέγετο, καὶ χαλεπῶς διαβατὴ ἦν. Πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἀκολούθων ἀφώρμησαν οἴκαδε, μεῖζον ἢ κατ' ἀνθρωπίνην δύναμιν τὸ ξύμβαν οἰηθέντες. Καὶ ἦν γάρ τι τῶν οὐ ξυντρόφων τὸ χαλεπὸν,
B πολλαχόθεν τῶν δυσχερῶν ἐπιόντων· χιῶνος μὲν βαθείας οὕτω καὶ πυκνῆς κάτωθεν, ἀέρων δὲ βαρυτάτων ἄνωθεν ἐμπνεόντων. Ἀνακωχῆς δ' οὐδαμόθεν προσδοκωμένης, οὐδ' ὅθεν τις ἄμεινα σχοίη τεκμαιρομένης (τὰ γὰρ πάντα ἀνωφελῆ καὶ ἀνόνητά πως ἐν τοῖς τότε δεινοῖς ἐδέδεικτο), οὐκ ἦν πυρὰ καῦσαι, οὐδ' ἀναπαύσασθαι πρὸς ἀκαρῆ χώραν **) ἡμῖν ἡ χιὼν ἐνεδίδου. (Δ.) Εὖναι δὲ τὴν νύκτα αἱ ἀσπίδες προσῆεσαν ***)· πάντα ἡμῖν ἐκεῖναι καὶ κλίναι καὶ ἐπικλίνια νομιζόμεναι τὰ λαμπρότατα. Ἐν γὰρ αὐταῖς τὰ σώματα ἀνεπαύομεν ἐπὶ πυρᾷ, κἀκείνῃ οὐ λαμπρᾷ. Ὕπνον †) δὲ καὶ
C τὰ ἐξ ὀνείρων φαντάσματα, ὥσπερ φοβηθέντα κἀκεῖνα, πάντα ἀπέστησαν. Ἀντεῖχε δ' οὐδεὶς ἄλλου κάλλιον ††)· πάντες δ' ὡς ἐν κοινῇ συμφορᾷ ὁμοίως καὶ ψυχὰς καὶ σώματα διετίθεντο. Ἐμακάρισέ τις τοὺς τεθνηκότας, ὡς τοῦ φροντίζειν ἅμα καὶ τοῦ πονεῖν ἀποστάντας· ἐσχετλίασεν ἄλλος κατὰ τῶν ἐσομένων, ποίοις ἆρα καὶ αὐτοὶ δεινοῖς τὸ ζῆν ἐκμετρήσουσιν. Οἱ δὲ πρόσκοποι ἐξέκαμον καὶ αὐτοὶ, ὑπὸ τοῦ πολλοῦ κακοῦ νικηθέντες, καὶ προϊέναι
D οὐκ ἴσχυον, ἀσαφῶς οὕτω πορευόμενοι κατὰ τῆς χιῶνος. Τὸ δὲ δὴ χαλεπώτατον, ὅτι καὶ διὰ πολεμίας ἐπορευόμεθα γῆς, καὶ οὐδ' ἐκ τούτου ἀδεᾶ ἡμῖν καθειστήκει τὰ πράγματα, ἀλλ' ἐν ὁμοίῳ τό, τε τοῦ χειμῶνος καὶ τὸ τῶν πολεμίων ὑφωρᾶτο κακόν. H. e. ..*difficulter applicabant* [*lintres*], *tametsi unaquaeque earum non ultra ternos homines caperet: adeo erant mirabiliter exiles. Quanquam ne sic quidem locum invenire poterant in fluctu, multis earum duobus maximis glaciei frustis collisis atque contritis: quod quoties accidebat, exilientes e lintre qui inerant, in gla-*

*) Sic Cod.

**) Supra scriptum est χρόνον, idemque postea inductum.

***) Sic Cod. Num προσῆσαν;

†) Ὕπνος Cod.

††) Hic scripta erant haec non absoluta: ἀλλ' οἱ χθὲς ἐῤῥωμενέστερον ἔχοντες καὶ θαῤῥεῖν διακελευόμενοι πρὸς ἀλλήλους, σήμερον ἀμβλεῖς καὶ καταπεπτωκότες· ea omnia postea inducta sunt.

cie considebant, ac velut super oneraria navi vehebantur. Aliae lintres vel hauriebantur fluctibus: tam infestum tunc se declarabat Danapris. Nos vero ibi aegre diuque exspectavimus, velut succensentes flumini, quod non esset glaciatum. Nec multis diebus post erat aqua tum undique gelu constricta, tum mirifice firma: ut pedites equitesque intrepide per fluxum commearent, certaminaque tanquam in campis strenue ederent. Ita quasi praestigiatorem aliquem se Danapris praebebat, prius violenter ac saeve elatus, et prope dicam aspicientibus universis terrorem iniiciens: mirumque eundem brevi tempore submissum fractumque adeo videri, ut illuderent et conculcarent omnes quasi subterraneum factum, et in latibulum aliquod a se ipso absconditum. Neque enim tantum aquas manantes referebant fluenta, quantum montes asperos et petrosos ostendebant. Et subter fluens liquor quanam in re aquae vel par vel similis poterat videri? (II.) *Ita moestitia nostra in hilaritatem conversa est: complosis manibus proxime accessimus, per aequor equitantes. Transgressi nullo negotio cum in vicum Borion venissemus, ad corpus reficiendum iumentaque curanda nos convertimus, quae ipsa ex maiori parte aut erant invalida, aut defecerant. Confectis ibi diebus aliquot necessariis ad vires reparandas, accingebamus nos Maurocastrum profecturi. Sed iam paratis rebus omnibus, cum nihil aliud obstaret, ipsa media nocte (quanquam maturius profectum oportebat), flante tunc aquilone gravissimo, hieme omnium saevissima se praecipitante, ut facile crederes, impervia esse itinera, nec obdurare sub dio ullum, propeque fieri non posse, ut qui tecto non servaretur interitum effugeret, tunc, inquam, formidine commoti subsistere ibidem nosque continere statuimus. Cuius consilii auctor apud sodales ego exstiti: non esse ullo modo domibus exeundum, nedum abnoctandum inde: quod princeps sidus (Saturnum vocamus) iam ad vesperum in conspectum se dabat, inque similitudinem naturae eius immutabatur aër. Transibat enim tunc Saturnus circa initia aquarii, sole brumalia signa permeante. Quare tempestas, ubi semel occoeperat, ad maiorem semper saevitiam progressa est, ut quae prius terrifica nobis visa fuerant, cum subsequentibus collata ludus prorsus viderentur: tam luculenter se hiems quoquoversum diffuderat. Ibi diebus compluribus confectis, vix tandemque cogitatio aliqua domum redeundi subiit animum, aëre quoque sereniore se repraesentante.* (III.) *Itaque egressi sumus, ab incolis splendide stipati: omnes me manibus complosis approbant, me tanquam necessarium unusquisque suum respicit, mihi maxima precatur. Hoc die stadia* LXX, *neque illa integra, emensi sumus, idque praegressis ante nos aliis, qui maximam vim nivis iam dimoverant. Postridie eius diei statim a principio difficillime progrediebamur, tanquam in pe-*

lago contra nivem luctantes. Nulla terra hic videbatur esse, neque nix usitata: equi ad collum usque non apparebant: iumenta, quamvis extremo agmine subsequentia, interibant, multaque ibi relinquebantur. Etenim dicebatur nix cubitorum IV. altitudine, eratque difficillima transitu. Ita multi ex comitibus domum se contulerunt, quod calamitatem vim humanam superare arbitrabantur. Atque erat profecto insueta aerumna, miseriis undique fere ingruentibus: infra tam alta et spissa nix, superne flantes venti inclementissimi. Neque ulla sperari poterat malorum intercapedo, nec unde quis meliorem statum assequeretur (omnia inutilia et infructuosa esse his in malis apparebat), nulla erat facultas ignes accendendi, nec requiescere vel minimum spatium permittebat nobis nix. (IV.) *Accedebant noctu scuta pro cubilibus: haec pro omnibus habebamus, et pro stragulis et pro opertoriis splendidissimis. In illis enim corpus ad ignem, nec illum splendidum, refocillabamus. Somnum visa per quietem occurrentia, quasi timentem illa quoque, universum fugaverant. Neque quisquam magis quam alius ad aerumnas obdurauerat: omnes erant ut in communi calamitate aeque et animo et corpore afflicti. Alius beatos praedicabat mortuos, ut iam sensu doloribusque liberatos: lamentabatur alius posteros, quibus miseriis oppressi illi quoque vita essent defuncturi. Item labori succubuerant exploratores nostri, vi mali victi, nec per nivem incerto gradu errantes progredi poterant. Omnium autem acerbissimum erat, quod per regionem hosticam iter faciebamus, neque inde erant res nostrae periculo vacuae, sed pariter hiemis hostiumque violentia timebatur.*

Hic imperfecte desinit fragmentum prius. Sequitur post quadraginta circiter folia alterum, eadem intricatissima manu, quod, ut est loco in Cod. posterius, ita praecedenti subiungo: tametsi fortasse ad tempus antecedens pertinet. Gens, cui dux ille, quisquis est, oppidum sibi commissum tradiderit, quae sit, viderint docti, temporum partiumque illarum cognitionem cum prudenti iudicio coniungentes. Rem in Chersoneso Taurica geri declarat mentio Clematum 258. B. facta: scriptura est ligata, quam vocant, saec. x. aut xi. *Ἀρχὴν γὰρ δὴ τότε*
P. 257 *τοῖς βάρβάροις πολεμεῖν ἔγνωμεν**) *ἢ, εἰ δεῖ τι τἀληθῆ φάναι, δείσαντες τὸ μὴ φθῆναι ὑπ' αὐτῶν ἀναιρεθέντες, ἀπέστημεν, καὶ αὐτοῖς τὸ δυνατὸν ἀντιτετάχθαι διενοήθημεν, πάντας ὁμοίως λεηλατούντων καὶ διαφθειρομένων ἀπανθρωπότατα, ὥσπερ τινὰ θηρία κατὰ πάντων τὴν ὁρμὴν ἐνδεικνύντα. Οὐδὲ γὰρ τῶν οἰκειοτάτων φειδώ τις εἰσῄει αὐτοῖς, οὐδὲ λογισμῷ τινι ἢ κρίσει δικαίου*

*) Scriptum est hic, et posterius inductum: *Καὶ διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τὰ βόρεια τοῦ Ἴστρου.*

τὸν φόνον εἰργάσθαι προὔθεντο· ἀλλὰ τὴν Μυσῶν *) λείαν καλουμένην θέσθαι τὴν αὐτῶν **) γῆν κακῶς καὶ ἀσυμφόρως μεμελετήκεσαν. Ἀνατέτραπτο γὰρ τὸ πρὶν αὐτοῖς ἴσον καὶ δίκαιον· ἃ δὴ περὶ πλείστου τιμῶντες τὸ πρότερον τρόπαιά τε τὰ μέγιστα κατωρθώκεσαν, καὶ πόλεις καὶ ἔθνη αὐτεπαγγέλτως προσήεσαν αὐ- B τοῖς. Νῦν δ' ὥσπερ ἐκ διαμέτρου ἀδικία τούτοις καὶ ἀμετρία κατὰ τῶν ὑπηκόων ξυνέστηκε. καὶ πόλεις ὑπηκόους, ἀντὶ τοῦ θεραπεύειν καὶ συμφερόντως εὐνομεῖν, ἀνδραποδίζειν καὶ διαφθείρειν ξυνέθεντο. Σχετλιάζοντές τε κατὰ τῶν ἡγεμόνων, καὶ ὡς οὐκ ἀδικοῖεν βεβαίως δεικνύντες οἱ ἄνθρωποι, οὐδὲν μᾶλλον ἴσχυον τοῦ μὴ τεθνάναι. Φορὰ γάρ τις, ὡς ἔοικεν, οὕτω κακίας ξυμβέβηκεν, ὡς περικλύζεσθαι τὰ τῶν ἀνθρώπων καὶ φοβερώτατα συγκεχῶσθαι δοκεῖν, ὡς ἐκ συμπτώματος ἤ τινος χάσματος παραλογωτάτου καὶ χαλεποῦ. Πόλεις μὲν γὰρ πλείους ἢ δέκα ἀν- C θρώπων ἐξεκενώθησαν, κῶμαι δὲ οὐκ ἐλάττους πεντακοσίων παντελῶς ἐρημώθησαν· καὶ ἁπλῶς, τὰ γείτονα καὶ πλησιόχωρα ἡμῶν ὥσπερ ἐκ χειμῶνος ἐπικλυσθέντα ἐγένοντο, ἄνθρωποί τε, ἠδικηκότες μηδὲν, προβληθέντες ἐπ' ὀμωσίᾳ, χειρῶν ἔργον καὶ ξίφους ἐγένοντο. (B.) Τὸν δὴ τοιοῦτον ὄλεθρον καὶ κοινῇ πάντας κακῶς διαφθείραντα, καὶ περιελθόντα τοῖς ταλαιπώροις ἡμῶν ἀστυγείτοσι, καὶ πρὸς τὴν ἐμὴν ἀρχὴν τελευταίως ἡ πονηρὰ τύχη προ- D σῆξεν, ὑφορώμενον μὲν ἐμοὶ καὶ πρότερον, καὶ πολλὴν ποιουμένῳ πρόνοιαν, μὴ ἄν ποτε ἐξαπιναίως ἐμπέσοι, μηδ' ἐκ τοῦ παραχρῆμα λαθὼν τὰ καθ' ἡμᾶς λυμήναιεν. Ὡς δ' ἀφῖκτο καθαρῶς ὁ κίνδυνος, καὶ πᾶσιν ἀνωμολόγητο φανερῶς, ὡς τὰ περὶ ψυχῆς νῦν ἡμῖν κινδυνεύεται, τὸν μὲν τότε ὄλεθρον σοφώτατ' ὡς εἶχον ἀπεκρουσάμην, ἐμοῦ καίπερ τὰ ἔσχατα παρὰ μικρὸν κινδυνεύσαντος. Τὸ δὲ ἀπὸ τούτου, πόλεμος ἡμῖν ἀκηρυκτὶ καὶ βαρβάροις ἐγένετο, ἐν ᾧ οὔτε ἐπεμίγνυον ἔτι παρ' ἡμῖν (εἰ καὶ μυριάκις περὶ σπονδῶν ἐκηρύκευον), οὔτε ἀμαχητὶ πρὸς ἀλλήλους ἦμεν. Καὶ ὁ μὲν πόλεμος εὐθὺς ἤρξατο, ὁ δὲ χειμὼν ἐγγὺς ἦν ἐμβαλεῖν· ἔτι P. 258 γὰρ οὐ πολὺ τῶν ..***) ὁ ἥλιος ἀπῆν. Ἀλλ' οἱ μὲν βάρβαροι, στρατῷ παρασκευασθέντες ἱκανῷ, ἐσέβαλον εἰς τὴν γῆν ἡμῶν, ἱππικῷ τε ἅμα καὶ πεζῷ, νομίσαντες ὡς ἅμα βοῇ παραλήψεσθαι ἡμᾶς, τῇ τε τοῦ τείχους ἀσθενείᾳ, τῇ τε ἡμῶν ὀρῤῥωδίᾳ. Καὶ οὐκ ἀπεικὸς ἦν αὐτοῖς ταῦτα οἴεσθαι, οὕτως ἐπὶ κατεσκαμμένῃ πόλει τὴν οἴκησιν ποιουμένων ἡμῶν, καὶ ὡς ἀπὸ κώμης μᾶλλον ἢ πόλεως τὰς προσβολὰς ποιουμένων ****). Ἡ γῆ γὰρ προκατέσκαπτο παρ' αὐτῶν

*) *Μεισῶν* Cod.

**) Sic: prius scripserat *ἡμῶν*, sed id induxit.

***) Haec omnia inducta, reposita, iterum partim inducta. Ubi asteriscum notavi, in Cod. est *χειρινῶν*. Num *χειμερινῶν*, sc. *τροπῶν*;

****) Hic subsequuntur illa, posterius inducta: *Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν πολλοὺς αὐτῶν ἀποβαλλόντες* [sic] *καὶ καταισχυνθέντες ἀπῆεσαν πρὸς ἑσπέραν, φυλάξαντες* [sic] *τὸ περίορθρον. Πρὸς μὲν γὰρ τὸ πεζὸν τοξότας καὶ αὐτὸς ἀντεταξάμην, πρὸς δὲ τὸ ἱππικὸν ἱππικόν, διχῇ τὸν στρατὸν παρατάξαντες.*

τῶν βαρβάρων καὶ ἱκανῶς ἐξερήμωτο, ἐκ βάθρων αὐτῶν καταβαλ-
βόντων τὰ τείχη· καὶ τότε ἀρχὴν ἐμοῦ πρώτου πάλιν οἰκῆσαι*) τὰ
λείψανα διενοησαμένου. Τοιγάρτοι φρούριον μὲν τοπρῶτον ἐκ
τῶν ἐνόντων ἐξῳκοδόμησα παρ' αὐτὴν, ὡς ἐκ τούτου ῥᾳδίως καὶ
τὴν ἄλλην ἅπασαν πόλιν οἰκισθήσεσθαι . . . H. e. *Omnino enim tunc barbaris bellum inferre decrevimus: aut, si vera fateri oportet, recessimus ab illis metu, ne ipsi priores ab iis opprimeremur, statuimusque iis quantum possemus repugnare. Aeque enim universos diripiebant inhumanissime et pessundabant, ut quaedam belluae in omnes impetum facientes. Nulla his inerat vel erga coniunctissimos continentia, nec ratione ulla aut iusti discrimine in patranda caede volebant uti: sed Mysorum praedam, quod aiunt, ipsorum regionem reddere malo ac pernicioso consilio meditabantur. Evanuerat superior eorum aequitas et iustitia: quas praecipue colentes tropaea antehac maxima statuerant, adeo ut civitates et gentes ultro accederent illis. Cliscebant nunc, quae velut e perpendiculo (quemadmodum aiunt) a virtutibus illis distant, iniustitia et intemperantia adversus subditos: neque ornare et ex re ipsarum administrare civitates deditiias, sed redigere in servitutem et exscindere constituerant. Conquerentes de dominis incolae, seque nihil mali commisisse liquido demonstrantes, nihil amplius proficiebant, quam ut morte non afficerentur. Vis nimirum tanta malorum ingruerat, ut res humanae quasi ruina aut voragine aliqua inopinata ac fatali perculsae obrutaeque horrendum in modum viderentur. Erant exinanita hominibus oppida plus X, pagi plane deserti non minus quingentis: vicinitates denique et confinia nostra velut tempestate obruebantur: incolae innocentes, pactis iuratis traditi, manibus obtruncabantur gladiisque hostilibus.* (II.) *Eiusmodi pestem, generatim omnes misere conculcantem, cum aliquamdiu per infelices conterminos nostros obambulasset, postremo ad praesidium meum quoque fortuna infesta adduxit. Quam quia iam antehac eram veritus, in magna cura versabar, ne accideret improviso, nec latente impetu continuo res nostras everteret. Deinde, ubi perspicuum aderat periculum, omnesque palam fatebantur, in discrimen nos vitae venisse, ego tunc quidem perniciem quam aptissime poteram repuli, quamvis in extremum paene periculum adductus. Verum inde abruptis commerciis bellum inter nos et barbaros ortum est, in quo neque communicabant amplius nobiscum (tametsi sexcenties de compositione ad illos mittebam), nec sine praeliis mutuis res gesta est. Ita bellum continuo exarsit, impendebatque hiems: non multum enim a . . sol aberat. Sed barbari, comparato amplo exercitu, cum equitibus militibusque in regionem nostram irruperunt, nos momento expugnatum iri*

*) F. scribere voluit οἰκίσαι, instaurare.

rati, cum ob murorum infirmitatem, tum ob trepidationem nostram. Neque erat absonum eos hoc sperare, quod in diruto oppido commorabamur, magisque ex vico, ut ita dicam, quam ex urbe eruptiones faciebamus. Vastata enim prius fuerat ab ipsis barbaris regio, et solitudo mera facta, muris solo aequatis: ego autem tunc demum habitare denuo Clemata) *primus constitueram. Quare in principio iuxta oppidum pro facultatibus feceram castellum, quod inde facile reliquam quoque civitatem instaurari posse. . .*

Sequuntur in folio alio abrupta illa, superioribus subiungenda: Καὶ τὸ μὲν ἀνῳκοδόμητο τάχει πολλῷ, καὶ περιέφρακτο τάφρῳ· καὶ ἅμα τούτων * **) καὶ ὁ πόλεμος ἤρξατο. Μεμέριστο δὲ τὸ φρούριον κατὰ συγγενείας, καὶ κατέθεντο ἐν αὐτῷ τὰ σπουδαιότερα· ὅσα δὲ περιττὰ, ἔξω που κατὰ τὸν ἄλλον τῆς πόλεως περίβολον ἔκειτο. Ὡικεῖτο γὰρ ἤδη καὶ ἡ πόλις ἅπασα· τὸ δὲ φρούριον C ὡς ἐν μεγάλῳ κινδύνῳ σώσειν ἡμᾶς ἐξητοίμαστο ***). Ἀλλ' οἱ μὲν βάρβαροι τότε πολλοὺς αὐτῶν ἀποβαλόντες ****) καὶ καταισχυνθηθέντες †) ἀπήεσαν πρὸς νύκτα, φυλάξαντες τὸ περίορθρον· ἐγὼ δὲ ἅμα ἕῳ τὸν στρατὸν ἀντεξῆγον πολεμηςείων. Ἦσαν δέ μοι τότε ἱππεῖς μὲν ὀλίγῳ πλείους ἑκατὸν, σφενδονῆται δὲ καὶ τοξόται ὑπὲρ τ'. Οὐδαμοῦ δὲ τῶν βαρβάρων ὄντων, τὰ τῷ καιρῷ μοι σύμφορα ἐξηρτύετο, τεῖχος μὲν τὸ παλαιὸν ἀνεγείρων ††), καὶ διδάσκων τοὺς ἐμοὺς εὖ παρεσκευάσθαι πρὸς τὰ πολέμια. Πρὸς δὲ τοὺς ἡμῖν προσέχοντας δρόμῳ κήρυκας ἔπεμπον, καὶ μετεκαλούμην αὐτούς, σκεψόμενος περὶ D τῶν ὅλων †††). Ἀφιγμένων δὲ ἁπανταχόθεν, καὶ ἐκκλησίας ἐκ τῶν ἀρίστων γενομένης, ἃ μὲν εἶπον ἐγὼ τότε, καὶ ὡς οἷων δεσποτῶν μᾶλλον ἀντιποιεῖσθαι προσήκει, καὶ πρὸς οἵους ἐλθόντας τινα ὠφέλειαν πειρᾶσθαι ἀπ' αὐτῶν εὑρίσκειν, καὶ τί ποιητέον ἐστὶ, καὶ τἄλλα πάντα, ὅσα τότε εἶπον ἐγὼ, ἃ καὶ παντὸς μᾶλλον τιμησαίμην, μακρὸν ἂν εἴη πάντα ἐφεξῆς λέγειν βούλεσθαι. Οἱ δὲ, εἴτε ὡς μηδέποτε βασιλικῆς εὐνοίας ἀπολελαυκότες, μηδ' Ἑλληνικωτέρων τρόπων ἐπιμελούμενοι, αὐτονόμων δὲ μάλιστα ἔργων ἀντιποιούμενοι, εἴτε ὅμοροι ὄντες πρὸς τὸν κατὰ τὰ βόρεια τοῦ Ἴστρου βασιλεύοντα, μετὰ τοῦ στρατῷ ἰσχύειν πολλῷ καὶ δυνάμει μάχης P. 259 ἐπαίρεσθαι, ἤθεσί τε τοῖς ἐκεῖ τὰ παρὰ σφῶν αὐτῶν οὐκ ἀποδιαφέροντες, ἐκείνων καὶ σπείσασθαι καὶ παραδώσειν σφᾶς ξυνέ-

*) Castrum Clematum [vid. Bandur. Imp. Orient. I. 113. B.].
**) Subest verbum adeo inductum, ut legi nequeat.
***) Sequitur hic ἐτηρεῖτο, quod oblitus est inducere scriptor.
****) ἀποβαλλόντες Cod.
†) Sic Codex. Vid. supra p. 501. [huius ed.] not. ****.
††) Sic Cod.
†††) Hic primo leguntur illa: Δείσας δὴ, μὴ ἐσαῦθις τελείοι δυνάμει ἀφι sed haec inducta sunt. Deinceps illa item inducta, καὶ στρατῷ μεγάλῳ ἀφίξοιντο. Γενομένης δὲ ἐκκλησίας, ἃ μὲν εἶπον ἐγὼ τότε. Inde haec non inducta Ἀφιγμένων δὲ κ. τ. λ. quae in textum recepi.

θεντο, κἀμὲ τὰ τοιαῦτα πράξειν κοινῇ πάντες ἐπεψηφίσαντο. Καὶ ἀπήειν, ἵνα τὰ ἡμέτερα σωθῶσι, καὶ ἐνέτυχον αὐτῷ ὡς εὔξαιτ' ἂν μάλιστά τις. Καὶ, ὡς δυνατὸν ἐν βραχεῖ λόγῳ πᾶν συμπεράνας
B αὐτῷ, ἐκεῖνος μὲν παντὸς μᾶλλον *) μεῖζον τὸ πρᾶγμα ἐλογίσατο, ἐμοὶ δὲ τὴν τῶν Κλημάτων ἀρχὴν αὖθις ἀσμένως πᾶσαν ἔδοτο, καὶ προσέθηκε καὶ σατραπείαν ὅλην, ἔν τε γῇ τῇ αὐτοῦ προσόδους ἐπετείους ἱκανὰς ἐδωρήσατο. H. e. *Idque propere et instauratum fuerat, et fossa circummunitum: unaque cum his* bellum quoque incepit. Divisum erat per cognationes castellum, resque pretiosiores in eo depositae: minus necessariae extra per reliquum oppidi ambitum erant collocatae. Habitabatur enim tunc urbs iam tota: castellum autem praeparatum fuerat, ut in magno periculo nobis saluti esset. At barbari tunc, multis suorum amissis, cum ignominia noctu recesserunt, servato diluculo: primo mane ego praelii cupidus copias contra eduxi. Erant mihi tunc equites paulo plures quam centum, funditores et sagittarii supra CC. Barbari cum nusquam apparerent, quae apta huic tempori essent a me adornata sunt, murus vetus erectus, edocti mei, quomodo recte se instruerent ad bellum. Eos autem qui ditionis nostrae erant, nunciis cursim missis arcessivi, de rerum summa in consilium ire volens. Undique cum advenissent, concione optimatum coacta, quos tunc ego sermones habuerim, qui domini potius essent expetendi, ad quos venire quamque commoditatem conari oporteret ab illis percipere, quid denique faciendum esset, et caetera universa tunc a me dicta, quae ipse quoque reliquis omnibus praestabiliora duxissem, longum est singula ordine dicere velle. Illi, seu quod nunquam benevolentiae Imperatoriae fructum ullum cepissent, seu quod, Graecanicam vitae rationem parum curantes, instituta ad arbitrium ipsorum facta maxime requirerent, sive quod regi ad septentrionem Istri dominanti conterminantes, praeterquam quod ille exercitu magno valeret vique bellica efferret sese, ab illius vitae ratione propriis moribus non differrent: idcirco statuerunt pacisci cum illis seque dedere, me autem negotium perficere publicitus omnes decreverunt. Ita profectus sum ad servandas fortunas nostras, eumque talem deprehendi, qualem desiderare quis maxime posset. Atque ita, ubi colloquio brevi, ut poteram, totum negotium transegeram cum eo, ille rem maiorem, plus quam ullam, reputans, mihi Clematum imperium iterum volens lubensque omne tradidit, addiditque etiam praefecturam totam, et ex ipsius regione reditus annuos idoneos largitus est.* Desinit hic praeclarum illud plenumque rerum novarum fragmentum: quod si commentatio scriptiove, unde manat, integra aetatem tulisset, nae tunc haud paulo plus, quam nunc, sciremus de historia Chersonesi Tau-

*) Sic Cod.

ricae in tenebris, ut ita dicam, iacente ab a. 950, circa quem Constantinus Porphyrogenneta scripsit, usque ad colonias Genuensium in hos tractus saec. XIII. deductas. Speremus certe, excussis per alias bibliothecas Codd. Graecis medii aevi, lucem novam huic quoque historiae parti oblatum iri: idque ut confidamus fore faciunt Ill. Comitis *Nicolai de Romanzoff* magnificentia, liberalisque ac generosus animus, quo incitatus cum reliquas disciplinas omnes fovet, tum maxime historiam patriae locupletari cupit et ornari.

Pag. 175. *lin.* 16. *καὶ αὐτὴν τὴν μίαν ἐπιτολήν*] Lege *κατ' αὐτήν*· nam ex praepositionibus nulla fere tam male a librariis est habita quam *κατὰ*, modoque ob sigli sive monocondylii, ut vocant Graeci, similitudinem cum vocibus *καὶ*, *κακὰ*, *κάτω*, *μετὰ* confusa, modo cum vocabulo proxime sequenti coagmentata, secus atque oporteret. Velut (afferam primo exempla confusae *καὶ* et *κατά*) Actis Conc. Flor. IX. 132. B. *ὀφείλει νοεῖσθαι καὶ τὸν νοῦν ἐκεῖνον*, certo certius, legi debere *κατὰ τὸν νοῦν ἐκεῖνον*. Item Supplement. Commentarii S. Athanasii in Psalmm., a Montefalconio editis, II. 80. C. *μὴ κατὰ νόμον ζῶντας, ἀλλὰ καὶ ἐθνικὴν καὶ βαρβαρικὴν ὠμότητα*, lege, *ἀλλὰ κατά*. Porro in Actis S. Bonifacii 284. B. *αὕτη δὲ τρίτον Κάνδιδα ἔπραξεν ἐν τῇ Ῥώμῃ, καὶ ἐπαρχότητα*· emenda, *κατ' ἐπαρχότητα*, et verte, *ter Candida egerat Romae ex praetura*, non *ex praefectura*, ut habet vetus versio Latina. Filiorum enim, qui Praetores erant, nomine opulens illa Aglais, de qua ibi, ludos ediderat, qui a praetoribus vel quaestoribus candidatis, sumtu ipsorum acti, inde Candida vocabantur. Moris autem fuisse, ut matres filiis sumtus suppeditarent ad eiusmodi munerum editionem, Henr. Valesius demonstravit Prolegomen. ad Possini edit. Passionis SS. Perpetuae et Felicitatis 10. A. Contra apud Manuel. Calecam De essentia et operatione II. 21. D. *τοὺς παρ' αὐτοῖς κεκαθαρμένους κατὰ τῶν τοιούτων ἐνεργειῶν ἀποτελέσματα ἀκτίστους καὶ ἄκτιστα ἀποτελεῖσθαι*· dubium non est quin legendum sit, *καὶ τὰ τῶν τοιούτων*· et in Prolegomenis Hexaplorum Origenis I. 101. C. *μαθὼν τὴν αὐτῶν διάλεκτον, κατὰ στοιχεῖα ἑρμηνείαν ἑαυτῷ ἡρμήνευσεν*, lege et distingue, *τὴν αὐτ. διάλεκτον καὶ τὰ στοιχεῖα, ἑρμηνείαν κ. τ. λ.* ut sit sensus, non ut redditur in edit. Montefalc.: *eorum* [Hebraeorum] *linguam edoctus, secundum elementa, id est ad litteram, interpretationem edidit*, sed potius, *eorum linguam et litteras edoctus, interpretationem sibi effecit*, et quae sequuntur: est enim phrasis sumta e S. Epiphanio De LXX. interprett. I. 89. D. Unde similiter corrigendum Chronicon Paschale 255. B. his ipsis verbis, *τὴν αὐτῶν διάλεκτον, κατὰ στοιχεῖα*· lege, *καὶ τὰ στ.* Apud Theophanem porro Chronograph. 144. D. *Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει καὶ τὰ κακὰ τὸν ἅγιον Ἀρέθαν* — P. 260 *ἐπράχθη ὑπὸ τῶν Ὁμηριτῶν*, scribendum videtur, *τὰ κατὰ τὸν*

notes. Still it is rather unlikely such notes themselves, if given away, would be worth much to the recipient. Of course, if the notes were given in payment for services rendered, the matter is different. Merely, one wants notes "if either of them had to be given away." Perhaps the phrase is a bit loose, but it is not unintelligible.

Mr. Hall's second point is that the notes are not "property" in the sense of the statute, because they are not negotiable. He says that "property" means "negotiable property." Of course, this is not the statutory definition, which is "money, goods, chattels, valuable securities and every other thing of value." Mr. Hall does not, however, notify us what he means by "negotiable property." Does he mean that the notes must be negotiable in the sense that they would be good in the hands of a holder in due course? Or does he mean that they must be negotiable in the sense that they would be good in the hands of a holder for value? Or does he mean that they must be negotiable in the sense that they would be good in the hands of a holder

Di Giulio Gesetzb. LIV. T. 405

Di Giulio, Gesetzb., 54. Ed., Gesetz, vom 5. Juli 1876, RGBl. 1876, 233, Art. 1, Abs. 1, Satz 1, Abs. 2, Satz 1, Abs. 3, Satz 1, Abs. 4, Satz 1, Abs. 5, Satz 1, Abs. 6, Satz 1, Abs. 7, Satz 1, Abs. 8, Satz 1, Abs. 9, Satz 1, Abs. 10, Satz 1, Abs.

ἅγιον Ἀ. Confusionis vocum κατὰ et κάτω pauciora exempla invenio apud scriptores Graecos medii aevi, velut in Pachymere Histor. I. 341. E. ἐν τῷ τοῦ ἁγίου Αὐξεντίου βουνῷ κάτω που τοὺς πρόποδας σκηνουμένῳ· ubi legendum videtur, κατά που. Multo plura confusionis vocum κατὰ et μετὰ, ob siglorum κ᾽ et μ᾽ in Codicibus inde a saeculo duodecimo summam similitudinem. Velut in S. Ephraimo De perfection. hominis III. 299. B. inter aerumnas Noae cum tot animalibus in angustam arcam compacti: τίς δὲ εἴποι τὰς μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ταλαιπωρίας· scribe, κατὰ τὸν κατακλυσμόν· praesertim, si sequentia respicias: Assemanus tamen vertit eodem errore, *miserias post diluvium.* Simile mendum haeret in textu Pseudosynodi Palamiticae Act. Conc. edit. Paris. XI. 344. A. φανεροῦται δὲ, οὐ κατὰ τὴν οὐσίαν — ἀλλὰ μετὰ [l. κατὰ] τὴν χάριν· quae eadem prava lectio in Com-
B befisianam quoque edit. manavit: versio tamen Latina recte, *sed secundum gratiam.* Item apud Gregentium Tephrensem Disputat. cum Herbano Iudaeo 37. b. B. ηὐτάρκησε στῆναι μετὰ τοῦ ἀρχιεπισκόπου, manifestum est legendum esse στῆναι κατά· versio Latina recte, *contra archiepiscopum in disputatione stare.* Contrarium accidit in Nectarii Patriarchae Responsione ad Claudium 181. A. ποῦ πρότερον, κατὰ [l. μετὰ] Ἑβραϊκὸν λαὸν, τὸ εὐαγγελικὸν διέδραμε κήρυγμα; οὐχὶ πρῶτον εἰς τοὺς Ἕλληνας; versio Latina recte, *post Hebraicum populum:* apudque Alexandrum rhetorem De figuris sententiar. ac elocut. 61. C. leg. ὥστε μεθ᾽ ἑτέρων, non ὥστε καθ᾽ ἑτέρων· Laurentiique Normanni versio, *ut per plures alias universus sententiae ambitus absolvatur*, sic est immutanda, *ut cum aliis plenam sententiam efferant.* Pravae coalitionis praepositionis κατὰ cum voce subsequente insigne exemplum in Oecumenii Enarratt. in Acta Apost. I. 104. D. ἡ οὖν διαφωνία τοῦ ὀνόματος ἐνταῦθα — ἢ κατάσφαλμα, ὡς εἰκὸς, γραφικὸν γέγο-
C νεν, ἢ κατὰ διωνυμίαν εἴρηκεν· ubi nemo non videt, scribendum esse κατὰ σφάλμα. Contra in S. Athanasii Orat. contra gentt. I. 16. D. male cusum est, κατ᾽ ἀλλήλους γὰρ ταῖς οὐσίαις τὰς πράξεις εἶναι χρή· estque ex duabus primis vocc. una, καταλλήλους, conflanda. Id addidi summorum virorum Schaeferi et Bastii notis ad Greg. Corinth. 69. C. 285. B. 342. C. 405. C. 638. B. 825. B. ubi κατὰ vel perperam scripta, vel inique expulsa ex oratione est: quod si referre velis, quoties significatus eius argutiores parum percepti sint a viris doctis, secusque reddiți, et aliena ea res videri possit ab instituto nostro, et latissime patere, ad plurimosque pertinere.

Ibid. lin. 21. ἑσπέρας ἑνισταμένης, ἐν ᾗ μνήμην — Δημητρίου — παρέλαβεν ἡ συνήθεια] Hoc est a. d. VII. Kal. Novembr. ut docemur cum aliunde, tum ex narratione servata in veteri Cod. Bibl. Reg. De miraculis S. Demetrii, auctoribus variis, quorum qui recentissimus, scripsisse videtur saec. X. in-

eunte. A Le Quien Orient. Christ. II. 42. C. aliisque complu-
ribus Ioanni archiepiscopo Thessalonicae tribuitur. Est ea nar- D
ratio tam referta variis minutisque rebus ad Thessalonicenses
spectantibus (a quibus S. Demetrius summa religione colebatur),
ut minus panegyricum esse Sancti, quam Thessalonicensis civi-
tatis annales diligenter perscriptos dicas. Quapropter consti-
tuisse se ut totam ederet Combefisius testatur ad Ioann. Camenia-
tam, Scriptt. post Theoph. 314. C. Posterius quae fato prae-
ventus praestare ille non potuit, Cornelius Byeus executus est
Actis Sanctorum ad d. VIII. Octobr. tom. IV. Bruxellis 1780.
Fol. pag. 104—197: nosque fortasse partem narrationis eius-
dem e Cod. quem supra memoravimus, emendatiorem vulgabimus
plenioremque volumine aliquo subsequente: quo prodibunt Vitae
Sanctorum, egregie idoneae ad illustranda tempora Historiae By-
zantinae ea, quae maxime muta sunt a litteris. In praesenti satis
habuimus, delegisse ex narratione illa miraculum unum, unde
dies, qua S. Demetrio Thessalonicenses faciebant, potest intelligi:
item situs et nomina ecclesiarum suburbanarum, et quantopere agri
circumiecti saeculo sexto vergente incursionibus Sclavinorum fue-
rint obnoxii: *)— *Τοῦ καλλινίκου καὶ φιλοπόλιδος τούτου μάρτυ-*
ρος Δημητρίου ἦγον ἑορτὴν ἡ χώρα πᾶσα, καθὼς εἰώθει, τῇ τοῦ
Ὀκτωβρίου μηνὸς εἰκάδι ἕκτῃ ἡμέρᾳ. Καὶ δὴ πάντων εὐφραινομέ- P. 261
νων πνευματικῶς, ὡς πληρώσαντος τοῦ Κυρίου τὴν εὐχὴν τῶν
δούλων αὐτοῦ, καὶ ἀξιώσαντος αὐτοὺς τῆς χαρᾶς τοῦ μάρτυρος,
ἐν εἰρήνῃ πλατείᾳ, καὶ βαρβαρικῆς ὀμφῆς μηδόλως μηδαμοῦ τηνι-
καῦτα κατακουομένης **), *τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ τῆς ἑορτῆς, ἄφνω μέ-*
σης νυκτὸς κατ᾽ οἰκονομίαν τοῦ ἀθλοφόρου (οὕτω γάρ με λέγειν
τὸ πέρας τοῦ πράγματος ἔπεισεν), ἀνήφθη πυρὶ τὸ ἅγιον αὐτοῦ
κιβώριον τὸ ἀργύρεον, περὶ οὗ πολλάκις ἀνωτέρω ἐμνημονεύσαμεν.
Τούτου δὲ κατὰ πάσης τῆς πόλεως ἐν βραχεῖ καιρῷ διακουσθέν-
τος, συνήχθη πᾶν τὸ νέον ὡς μάλιστα τῆς ἡλικίας, τὸ καὶ τὸν B
ὕπνον εὐχερῶς δι᾽ εὐσθένειαν ἀποβάλλον. Ὡς δὲ τοσοῦτοι γε-
γόνασιν, ὡς ἀποβυσθῆναι τῷ πλήθει τὸ πανάγιον τέμενος, ὁ μὲν
ἄργυρος λυθεὶς ***) *τῷ πυρὶ ἦν ἅπας ἐπὶ ἐδάφους, ὡς ὕδωρ· τὸ*
δὲ πλῆθος τῶν ἀμφορέων περιέκλυζε τοῦτον ποταμηδόν. Ὑφ᾽ ὧν
καὶ προνοίᾳ Θεοῦ νενίκητο τὸ τῆς φλογὸς ἐπικίνδυνον. Οὐ το-
σοῦτον γὰρ τῇ ἀθυμίᾳ πάντας εἰς ἀμηχανίαν ἐβάπτισεν ἡ τοῦ
κιβωρίου πυρπόλησις, ὅσον ἡ προσδοκία, τοῦ φθάνειν τὴν φλόγα
περὶ τὴν ὀροφὴν τοῦ ναοῦ, τὰς καρδίας τῶν θεωμένων †) *ἐξέ-*
τηκεν. Οὗπερ καὶ γενομένου (φόβος γὰρ, ὃν ἐδεδοίκεισαν, ἐπῆλ- C
θεν αὐτοῖς, καθὼς γέγραπται, ἐκ τῆς κατὰ κορυφῆς ††) *τοῦ κιβω-*

*) Fol. 87 recto.

**) Acta Sanctorum κατηχουμένης.

***) Acta SS. αὐθείς [sic].

†) Acta SS. θεομένων [sic].

††) Acta SS. ἐκ τοῦ διὰ τῆς κορυφῆς.

τοῦ περιἐχοντος δεδειγμένου. (Γ.) Καὶ δὴ ἐξίημεν, δορυφορούμενοι παρὰ τῶν ἐγχωρίων διαφανῶς, πάντων εἰς ἐμὲ τὰς χεῖρας ἀνακροτούντων, καὶ βλεπόντων ὡς πρὸς οἰκεῖον αὐτοῦ ἕκαστος*), καὶ τὰ μέγιστα εὐχομένων. Τότε μὲν οὖν οὐδὲ πάντας αὐτοὺς ἑβδομήκοντα σταδίους παρημείψαμεν, καὶ ταῦτα πρὸ ἡμῶν ἄλλων διαβεβηκότων καὶ τὸ πολὺ τῆς χιῶνος ἐκκρουσαμένων. Τῇ δ' ὑστε-
P. 256 ραίᾳ ἀρξάμενοι χαλεπώτατα προῄειμεν, ὥσπερ ἐπὶ πελάγους διαπαλαίοντες κατὰ τῆς χιῶνος. Οὐ γὰρ δὴ γῆ τις ἐδόκει εἶναι, οὐδὲ χιὼν συνήθης· ἀλλ' οἱ μὲν ἵπποι μέχρις τραχήλων οὐχ ἑωρῶντο· τὰ δ' ὑποζύγια, καίπερ τελευταῖα ἀκολουθοῦντα ἡμῖν, διεφθείρετο, καὶ αὐτοῦ πολλὰ καταλέλειπτο. Τετράπηχυς γὰρ ἡ χιὼν ἐλέγετο, καὶ χαλεπῶς διαβατὴ ἦν. Πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἀκολούθων ἀφώρμησαν οἴκαδε, μεῖζον ἢ κατ' ἀνθρωπίνην δύναμιν τὸ ξύμβαν οἰηθέντες. Καὶ ἦν γάρ τι τῶν οὐ ξυντρόφων τὸ χαλεπὸν, πολλαχόθεν τῶν δυσχερῶν ἐπιόντων· χιῶνος μὲν βαθείας οὕτω
B καὶ πυκνῆς κάτωθεν, ἀέρων δὲ βαρυτάτων ἄνωθεν ἐμπνεόντων. Ἀνακωχῆς δ' οὐδαμόθεν προσδοκωμένης, οὐδ' ὅθεν τις ἄμεινα σχοίη τεκμαιρομένης (τὰ γὰρ πάντα ἀνωφελῆ καὶ ἀνόνητά πως ἐν τοῖς τότε δεινοῖς ἐδέδεικτο), οὐκ ἦν πυρὰ καῦσαι, οὐδ' ἀναπαύσασθαι πρὸς ἀκαρῆ χώραν**) ἡμῖν ἡ χιὼν ἐνεδίδου. (Δ.) Εὖναι δὲ τὴν νύκτα αἱ ἀσπίδες προσῄεσαν***)· πάντα ἡμῖν ἐκεῖναι καὶ κλίναι καὶ ἐπικλίνια νομιζόμεναι τὰ λαμπρότατα. Ἐν γὰρ αὐταῖς τὰ σώματα ἀνεπαύομεν ἐπὶ πυρᾷ, κἀκείνῃ οὐ λαμπρᾷ. Ὕπνον†) δὲ καὶ
C τὰ ἐξ ὀνείρων φαντάσματα, ὥσπερ φοβηθέντα κἀκεῖνα, πάντα ἀπέστησαν. Ἀντεῖχε δ' οὐδεὶς ἄλλου κάλλιον††)· πάντες δ' ὡς ἐν κοινῇ συμφορᾷ ὁμοίως καὶ ψυχὰς καὶ σώματα διετίθεντο. Ἐμακάρισέ τις τοὺς τεθνηκότας, ὡς τοῦ φροντίζειν ἅμα καὶ τοῦ πονεῖν ἀποστάντας· ἐσχετλίασεν ἄλλος κατὰ τῶν ἐσομένων, ποίοις ἄρα καὶ αὐτοὶ δεινοῖς τὸ ζῆν ἐκμετρήσουσιν. Οἱ δὲ πρόσκοποι ἐξέκαμον καὶ αὐτοὶ, ὑπὸ τοῦ πολλοῦ κακοῦ νικηθέντες, καὶ προϊέναι οὐκ ἴσχυον, ἀσαφῶς οὕτω πορευόμενοι κατὰ τῆς χιῶνος. Τὸ δὲ
D δὴ χαλεπώτατον, ὅτι καὶ διὰ πολεμίας ἐπορευόμεθα γῆς, καὶ οὐδ' ἐκ τούτου ἀδεᾶ ἡμῖν καθειστήκει τὰ πράγματα, ἀλλ' ἐν ὁμοίῳ τό, τε τοῦ χειμῶνος καὶ τὸ τῶν πολεμίων ὑφωρᾶτο κακόν. H. e. ..*difficulter applicabant* [*lintres*], *tametsi unaquaeque earum non ultra ternos homines caperet: adeo erant mirabiliter exiles. Quanquam ne sic quidem locum invenire poterant in fluctu, multis earum duobus maximis glaciei frustis collisis atque contritis: quod quoties accidebat, exilientes e lintre qui inerant, in gla-*

*) Sic Cod.

**) Supra scriptum est χρόνον, idemque postea inductum.

***) Sic Cod. Num προσῆσαν;

†) Ὕπνος Cod.

††) Hic scripta erant haec non absoluta: ἀλλ' οἱ χθὲς ἐῤῥωμενέστερον ἔχοντες καὶ θαῤῥεῖν διακελευόμενοι πρὸς ἀλλήλους, σήμερον ἀμβλεῖς καὶ καταπεπτωκότες· ea omnia postea inducta sunt.

cie considebant, ac velut super oneraria navi vehebantur. Aliae lintres vel hauriebantur fluctibus: tam infestum tunc se declarabat Danapris. Nos vero ibi aegre diuque exspectavimus, velut succensentes flumini, quod non esset glaciatum. Nec multis diebus post erat aqua tum undique gelu constricta, tum mirifice firma: ut pedites equitesque intrepide per fluxum commearent, certaminaque tanquam in campis strenue ederent. Ita quasi praestigiatorem aliquem se Danapris praebebat, prius violenter ac saeve elatus, et prope dicam aspicientibus universis terrorem iniiciens: mirumque eundem brevi tempore submissum fractumque adeo videri, ut illuderent et conculcarent omnes quasi subterraneum factum, et in latibulum aliquod a se ipso absconditum. Neque enim tantum aquas manantes referebant fluenta, quantum montes asperos et petrosos ostendebant. Et subter fluens liquor quanam in re aquae vel par vel similis poterat videri? (II.) *Ita moestitia nostra in hilaritatem conversa est: complosis manibus proxime accessimus, per aequor equitantes. Transgressi nullo negotio cum in vicum Borion venissemus, ad corpus reficiendum iumentaque curanda nos convertimus, quae ipsa ex maiori parte aut erant invalida, aut defecerant. Confectis ibi diebus aliquot necessariis ad vires reparandas, accingebamus nos Maurocastrum profecturi. Sed iam paratis rebus omnibus, cum nihil aliud obstaret, ipsa media nocte (quanquam maturius profectum oportebat), flante tunc aquilone gravissimo, hieme omnium saevissima se praecipitante, ut facile crederes, impervia esse itinera, nec obdurare sub dio ullum, propeque fieri non posse, ut qui tecto non servaretur interitum effugeret, tunc, inquam, formidine commoti subsistere ibidem nosque continere statuimus. Cuius consilii auctor apud sodales ego exstiti: non esse ullo modo domibus exeundum, nedum abnoctandum inde: quod princeps sidus (Saturnum vocamus) iam ad vesperum in conspectum se dabat, inque similitudinem naturae eius immutabatur aër. Transibat enim tunc Saturnus circa initia aquarii, sole brumalia signa permeante. Quare tempestas, ubi semel occoeperat, ad maiorem semper saevitiam progressa est, ut quae prius terrifica nobis visa fuerant, cum subsequentibus collata ludus prorsus viderentur: tam luculenter se hiems quoquoversum diffuderat. Ibi diebus compluribus confectis, vix tandemque cogitatio aliqua domum redeundi subiit animum, aëre quoque sereniore se repraesentante.* (III.) *Itaque egressi sumus, ab incolis splendide stipati: omnes me manibus complosis approbant, me tanquam necessarium unusquisque suum respicit, mihi maxima precatur. Hoc die stadia* LXX, *neque illa integra, emensi sumus, idque praegressis ante nos aliis, qui maximam vim nivis iam dimoverant. Postridie eius diei statim a principio difficillime progrediebamur, tanquam in pe-*

lago contra nivem luctantes. Nulla terra hic videbatur esse, neque nix usitata: equi ad collum usque non apparebant: iumenta, quamvis extremo agmine subsequentia, interibant, multaque ibi relinquebantur. Etenim dicebatur nix cubitorum IV. altitudine, eratque difficillima transitu. Ita multi ex comitibus domum se contulerunt, quod calamitatem vim humanam superare arbitrabantur. Atque erat profecto insueta aerumna, miseriis undique fere ingruentibus: infra tam alta et spissa nix, superne flantes venti inclementissimi. Neque ulla sperari poterat malorum intercapedo, nec unde quis meliorem statum assequeretur (omnia inutilia et infructuosa esse his in malis apparebat), nulla erat facultas ignes accendendi, nec requiescere vel minimum spatium permittebat nobis nix. (IV.) *Accedebant noctu scuta pro cubilibus: haec pro omnibus habebamus, et pro stragulis et pro opertoriis splendidissimis. In illis enim corpus ad ignem, nec illum splendidum, refocillabamus. Somnum visa per quietem occurrentia, quasi timentem illa quoque, universum fugaverant. Neque quisquam magis quam alius ad aerumnas obduruerat: omnes erant ut in communi calamitate aeque et animo et corpore afflicti. Alius beatos praedicabat mortuos, ut iam sensu doloribusque liberatos: lamentabatur alius posteros, quibus miseriis oppressi illi quoque vita essent defuncturi. Item labori succubuerant exploratores nostri, vi mali victi, nec per nivem incerto gradu errantes progredi poterant. Omnium autem acerbissimum erat, quod per regionem hosticam iter faciebamus, neque inde erant res nostrae periculo vacuae, sed pariter hiemis hostiumque violentia timebatur.*

Hic imperfecte desinit fragmentum prius. Sequitur post quadraginta circiter folia alterum, eadem intricatissima manu, quod, ut est loco in Cod. posterius, ita praecedenti subiungo: tametsi fortasse ad tempus antecedens pertinet. Gens, cui dux ille, quisquis est, oppidum sibi commissum tradiderit, quae sit, viderint docti, temporum partiumque illarum cognitionem cum prudenti iudicio coniungentes. Rem in Chersoneso Taurica geri declarat mentio Clematum 258. B. facta: scriptura est ligata, quam vocant, saec. x. aut xi. *Ἀρχὴν γὰρ δὴ τότε*
P. 257 *τοῖς βάρβάροις πολεμεῖν ἔγνωμεν**) *ἢ, εἰ δεῖ τι τἀληθῆ φάναι, δείσαντες τὸ μὴ φθῆναι ὑπ' αὐτῶν ἀναιρεθέντες, ἀπέστημεν, καὶ αὐτοῖς τὸ δυνατὸν ἀντιτετάχθαι διενοήθημεν, πάντας ὁμοίως λεηλατούντων καὶ διαφθειρομένων ἀπανθρωπότατα, ὥσπερ τινὰ θηρία κατὰ πάντων τὴν ὁρμὴν ἐνδεικνύντα. Οὐδὲ γὰρ τῶν οἰκειοτάτων φειδώ τις εἰσῄει αὐτοῖς, οὐδὲ λογισμῷ τινι ἢ κρίσει δικαίου*

*) Scriptum est hic, et posterius inductum: *Καὶ διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τὰ βόρεια τοῦ Ἴστρου.*

τὸν φόνον εἰργάσθαι προὔθεντο· ἀλλὰ τὴν Μυσῶν *) λείαν καλουμένην θέσθαι τὴν αὐτῶν **) γῆν κακῶς καὶ ἀσυμφόρως μεμελετήκεσαν. Ἀνατέτραπτο γὰρ τὸ πρὶν αὐτοῖς ἴσον καὶ δίκαιον· ἃ δὴ περὶ πλείστου τιμῶντες τὸ πρότερον τρόπαιά τε τὰ μέγιστα κατωρθώκεσαν, καὶ πόλεις καὶ ἔθνη αὐτεπαγγέλτως προσήεσαν αὐ- B τοῖς. Νῦν δ' ὥσπερ ἐκ διαμέτρου ἀδικία τούτοις καὶ ἀμετρία κατὰ τῶν ὑπηκόων ξυνέστηκε. καὶ πόλεις ὑπηκόους, ἀντὶ τοῦ θεραπεύειν καὶ συμφερόντως εὐνομεῖν, ἀνδραποδίζειν καὶ διαφθείρειν ξυνέθεντο. Σχετλιάζοντές τε κατὰ τῶν ἡγεμόνων, καὶ ὡς οὐκ ἀδικοῖεν βεβαίως δεικνύντες οἱ ἄνθρωποι, οὐδὲν μᾶλλον ἴσχυον τοῦ μὴ τεθνάναι. Φορὰ γάρ τις, ὡς ἔοικεν, οὕτω κακίας ξυμβέβηκεν, ὡς περικλύζεσθαι τὰ τῶν ἀνθρώπων καὶ φοβερώτατα συγκεχῶσθαι δοκεῖν, ὡς ἐκ συμπτώματος ἤ τινος χάσματος παραλογωτάτου καὶ χαλεποῦ. Πόλεις μὲν γὰρ πλείους ἢ δέκα ἀν- C θρώπων ἐξεκενώθησαν, κῶμαι δὲ οὐκ ἐλάττους πεντακοσίων παντελῶς ἐρημώθησαν· καὶ ἁπλῶς, τὰ γείτονα καὶ πλησιόχωρα ἡμῶν ὥσπερ ἐκ χειμῶνος ἐπικλυσθέντα ἐγένοντο, ἄνθρωποί τε, ἠδικηκότες μηδὲν, προβληθέντες ἐπ' ὀμωσίᾳ, χειρῶν ἔργον καὶ ξίφους ἐγένοντο. (B.) Τὸν δὴ τοιοῦτον ὄλεθρον καὶ κοινῇ πάντας κακῶς διαφθείραντα, καὶ περιελθόντα τοῖς ταλαιπώροις ἡμῶν ἀστυγείτοσι, καὶ πρὸς τὴν ἐμὴν ἀρχὴν τελευταίως ἡ πονηρὰ τύχη προ- D σῆξεν, ὑφορώμενον μὲν ἐμοὶ καὶ πρότερον, καὶ πολλὴν ποιουμένῳ πρόνοιαν, μὴ ἄν ποτε ἐξαπιναίως ἐμπέσοι, μηδ' ἐκ τοῦ παραχρῆμα λαθὼν τὰ καθ' ἡμᾶς λυμήναιεν. Ὡς δ' ἀφῖκτο καθαρῶς ὁ κίνδυνος, καὶ πᾶσιν ἀνωμολόγητο φανερῶς, ὡς τὰ περὶ ψυχῆς νῦν ἡμῖν κινδυνεύεται, τὸν μὲν τότε ὄλεθρον σοφώτατ' ὡς εἶχον ἀπεκρουσάμην, ἐμοῦ καίπερ τὰ ἔσχατα παρὰ μικρὸν κινδυνεύσαντος. Τὸ δὲ ἀπὸ τούτου, πόλεμος ἡμῖν ἀκηρυκτὶ καὶ βαρβάροις ἐγένετο, ἐν ᾧ οὔτε ἐπεμίγνυον ἔτι παρ' ἡμῖν (εἰ καὶ μυριάκις περὶ σπονδῶν ἐκηρύκευον), οὔτε ἀμαχητὶ πρὸς ἀλλήλους ἦμεν. Καὶ ὁ μὲν πόλεμος εὐθὺς ἤρξατο, ὁ δὲ χειμὼν ἐγγὺς ἦν ἐμβαλεῖν· ἔτι P. 258 γὰρ οὐ πολὺ τῶν ..***) ὁ ἥλιος ἀπῆν. Ἀλλ' οἱ μὲν βάρβαροι, στρατῷ παρασκευασθέντες ἱκανῷ, ἐσέβαλον εἰς τὴν γῆν ἡμῶν, ἱππικῷ τε ἅμα καὶ πεζῷ, νομίσαντες ὡς ἅμα βοῇ παραλήψεσθαι ἡμᾶς, τῇ τε τοῦ τείχους ἀσθενείᾳ, τῇ τε ἡμῶν ὀρρωδίᾳ. Καὶ οὐκ ἀπεικὸς ἦν αὐτοῖς ταῦτα οἴεσθαι, οὕτως ἐπὶ κατεσκαμμένῃ πόλει τὴν οἴκησιν ποιουμένων ἡμῶν, καὶ ὡς ἀπὸ κώμης μᾶλλον ἢ πόλεως τὰς προσβολὰς ποιουμένων ****). Ἡ γῆ γὰρ προκατέσκαπτο παρ' αὐτῶν

*) *Μεισῶν* Cod.

**) Sic: prius scripserat *ἡμῶν*, sed id induxit.

***) Haec omnia inducta, reposita, iterum partim inducta. Ubi asteriscum notavi, in Cod. est *χειρινῶν*. Num *χειμερινῶν*, sc. *τροπῶν*;

****) Hic subsequuntur illa, posterius inducta: *Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν πολλοὺς αὐτῶν ἀποβαλλόντες* [sic] *καὶ καταισχυνθέντες ἀπῆεσαν πρὸς ἑσπέραν, φυλάξαντες* [sic] *τὸ περίορθρον. Πρὸς μὲν γὰρ τὸ πεζὸν τοξότας καὶ αὐτὸς ἀντεταξάμην, πρὸς δὲ τὸ ἱππικὸν ἱππικὸν, διχῇ τὸν στρατὸν παρατάξαντες.*

gorium Presbyt. Vita S. Gregorii Nazianz. I. cxliij. A. *προφητικῶς εἰπεῖν*· alluditur ad Iesaiam xxx. 17. Vel Concilio Oecumen. septimo in refutatione definitionis Iconoclast. IV. 328. E. *προφη-*
B *τικῶς φάναι, ἀναμέσον ἁγίου καὶ βεβήλου οὐ διέστειλαν.* Ubi praeterea vertendum non, *ut prophetice fateamur*, quod dedit vetus interpres, non animadvertens esse locum Scripturae sacrae, sed: *ut prophetae* [Ezechielis xxii. 26.] *verbis utamur.*

Ibid. lin. 21. *Ἐνταῦθα φρουρίῳ προσβάλλει*] Ista, usque ad verba *ἐκ βάθρων ἀνήγειρεν*, ante Bandur. Imperio Oriental. II. 481. B., apud quem *Συρᾷ* legitur et *Μεμπετζέ*, iam Ducangius vulgaverat Nott. in Zonarae Annal. II. 107. D. non sine minutis mendis, quae tamen tanti non sunt, ut sigillatim exagites. Ad hanc expeditionem Syriacam Tzimiscae, a. 974. susceptam, Elmacinus Hist. Sarac. 233. C. perperam refert expugnationem Antiochiae, factam a Burza a. 969: vide supra 49. D. et 221. A.

Pag. 166. *lin.* 18. *Ἐντεῦθεν ἀπάρας*] Haec usque ad finem capitis V, *ὥς μοι ἤδη δεδήλωται*, 103. D, et utraque lingua apud Bandurium II. 480. B. et Graece duntaxat in Ducangii Nott. in Zonar. II. 103. C. Sed ibi, ut alia minuta menda taceam, verba
C *τὴν εἰκόνα*, quae leguntur in hac ed. pag. 167. lin. 4. una cum linea 5. integra non sine aliquo perspicuitatis detrimento omissa sunt, opinor quod voces repetitae *παραλιπεῖν* et *παρειληφέναι* Ducangii describentis oculos turbarent.

Pag. 167. *lin.* 6. *τὸν δὲ τῶν ὁμοθρήσκων*] Ducangius *τῶν δὲ τῶν*, male.

Ibid. lin. 7. *πρὸς ἐνώπια*] Vocem Homericam *ἐνώπιον* (Iliad. *Θ.* 435. *N.* 261. Odyss. *Δ.* 42. *X.* 121. vide Heynium virum immortal. Obss. ad Iliad. v. 491. B.) non intellexit Banduri, sic vertens, *coniectis oculis in ea, quae a fronte sibi obiecta erant.*

Ibid. lin. 8. *ἀνατεθειμένην*] Ducangius *ἀνατεθριμμένην* [sic].

Ibid. lin. 19. *ἀποτρίψασθαι*] Ducang. *ἀποτρέψασθαι.*

Ibid. lin. 20. *προσβολῇ*] Ducang. *προβολῇ*, et paulo post,
D. lin. 3. *τοὺς δὲ δυσμενεῖς*· item lin. 5. *εἰσπηδῆσαί τε τῶν Ἑβραίων ἑστίαν.* Quae sequuntur omittit, usque ad verba, *καὶ τ. μεγαλοπρεπῶς*· quae item ex Codice restituenda.

D *Pag.* 166. *lin.* 5. *πολιορκεῖν ἐξ ἐπιδρομῆς*] Dictio ex Agathia 50. A.

Ibid. lin. 9. *εὐχείμερον*] Occurrit *εὐχείμερος* hoc fere sensu apud Arist. De rep. II. 438. A. quanquam vocem eam eiicere inde volebat Muretus Variis lectt. in Thesaur. crit. Gruter. II. 1125. B.

Ibid. lin. 20. *ἐφ' ὅλαις ἡμέραις ἐπεπολητο τὴν ἐπιτολὴν ὀγδοήκοντα*] Cedrenus II. 683. B. visum esse ait a mense Augusto ind. III. *ἕως Ὀκτωβρίου μηνὸς τῆς τετάρτης ἰνδίκτου.* Sic enim demonstrant Codd. legendum esse, non *ἕως ὀκτὼ μηνῶν τ. τ. l.* quod est in cuso.

Pag. 170. *lin.* 4. *κατὰ τὴν Παγκάλειαν παρετάξατο*] De

hac rebellione Bardae Scleri, quae fere ab obitu Tzimiscae a. 976. ad a. 981. perduravit (quo anno incipiunt Basilii Imp. expeditiones contra Bulgaros), vide Cedren. II. 692. D. Pagi Crit. ad Ann. Baron. IV. 38. A. et 45. A. Le Beau *Histoire du Bas - Emp.* XVI. 230. A.

Pag. 171. *lin.* 3. *ἠπείγετο κατὰ τῶν Μυσῶν*] De infelice hac expeditione Basilii contra Bulgaros a. 981. suscepta cf. Cedren. II. 695. B.

Ibid. lin. 13. *τῇ κακοπραγίᾳ τῶν στρατηγῶν*] Habet vox *κακοπραγία* apud Graecos significationes tres, quas cum neque Sui- P. 252
cerus neque ullus alius, quod sciam, distinxerit, hic paulo copiosius expediam. Prima, de qua sola adhuc Lexicographi egerunt, est, *miseria, res adversae,* quo sensu boni scriptores multi vocem usurpaverunt: Iosephus Antiq. Iud. 43. C. 54. A. 103. C. 112. C. 460. F. De bello Iud. 743. D. 847. C. 856. D. 858. D. 975. C. Plutarchus Coriolan. 230. E. Lysandr. 434. D. Demetrio 914. B. M. Anton. 923. B. Eusebius Praepar. Evang. 386. D. Philistus apud S. Clement. Alex. Strom. 260. D. Artemidorus Onirocrit. 234. C. S. Basilius Epist. CCLVII. ad Eusebium Samosaten. II. 1028. S. Gregorius Nyssen. Orat. contra fornicarios III. 262. A. S. Ioannes Chrys. Orat. XXX. de ascensione Domini VII. 331. 27. S. Isidorus Pelusiota lib. V. Epist. LXIX. 19. C. et, qui in primis ea voce delectatur, Philo De Cherubim 87. F. G. De sacrificiis Abelis et Caini 116. F. Quod deterius potiori insidiari soleat 140. G. De agricultura 154. E. 163. B. Quod Deus sit immutabilis 234. E. De confusione B
linguarum 251. D. De Abrahamo 281. E. 300. G. De migratione Abrahami 327. B. De congressu quaerendae eruditionis grat. 333. G. De Ioseph. 425. G. 431. E. 434. F. De somniis 450. G. De vita Mos. 524. D. De creatione principis 563. G. De decalogo 579. A. De specialibus legg. 619. B. De mercede meretricis non accipienda 668. C. De praemiis et poen. 714. A. De execratione 723. D. 725. G. In Flacc. 750. F. 760. C. 763. D. 765. C. G. 767. A. Altera significatione apud scriptores Christianos aut Iudaeos: *actio reprehendenda*, *peccatum*, idque modo generaliter, quod aiunt, modo speciatim. Iosephus Antiq. Iud. 14. A. *ἐπὶ λανθανούσῃ κακοπραγίᾳ.* S. Clemens Alexand. Strom. 738. A. *πᾶσα μὲν οὖν ἡ διὰ τοῦ ἐπιστήμονος πρᾶξις, εὐπραγία· ἡ δὲ διὰ τοῦ ἀνεπιστήμονος, κακοπραγία.* S. Gregentius Tephrensis Disputat. cum Herbano Iudaeo 124. A. *ὁ νοῦς καὶ ἡ καρδία* [nempe, *corrumpuntur*] *ὑπὸ ἀλλοτρίων κακαπραγιῶν.* Palladius Vita S. Ioann. Chrysost. 59. B. *ἀναδιδάξαι τὰς αὐτοῦ κακοπραγίας.* Speciatim videtur significare *peccatum interius*, hoc est, pravam operationem in mente C
nostra. Ita S. Marcus Eremita De baptismo I. 921. C. fieri non posse scribit, ut *ἐκτὸς ἡμετέρας κακοπραγίας* prolixe confabulemur cum eo, quem ex intimo corde oderimus. Sumitur quoque pro corporum commixtionibus vetitis. S. Epiphanius Adversus

haeres. I. 98. B. *τὰ αἰσχρὰ ἀποκαλύπτων τῶν τὰς κακοπραγίας ἐργαζομένων.* Et 522. B. *τὴν τῆς κακοπραγίας ἐργασίαν.* Tertia significatio, qua Leo quoque utitur in loco nostro, est, *malignitas, pravitas,* ut iam non sit actus, sed habitus. Quo sensu videtur vox hellenistica. Legitur sic certe Sapientia Salomonis v. 24. *καὶ ἡ κακοπραγία περιτρέψαι θρόνους δυναστῶν.* Versio vulgata: *et malignitas evertet sedes potentium.* Artemidorus Onirocr. 239. A. *θεῶν πανουργίαν ἢ κακοπραγίαν.* Iosephus Antiq. Iud. 667. E. de Caio Caesare: *σκαιός τε καὶ κακοπραγίας εἰς*
D *τὸ ἄκρον ἀφιγμένος.* Vita S. Nili iunioris 104. C. *πᾶσι κοινὸν τὸ τῆς κακοπραγίας ἀβούλευμα.* Neque fere dubito quin ita intelligendus sit anonymus in Martyrio SS. Eustathii, Theopistes ac liberorum 24. B. qui S. Eustathium sic in precibus conquerentem facit: *τὰ γὰρ ἄθλια νήπια εὖ οἶδα ὅτι διὰ τὴν ἐμὴν κακοπραγίαν* [*ob pravitatem meam*] *θηριάλωτα γεγόνασι.* Combefisius minus bene, *quae mea est misera sors.*

Pag. 172. *lin.* 8. *Τεκμήριον τοῦτο σαφὲς*] Proposui in margine *τούτου.* Sed Leonem fortasse in errorem impulit studium imitandi Agathiam 48. D. et 133. C.

Ibid. lin. 10. *αὐθημερὸν*] De prosodia huius vocis si quis quaerat, analogia videtur tueri in adverbio scripturam *αὐθημερόν* sicque habent et Cod. noster et scriptores plerique (velut unus Plutarchus Poplic. 108. E. Fab. Max. 179. F. Paulo Aemil. 268. C. Aristid. 321. C. 331. E. Pyrrho 389. F. Agide et Cleom. 811. A. Dione 959. C. Stoicos absurdiora dicere quam poëtas 1058. B. Leo grammat. De expugnat. Syrac. supra 180. A. item Thucydides, Aristophanes, Iosephus, Eusebius, Agathias, unde opinor
P. 253 Leo sumsit 15. D. 42. B. 84. C. 100. D. 125. C. 169. C. 171. A. aliique prope innumeri) et Lexicographi maiore ex parte. Contra *αὐθήμερον* S. Antiochus De iracund. I. 1065. B. De inobedientia 1088. C. Achmetes Onirocr. 112. D. (sed 275. A. *αὐθημερόν*). Eustathius Antiochenus De anima et contra Arianos, apud Eustratium Presbyterum De operatione animar. post mortem 499. A. Theodorus Studita De sancta cruce 290. B. Hedericûs Lexico manual. (edit. certe a. 1767. 8.) 374. B. Apud LXX. interpretes, quando respondet hebraico בְּיוֹם, *eo ipso die,* acuitur, velut Proverb. XII. 17: quando valet בְּיוֹמוֹ, *die suo,* i. e. die pacta et constituta, ut Proverb. XII. 16, scribitur *προπαροξυτόνως.* Quem disparilem acuendi rationem secundum diversitatem significationis tum Clementem Alex. retinuisse video Strom. 397. B. tum multos eorum, quos memini: nec tamen omnes. Quapropter, quod temere fortasse evenit, ut stabile praeceptum
B obtrudere hic nolim.

Ibid. lin. 17. *τὰ αὐτῷ διαφέροντα*] Mirum, ut huius verbi vis fugerit interpretes caeteroquin non indoctos. Notum est Graece dici *διαφέρει μοι τοῦτο, hoc ad me pertinet.* Inde accidit, ut,

quemadmodum senescente latinitate locutio, *res ad me pertinet*, synonyma facta est illi, *res mihi est propria* (unde verba barbara *appertinere* et *appartenire*), eodem modo apud Graecos sequioris aetatis τοῦτό μοι διαφέρει significet, *hoc meum est.* Apud Palladium Vita S. Ioannis Chrysost. 81. C. episcopus Imperatori dicit, ἡ γὰρ πόλις σοι διαφέρει, *civ. tibi est*, h. e. *tu es civitatis dominus.* S. Isidorus Pelusiota Epist. CCXCI. ad Titianum, 104. C. τὸ οὖς τοῦ οἰκέτου ἀπέτεμε, τοῦ τῷ ἱερεῖ διαφέροντος, *qui ad sacerdotem attinebat*, vertit Iacobus Billius. Horapollo Hieroglyphicis 18. B. ἡ μονόκερως καὶ ἰδιόμορφος, ἣν Ἑρμῇ διαφέρειν ἐνόμισαν. Mercerus non male, *Mercurio sacrum esse.* Item bene interpres Concilii Oecum. sexti, III. 1297. B. ἐν ἑνὶ μετάτῳ, διαφέροντι τῇ μονῇ Χρυσοπόλεως· *in uno metato, iuris monasterii Christopoleos:* quanquam error sit in novissima voce. Contra pessime Godefridus Tilmannus in S. Antiocho Homil. LXVI. de veritate I. 1127. D. τὸ γὰρ ψεῦμα τῷ δυσμενεῖ διαφέρει, *mendacium hosti* [*hominum*, h. e. Diabolo] *proprium est*, sic vertit: *nihil enim ab hoste humanae salutis differt mendacium.* Nec rectius vetustus interpres supplicationis clericorum et monachorum Antiochiae in Concilio Cptano sub Mena II. 1320. C. in phrasi, illi Leonis non absimili: τὰ διαφέροντα αὐτῇ [ecclesiae] σκορπίζων, *ea, quae ipsi Ecclesiae conferunt, dissipando.* Scribe, *bona eius.* Melius interpres assecutus sensum est Actione tertia Concilii eiusd. II. 1241. C. παρεγενόμεθα καὶ ἐν τῷ προαστείῳ τῷ διαφέροντι τῷ αὐτῷ Πέτρῳ, *ivimus ad suburbanum, quod pertinet ipsi Petro:* nisi quod pronomen αὐτὸς, *ipse*, cum ὁ αὐτὸς, *idem*, male confuderit, Romanaeque aures *pertinere alicui* aegre ferre possint. Ita inferius quoque 1241. D. ἐν προαστείοις διαφέρουσιν αὐτῷ τε Ἀνθίμῳ καὶ Πέτρῳ, *in suburbiis pertinentibus ipsi Anthimo et Petro*, scribere saltem oportebat *ad Anthimum et Petr.* Sed apud Stephanum Byzant. De urbibus 78. B. νῆσος διαφέρουσα μὲν τῷ πανευφήμῳ πατρικίῳ, *insula propria illustri patricio*, Berkelius tantum non ridicule vertit, *insula quaedam est eximia apud celeberrimum patricium.* Et in Theophylacto Bulgariae Archiepisc. Epist. XXVII. ad Michaël. Chalcedon. VIII. 848. D. ἐνορία τις ἐστι, τῇ καθ' ἡμῶν ἀρχιεπισκοπῇ διαφέρουσα· interpres Latinus Vincentius Marinerius: *Est quidam loci terminus, a nostro archiepiscopatu diversus.* Verte, *n. archiepiscopatui proprius.* Item Epist. XXXIII. ad Ioannem Grammat. VIII. 864. C. χωρίον τῇ καθ' ἡμᾶς ἐκκλησίᾳ διαφέρον, περὶ τὸν Βαρδάριον διακείμενον. Interpres, *locus a nostra ecclesia diversus.* Emenda ut supra, *l. eccl. nostrae proprius.* Possim, si liberet, pluribus exemplis lapsus eruditorum, huius quoque aetatis, in eadem voce patefacere. Ne longus fiam, illud duntaxat addam, primo, dici non alio sensu οἱ διαφέροντες, *nos proches, die Angehörigen, propinqui.* Artemidorus Onirocr.

149. A. *συνέβη τοὺς πλείονας τῶν διαφερόντων τοῦ θεασαμένου τὸ ὄναρ νοσῆσαι.* Deinde, vetustum esse illum usum verbi *διαφέρω*, aut certe primis saeculis religionis nostrae non incognitum, testari inscriptiones duas a Iac. Gronovio relatas Memoria Cossoniana 144. B. Alteram No. XVI:

P. 254

ΤΟΥΤΟ. ΤΟ. ΑΝΓΕΙΟΝ. ΔΙΑΦΕΡΕΙ. ΑΥΡ. ΘΕΟΚΤΙΣΤΩ. ΜΑΡΚΕΛΛΟΥ.

Hic loculus est Aurelio Theoctisto, Marcelli F.

Alteram *ibid.* No. XVII. in qua, voce penultima, legendum videtur *ΑΥΤΟΥ*:

ΑΥΤΗ. Η. ΣΟΡΟΣ. ΔΙΑΦΕΡΕΙ ΠΟΛΥΚΑΡΠΩ. ΥΠΟΔΙΑΚΟΝΩ. ΚΑΙ. ΤΗ ΓΥΝΑΙΚΙ. ΗΟΥ. ΠΑΛΛΑΔΙΑ.

Haec arca est Polycarpo subdiacono, et uxori eius Palladiae.

Inscriptionem secundam Christianam esse patet, priorem credendum est. Positas opinor saeculo secundo, aut tertio.

Pag. 174. *lin.* 17. *γνωματεύων ὅτῳ τρόπῳ*] Scripsi *meditans:* fortasse paulo magis ad sensum Leonis fuisset, vertere hic et 5. C. *explorans:* apud Agathiam certe *γνωματεύω* est hac no-

B tione 25. C. *γνωματεύσοντας ἐς τὸ ἀκριβὲς τὰ βουλεύματα τῶν πολεμίων.* Apud eundem 20. D. et 119. C. vertitur *perpendens:* 116. A. *pensitans.*

Pag. 175. *lin.* 10. *τῆς Χερσῶνος ἅλωσιν*] Haec est illa Chersonis a Wladimiro Magno occupatio, quam Nestor Annal. 105. B. version. Scher. a. Christi 988. accidisse auctor est. Ad illustrandas res temporum illorum pertinent fortasse epistolaene dicam an commentarii fragmenta, servata in Cod. saec. x. exeuntis, S. Basilii, Phalaridis, S. Gregorii Nazianzeni epistolas varias continente. In hoc igitur Codice, qui fuit Bibliothecae Regiae, possessor, qui et legationem circa Danaprim (vide infra 254. D.) obivit, et oppido praefuit (257. D.), litteris minutis perplexisque admodum, nec multo quam Cod. ipse recentioribus folia duo vacua illevit, multis verbis mutatis, inductis, superscriptis, ut dubitare non queas, eum hunc Cod., ut est exiguae molis, in expeditionibus secum portasse, pagellisque eius vacuis ad episto-

C las commentariosque meditandos esse usum. Dabo fragmenta quo ordine sunt in Cod.: tametsi legationem, de qua statim, non nisi post bellum (vide alterum fragmentum 256. D.) accidisse facile dicas. Prius sic incipit imperfecte, de Danapris traiectu, glacierum fragmentis lintres transmittentium infestantis: .. *δυσχερῶς κατήγετο, καίτοι μὴ πλείους τριῶν ἀνδρῶν ἑκάστου σφῶν δεχομένου· οὕτω πάνυ φαυλότατα ἦν. Ἀλλ' οὐδὲ ταῦτα ὅμως χώραν εἶχε παρὰ τῷ ῥεύματι· πολλὰ γὰρ αὐτῶν ἐπὶ μείστοις πάγοις δυσὶ συνηράσσετο καὶ ξυνέπιπτε· καὶ ὁσαχοῦ τοῦτο ξυμβαίη, ἐκπηδῶντες**)

*) *ἐκπηδόντες* Cod.

τοῦ πλοίου οἱ ἐν αὐτῷ *) τῷ πάγῳ καθῆντο, καὶ ὡς ἐφ' ὁλκάδος ἐφέροντο. Ἔνια δὲ αὐτῶν καὶ κατέῤῥαξεν ὑποβρύχια· οὕτως ἄρα D
χαλεπαίνων ὁ Δάναπρις ἐτύγχανεν. Ἡμεῖς δὲ αὐτοῦ χαλεπώτερον καὶ ἐπὶ πλεῖστον προσεδεχόμεθα, καὶ ἦμεν ὥσπερ ὀργιζόμενοι κατ' αὐτοῦ, τῷ μὴ πεπῆχθαι. Καὶ οὐ πολλάς πω ὕστερον ἡμέρας τὸ ὕδωρ ἁπανταχῆ πέπηκτο, καὶ ἐπὶ μέγα ἦν ἰσχυρόν· ὡς καὶ πεζῇ καὶ ἵπποις ἀφόβως ἰέναι κατὰ τοῦ ῥεύματος, καὶ ἀγῶνας ὡς ἐπὶ πεδίων ἀνδρικῶς ἀγωνίζεσθαι. Καὶ καθάπερ τις θαυματοποιῶν ὁ Δάναπρις ἐδέδεικτο, βαρὺς μὲν καὶ χαλεπὸς τὸ πρὶν αἰωρούμενος **), καὶ μονονουχὶ τοὺς εἰς αὐτὸν ὁρῶντας πάντας φοβῶν· μετὰ δὲ μικρὸν ἀνεῖναί τε, καὶ τοσοῦτον μαλακισθῆναι, ὡς ὑφ' ἁπάντων παίζεσθαί τε καὶ καταπεπατῆσθαι, ὑπόγειός τις ὥσπερεὶ δεικνύμε- P. 255
νος, ὑπὸ κατάδυσίν τινα ἑαυτὸν καθιδρύσας. Οὐ γὰρ ὕδασιν οὕτω νάουσιν ἐῴκει τὰ ῥεύματα, ἀλλ' ὄρη σκληρά ***) τινα καὶ λιθώδη μᾶλλον ἐδέδεικτο. Τί γὰρ ἴσον ἢ ἐοικὸς τὸ καταφερόμενον ἐκεῖνο καὶ ὕδατι; (B.) Ὅθεν ἡμῖν τὸ κατηφὲς εἰς χαρὰν μεταβέβλητο· καὶ χεῖρας ἀνακροτήσαντες ἱκανῶς προσίεμεν, κατὰ πέλαγος ἱππασάμενοι. Ἀκωλύτως τε διαβάντες καὶ κατὰ τὴν κώμην γενόμενοι τὴν Βοριῶν, πρὸς εὐωχίαν ἐτράπημεν καὶ ἵππων ἐπιμέλειαν, ἠπο- B
ρημένων καὶ αὐτῶν καὶ καταπεπονημένων ὡς πλεῖστον. Κἀκεῖ ἡμέρας ὅσον ἀναλαβεῖν ἑαυτοὺς διατρίψαντες, ὡς πρὸς τὸ Μαυρόκαστρον χωρεῖν ἠπειγόμεθα. Ὡς δ' ἕτοιμα ἦν ἡμῖν τότε πάντα, καὶ ἐμποδὼν ὑπῆρχεν οὐδέν, περὶ μέσας νύκτας αὐτὰς (ὅτε καὶ προϊαίτερον ἡμᾶς ἐξορμῆσαι ἐχρῆν), ἄρκτου τότε βαρύτατον πνεύσαντος, καὶ χειμῶνος παντὸς μᾶλλον χαλεπωτάτου καταῤῥαγέντος, ὡς ἀβάτους μὲν τὰς διόδους οἴεσθαι, μηδένα δὲ ὑπαίθριον ζῆν, σχεδὸν δὲ ἀδύνατον εἶναι τὸν μὴ στέγῃ σωζόμενον περιεῖναι, δεί- C
σαντες ἀναπεπαῦσθαι καὶ ἠρεμεῖν ἔγνωμεν αὐτοῦ· ἐμοῦ τοῦτο τοῖς συσσίτοις εἰπόντος, ὡς οὐ δεῖ τῆς οἰκίας ὁπωσοῦν ἐξιέναι, οὐδὲ ἀποκοίτους ἡμᾶς ἐνθένδε γενέσθαι· τοῦ πρώτου τῶν ἄστρων ἑσπέριον φάσιν ἤδη ποιοῦντος, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνον μετατρεπομένου τοῦ περιέχοντος (Κρόνου δὴ καλουμένου ****)). Καὶ γὰρ ἔτυχε περὶ τὰς ἀρχὰς αὐτὸς διϊὼν ὑδροχόου, ἡλίου κατὰ τὰ χειμερινὰ διατρέχοντος. Ὁ μὲν οὖν χειμὼν ἀρξάμενος ἀεὶ προὔβαινε χαλεπώτερος, καὶ ξυνέβη τὰ πρότερον ἡμῖν δόξαντα φοβερὰ παιδιαὶ καθάπαξ πρὸς τὰ μετὰ ταῦτα δοκεῖν· οὕτως ἄρα λαμπρῶς ὁ χειμὼν διέσχε πανταχῆ. Ἡμέρας δὲ διατρίψαντες ἱκανὰς, μόλις ὀψέ ποτε καὶ D
τῆς πρὸς τὰ οἰκεῖα μνήμη τις ἐπανόδου εἰσῄει, εὐδιεινοτέρου καὶ

*) Videtur deesse aliquid vel hic, vel post οἱ.

**) ἐωρούμενος Cod.

***) Haec sunt tam intricate scripta, ut nescias utrum σκληρὰ an σκιερὰ legendum sit.

****) Ante verba τοῦ πρώτου legebatur καὶ ὡς ἐκ τῶν ἄστρων ἐμοὶ δέδεικται· post καὶ πρὸς illa, τὴν ἑαυτοῦ φύσιν· post περιέχοντος illa, φύσει ψυχρότατος καὶ χιονώδης [sic] δοκῶν. Quae omnia ab ipso scriptore inducta sunt: verba Κρόνου δὴ καλ. videntur loco mota.

τοῦ περιέχοντος δεδειγμένου. (Γ.) Καὶ δὴ ἐξίημεν, δορυφορούμενοι παρὰ τῶν ἐγχωρίων διαφανῶς, πάντων εἰς ἐμὲ τὰς χεῖρας ἀνακροτούντων, καὶ βλεπόντων ὡς πρὸς οἰκεῖον αὐτοῦ ἕκαστος*), καὶ τὰ μέγιστα εὐχομένων. Τότε μὲν οὖν οὐδὲ πάντας αὐτοὺς ἑβδομήκοντα σταδίους παρημείψαμεν, καὶ ταῦτα πρὸ ἡμῶν ἄλλων διαβεβηκότων καὶ τὸ πολὺ τῆς χιῶνος ἐκκρουσαμένων. Τῇ δ' ὑστε-
P. 256 ραίᾳ ἀρξάμενοι χαλεπώτατα προήειμεν, ὥσπερ ἐπὶ πελάγους διαπαλαίοντες κατὰ τῆς χιῶνος. Οὐ γὰρ δὴ γῆ τις ἐδόκει εἶναι, οὐδὲ χιὼν συνήθης· ἀλλ' οἱ μὲν ἵπποι μέχρις τραχήλων οὐχ ἑωρῶντο· τὰ δ' ὑποζύγια, καίπερ τελευταῖα ἀκολουθοῦντα ἡμῖν, διεφθείρετο, καὶ αὐτοῦ πολλὰ καταλέλειπτο. Τετράπηχυς γὰρ ἡ χιὼν ἐλέγετο, καὶ χαλεπῶς διαβατὴ ἦν. Πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἀκολούθων ἀφώρμησαν οἴκαδε, μεῖζον ἢ κατ' ἀνθρωπίνην δύναμιν τὸ ξύμβαν οἰηθέντες. Καὶ ἦν γάρ τι τῶν οὐ ξυντρόφων τὸ χαλεπὸν,
B πολλαχόθεν τῶν δυσχερῶν ἐπιόντων· χιῶνος μὲν βαθείας οὕτω καὶ πυκνῆς κάτωθεν, ἀέρων δὲ βαρυτάτων ἄνωθεν ἐμπνεόντων. Ἀνακωχῆς δ' οὐδαμόθεν προσδοκωμένης, οὐδ' ὅθεν τις ἄμεινα σχοίη τεκμαιρομένης (τὰ γὰρ πάντα ἀνωφελῆ καὶ ἀνόνητά πως ἐν τοῖς τότε δεινοῖς ἐδέδεικτο), οὐκ ἦν πυρὰ καῦσαι, οὐδ' ἀναπαύσασθαι πρὸς ἀκαρῆ χώραν**) ἡμῖν ἡ χιὼν ἐνεδίδου. (Δ.) Εὖναι δὲ τὴν νύκτα αἱ ἀσπίδες προσῄεσαν***)· πάντα ἡμῖν ἐκεῖναι καὶ κλίναι καὶ ἐπικλίνια νομιζόμεναι τὰ λαμπρότατα. Ἐν γὰρ αὐταῖς τὰ σώματα ἀνεπαύομεν ἐπὶ πυρᾷ, κἀκείνῃ οὐ λαμπρᾷ. Ὕπνον†) δὲ καὶ
C τὰ ἐξ ὀνείρων φαντάσματα, ὥσπερ φοβηθέντα κἀκεῖνα, πάντα ἀπέστησαν. Ἀντεῖχε δ' οὐδεὶς ἄλλου κάλλιον††)· πάντες δ' ὡς ἐν κοινῇ συμφορᾷ ὁμοίως καὶ ψυχὰς καὶ σώματα διετίθεντο. Ἐμακάρισέ τις τοὺς τεθνηκότας, ὡς τοῦ φροντίζειν ἅμα καὶ τοῦ πονεῖν ἀποστάντας· ἐσχετλίασεν ἄλλος κατὰ τῶν ἑσομένων, ποίοις ἄρα καὶ αὐτοὶ δεινοῖς τὸ ζῆν ἐκμετρήσουσιν. Οἱ δὲ πρόσκοποι ἐξέκαμον καὶ αὐτοὶ, ὑπὸ τοῦ πολλοῦ κακοῦ νικηθέντες, καὶ προϊέναι οὐκ ἴσχυον, ἀσαφῶς οὕτω πορευόμενοι κατὰ τῆς χιῶνος. Τὸ δὲ
D δὴ χαλεπώτατον, ὅτι καὶ διὰ πολεμίας ἐπορευόμεθα γῆς, καὶ οὐδ' ἐκ τούτου ἀδεᾶ ἡμῖν καθειστήκει τὰ πράγματα, ἀλλ' ἐν ὁμοίῳ τό, τε τοῦ χειμῶνος καὶ τὸ τῶν πολεμίων ὑφωρᾶτο κακόν. H.e. ..*difficulter applicabant* [*lintres*], *tametsi unaquaeque earum non ultra ternos homines caperet: adeo erant mirabiliter exiles. Quanquam ne sic quidem locum invenire poterant in fluctu, multis earum duobus maximis glaciei frustis collisis atque contritis: quod quoties accidebat, exilientes e lintre qui inerant, in gla-*

*) Sic Cod.

**) Supra scriptum est χρόνον, idemque postea inductum.

***) Sic Cod. Num προσῆσαν;

†) Ὕπνος Cod.

††) Hic scripta erant haec non absoluta: ἀλλ' οἱ χθὲς ἐῤῥωμενέστερον ἔχοντες καὶ θαῤῥεῖν διακελευόμενοι πρὸς ἀλλήλους, σήμερον ἀμβλεῖς καὶ καταπεπτωκότες· ea omnia postea inducta sunt.

cie considebant, ac velut super oneraria navi vehebantur. Aliae lintres vel hauriebantur fluctibus: tam infestum tunc se declarabat Danapris. Nos vero ibi aegre diuque exspectavimus, velut succensentes flumini, quod non esset glaciatum. Nec multis diebus post erat aqua tum undique gelu constricta, tum mirifice firma: ut pedites equitesque intrepide per fluxum commearent, certaminaque tanquam in campis strenue ederent. Ita quasi praestigiatorem aliquem se Danapris praebebat, prius violenter ac saeve elatus, et prope dicam aspicientibus universis terrorem iniiciens: mirumque eundem brevi tempore submissum fractumque adeo videri, ut illuderent et conculcarent omnes quasi subterraneum factum, et in latibulum aliquod a se ipso absconditum. Neque enim tantum aquas manantes referebant fluenta, quantum montes asperos et petrosos ostendebant. Et subter fluens liquor quanam in re aquae vel par vel similis poterat videri? (II.) *Ita moestitia nostra in hilaritatem conversa est: complosis manibus proxime accessimus, per aequor equitantes. Transgressi nullo negotio cum in vicum Borion venissemus, ad corpus reficiendum iumentaque curanda nos convertimus, quae ipsa ex maiori parte aut erant invalida, aut defecerant. Confectis ibi diebus aliquot necessariis ad vires reparandas, accingebamus nos Maurocastrum profecturi. Sed iam paratis rebus omnibus, cum nihil aliud obstaret, ipsa media nocte (quanquam maturius profectum oportebat), flante tunc aquilone gravissimo, hieme omnium saevissima se praecipitante, ut facile crederes, impervia esse itinera, nec obdurare sub dio ullum, propeque fieri non posse, ut qui tecto non servaretur interitum effugeret, tunc, inquam, formidine commoti subsistere ibidem nosque continere statuimus. Cuius consilii auctor apud sodales ego exstiti: non esse ullo modo domibus exeundum, nedum abnoctandum inde: quod princeps sidus (Saturnum vocamus) iam ad vesperum in conspectum se dabat, inque similitudinem naturae eius immutabatur aër. Transibat enim tunc Saturnus circa initia aquarii, sole brumalia signa permeante. Quare tempestas, ubi semel occoeperat, ad maiorem semper saevitiam progressa est, ut quae prius terrifica nobis visa fuerant, cum subsequentibus collata ludus prorsus viderentur: tam luculenter se hiems quoquoversum diffuderat. Ibi diebus compluribus confectis, vix tandemque cogitatio aliqua domum redeundi subiit animum, aëre quoque sereniore se repraesentante.* (III.) *Itaque egressi sumus, ab incolis splendide stipati: omnes me manibus complosis approbant, me tanquam necessarium unusquisque suum respicit, mihi maxima precatur. Hoc die stadia* LXX, *neque illa integra, emensi sumus, idque praegressis ante nos aliis, qui maximam vim nivis iam dimoverant. Postridie eius diei statim a principio difficillime progrediebamur, tanquam in pe-*

lago contra nivem luctantes. Nulla terra hic videbatur esse, neque nix usitata: equi ad collum usque non apparebant: iumenta, quamvis extremo agmine subsequentia, interibant, multaque ibi relinquebantur. Etenim dicebatur nix cubitorum IV. altitudine, eratque difficillima transitu. Ita multi ex comitibus domum se contulerunt, quod calamitatem vim humanam superare arbitrabantur. Atque erat profecto insueta aerumna, miseriis undique fere ingruentibus: infra tam alta et spissa nix, superne flantes venti inclementissimi. Neque ulla sperari poterat malorum intercapedo, nec unde quis meliorem statum assequeretur (omnia inutilia et infructuosa esse his in malis apparebat), nulla erat facultas ignes accendendi, nec requiescere vel minimum spatium permittebat nobis nix. (IV.) *Accedebant noctu scuta pro cubilibus: haec pro omnibus habebamus, et pro stragulis et pro opertoriis splendidissimis. In illis enim corpus ad ignem, nec illum splendidum, refocillabamus. Somnum visa per quietem occurrentia, quasi timentem illa quoque, universum fugaverant. Neque quisquam magis quam alius ad aerumnas obduruerat: omnes erant ut in communi calamitate aeque et animo et corpore afflicti. Alius beatos praedicabat mortuos, ut iam sensu doloribusque liberatos: lamentabatur alius posteros, quibus miseriis oppressi illi quoque vita essent defuncturi. Item labori succubuerant exploratores nostri, vi mali victi, nec per nivem incerto gradu errantes progredi poterant. Omnium autem acerbissimum erat, quod per regionem hosticam iter faciebamus, neque inde erant res nostrae periculo vacuae, sed pariter hiemis hostiumque violentia timebatur.*

Hic imperfecte desinit fragmentum prius. Sequitur post quadraginta circiter folia alterum, eadem intricatissima manu, quod, ut est loco in Cod. posterius, ita praecedenti subiungo: tametsi fortasse ad tempus antecedens pertinet. Gens, cui dux ille, quisquis est, oppidum sibi commissum tradiderit, quae sit, viderint docti, temporum partiumque illarum cognitionem cum prudenti iudicio coniungentes. Rem in Chersoneso Taurica geri declarat mentio Clematum 258. B. facta: scriptura est ligata, quam vocant, saec. x. aut xi. *Ἀρχὴν γὰρ δὴ τότε*
P. 257 *τοῖς βάρβάροις πολεμεῖν ἔγνωμεν**) *ἢ, εἰ δεῖ τι τἀληθῆ φάναι, δείσαντες τὸ μὴ φθῆναι ὑπ' αὐτῶν ἀναιρεθέντες, ἀπέστημεν, καὶ αὐτοῖς τὸ δυνατὸν ἀντιτετάχθαι διενοήθημεν, πάντας ὁμοίως λεηλατούντων καὶ διαφθειρομένων ἀπανθρωπότατα, ὥσπερ τινὰ θηρία κατὰ πάντων τὴν ὁρμὴν ἐνδεικνύντα. Οὐδὲ γὰρ τῶν οἰκειοτάτων φειδώ τις εἴσῃει αὐτοῖς, οὐδὲ λογισμῷ τινι ἢ κρίσει δικαίου*

*) Scriptum est hic, et posterius inductum: *Καὶ διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τὰ βόρεια τοῦ Ἴστρου.*

τὸν φόνον εἰργάσθαι προὔθεντο· ἀλλὰ τὴν Μυσῶν *) λείαν καλουμένην θέσθαι τὴν αὐτῶν **) γῆν κακῶς καὶ ἀσυμφόρως μεμελετήκεσαν. Ἀνατέτραπτο γὰρ τὸ πρὶν αὐτοῖς ἴσον καὶ δίκαιον· ἃ δὴ περὶ πλείστου τιμῶντες τὸ πρότερον τρόπαιά τε τὰ μέγιστα κατωρθώκεσαν, καὶ πόλεις καὶ ἔθνη αὐτεπαγγέλτως προσήεσαν αὐ- B τοῖς. Νῦν δ' ὥσπερ ἐκ διαμέτρου ἀδικία τούτοις καὶ ἀμετρία κατὰ τῶν ὑπηκόων ξυνέστηκε. καὶ πόλεις ὑπηκόους, ἀντὶ τοῦ θεραπεύειν καὶ συμφερόντως εὐνομεῖν, ἀνδραποδίζειν καὶ διαφθείρειν ξυνέθεντο. Σχετλιάζοντές τε κατὰ τῶν ἡγεμόνων, καὶ ὡς οὐκ ἀδικοῖεν βεβαίως δεικνύντες οἱ ἄνθρωποι, οὐδὲν μᾶλλον ἴσχυον τοῦ μὴ τεθνάναι. Φορὰ γάρ τις, ὡς ἔοικεν, οὕτω κακίας ξυμβέβηκεν, ὡς περικλύζεσθαι τὰ τῶν ἀνθρώπων καὶ φοβερώτατα συγκεχῶσθαι δοκεῖν, ὡς ἐκ συμπτώματος ἤ τινος χάσματος παραλογωτάτου καὶ χαλεποῦ. Πόλεις μὲν γὰρ πλείους ἢ δέκα ἀν- C θρώπων ἐξεκενώθησαν, κῶμαι δὲ οὐκ ἐλάττους πεντακοσίων παντελῶς ἐρημώθησαν· καὶ ἁπλῶς, τὰ γείτονα καὶ πλησιόχωρα ἡμῶν ὥσπερ ἐκ χειμῶνος ἐπικλυσθέντα ἐγένοντο, ἄνθρωποί τε, ἠδικηκότες μηδὲν, προβληθέντες ἐπ' ὀμωσίᾳ, χειρῶν ἔργον καὶ ξίφους ἐγένοντο. (B.) Τὸν δὴ τοιοῦτον ὄλεθρον καὶ κοινῇ πάντας κακῶς διαφθείραντα, καὶ περιελθόντα τοῖς ταλαιπώροις ἡμῶν ἀστυγείτοσι, καὶ πρὸς τὴν ἐμὴν ἀρχὴν τελευταίως ἡ πονηρὰ τύχη προ- D σῆξεν, ὑφορώμενον μὲν ἐμοὶ καὶ πρότερον, καὶ πολλὴν ποιουμένῳ πρόνοιαν, μὴ ἄν ποτε ἐξαπιναίως ἐμπέσοι, μηδ' ἐκ τοῦ παραχρῆμα λαθὼν τὰ καθ' ἡμᾶς λυμήναιεν. Ὡς δ' ἀφῖκτο καθαρῶς ὁ κίνδυνος, καὶ πᾶσιν ἀνωμολόγητο φανερῶς, ὡς τὰ περὶ ψυχῆς νῦν ἡμῖν κινδυνεύεται, τὸν μὲν τότε ὄλεθρον σοφώτατ' ὡς εἶχον ἀπεκρουσάμην, ἐμοῦ καίπερ τὰ ἔσχατα παρὰ μικρὸν κινδυνεύσαντος. Τὸ δὲ ἀπὸ τούτου, πόλεμος ἡμῖν ἀκηρυκτὶ καὶ βαρβάροις ἐγένετο, ἐν ᾧ οὔτε ἐπεμίγνυον ἔτι παρ' ἡμῖν (εἰ καὶ μυριάκις περὶ σπονδῶν ἐκηρύκευον), οὔτε ἀμαχητὶ πρὸς ἀλλήλους ἦμεν. Καὶ ὁ μὲν πόλεμος εὐθὺς ἤρξατο, ὁ δὲ χειμὼν ἐγγὺς ἦν ἐμβαλεῖν· ἔτι P. 258 γὰρ οὐ πολὺ τῶν ..***) ὁ ἥλιος ἀπῆν. Ἀλλ' οἱ μὲν βάρβαροι, στρατῷ παρασκευασθέντες ἱκανῷ, ἐσέβαλον εἰς τὴν γῆν ἡμῶν, ἱππικῷ τε ἅμα καὶ πεζῷ, νομίσαντες ὡς ἅμα βοῇ παραλήψεσθαι ἡμᾶς, τῇ τε τοῦ τείχους ἀσθενείᾳ, τῇ τε ἡμῶν ὀρῴωδίᾳ. Καὶ οὐκ ἀπεικὸς ἦν αὐτοῖς ταῦτα οἴεσθαι, οὕτως ἐπὶ κατεσκαμμένῃ πόλει τὴν οἴκησιν ποιουμένων ἡμῶν, καὶ ὡς ἀπὸ κώμης μᾶλλον ἢ πόλεως τὰς προσβολὰς ποιουμένων ****). Ἡ γῆ γὰρ προκατέσκαπτο παρ' αὐτῶν

*) *Μεισῶν* Cod.

**) Sic: prius scripserat *ἡμῶν*, sed id induxit.

***) Haec omnia inducta, reposita, iterum partim inducta. Ubi asteriscum notavi, in Cod. est *χειρινῶν*. Num *χειμερινῶν*, sc. *τροπῶν*;

****) Hic subsequuntur illa, posterius inducta: *Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν πολλοὺς αὐτῶν ἀποβαλλόντες* [sic] *καὶ καταισχυνθέντες ἀπῆσαν πρὸς ἑσπέραν, φυλάξαντες* [sic] *τὸ περίορθρον. Πρὸς μὲν γὰρ τὸ πεζὸν τοξότας καὶ αὐτὸς ἀντεταξάμην, πρὸς δὲ τὸ ἱππικὸν ἱππικὸν, διχῇ τὸν στρατὸν παρατάξαντες.*

τῶν βαρβάρων καὶ ἱκανῶς ἐξερήμωτο, ἐκ βάθρων αὐτῶν καταβαλ-
Βλόντων τὰ τείχη· καὶ τότε ἀρχὴν ἐμοῦ πρώτου πάλιν οἰκῆσαι*) τὰ
Κλήματα διανοησαμένου. Τοιγάρτοι φρούριον μὲν τοπρῶτον ἐκ
τῶν ἐνόντων ἐξῳκοδόμησα παρ' αὐτὴν, ὡς ἐκ τούτου ῥᾳδίως καὶ
τὴν ἄλλην ἅπασαν πόλιν οἰκισθήσεσθαι . . . H. e. *Omnino enim tunc barbaris bellum inferre decrevimus: aut, si vera fateri oportet, recessimus ab illis metu, ne ipsi priores ab iis opprimeremur, statuimusque iis quantum possemus repugnare. Aeque enim universos diripiebant inhumanissime et pessundabant, ut quaedam belluae in omnes impetum facientes. Nulla his inerat vel erga coniunctissimos continentia, nec ratione ulla aut iusti discrimine in patranda caede volebant uti: sed Mysorum praedam, quod aiunt, ipsorum regionem reddere malo ac pernicioso consilio meditabantur. Evanuerat superior eorum aequitas et iustitia: quas praecipue colentes tropaea antehac maxima statuerant, adeo ut civitates et gentes ultro accederent illis. Gliscebant nunc, quae velut e perpendiculo (quemadmodum aiunt) a virtutibus illis distant, iniustitia et intemperantia adversus subditos: neque ornare et ex re ipsarum administrare civitates deditiias, sed redigere in servitutem et exscindere constituerant. Conquerentes de dominis incolae, seque nihil mali commisisse liquido demonstrantes, nihil amplius proficiebant, quam ut morte non afficerentur. Vis nimirum tanta malorum ingruerat, ut res humanae quasi ruina aut voragine aliqua inopinata ac fatali perculsae obrutaeque horrendum in modum viderentur. Erant exinanita hominibus oppida plus X, pagi plane deserti non minus quingentis: vicinitates denique et confinia nostra velut tempestate obruebantur: incolae innocentes, pactis iuratis traditi, manibus obtruncabantur gladiisque hostilibus.* (II.) *Eiusmodi pestem, generatim omnes misere conculcantem, cum aliquamdiu per infelices conterminos nostros obambulasset, postremo ad praesidium meum quoque fortuna infesta adduxit. Quam quia iam antehac eram veritus, in magna cura versabar, ne accideret improviso, nec latente impetu continuo res nostras everteret. Deinde, ubi perspicuum aderat periculum, omnesque palam fatebantur, in discrimen nos vitae venisse, ego tunc quidem perniciem quam aptissime poteram repuli, quamvis in extremum paene periculum adductus. Verum inde abruptis commerciis bellum inter nos et barbaros ortum est, in quo neque communicabant amplius nobiscum (tametsi sexcenties de compositione ad illos mittebam), nec sine praeliis mutuis res gesta est. Ita bellum continuo exarsit, impendebatque hiems: non multum enim a . . sol aberat. Sed barbari, comparato amplo exercitu, cum equitibus militibusque in regionem nostram irruperunt, nos momento expugnatum iri*

*) F. scribere voluit οἰκίσαι, instaurare.

*rati, cum ob murorum infirmitatem, tum ob trepidationem nostram. Neque erat absonum eos hoc sperare, quod in diruto oppido commorabamur, magisque ex vico, ut ita dicam, quam ex urbe eruptiones faciebamus. Vastata enim prius fuerat ab ipsis barbaris regio, et solitudo mera facta, muris solo aequatis: ego autem tunc demum habitare denuo Clemata**) *primus constitueram. Quare in principio iuxta oppidum pro facultatibus feceram castellum, quod inde facile reliquam quoque civitatem instaurari posse...*

Sequuntur in folio alio abrupta illa, superioribus subiungenda: *Καὶ τὸ μὲν ἀνῳκοδόμητο τάχει πολλῷ, καὶ περιέφρακτο τάφρῳ· καὶ ἅμα τούτων * **) καὶ ὁ πόλεμος ἤρξατο. Μεμέριστο δὲ τὸ φρούριον κατὰ συγγενείας, καὶ κατέθεντο ἐν αὐτῷ τὰ σπουδαιότερα· ὅσα δὲ περιττὰ, ἔξω που κατὰ τὸν ἄλλον τῆς πόλεως περίβολον ἔκειτο. Ὡικεῖτο γὰρ ἤδη καὶ ἡ πόλις ἅπασα· τὸ δὲ φρούριον* C *ὡς ἐν μεγάλῳ κινδύνῳ σώσειν ἡμᾶς ἐξητοίμαστο ***). Ἀλλ' οἱ μὲν βάρβαροι τότε πολλοὺς αὐτῶν ἀποβαλόντες ****) καὶ καταισχυνθηθέντες †) ἀπήεσαν πρὸς νύκτα, φυλάξαντες τὸ περίορθρον· ἐγὼ δὲ ἅμα ἕῳ τὸν στρατὸν ἀντεξῆγον πολεμηςείων. Ἦσαν δέ μοι τότε ἱππεῖς μὲν ὀλίγῳ πλείους ἑκατὸν, σφενδονῆται δὲ καὶ τοξόται ὑπὲρ τ'. Οὐδαμοῦ δὲ τῶν βαρβάρων ὄντων, τὰ τῷ καιρῷ μοι σύμφορα ἐξηρτύετο, τεῖχος μὲν τὸ παλαιὸν ἀνεγείρων ††), καὶ διδάσκων τοὺς ἐμοὺς* D *εὖ παρεσκευάσθαι πρὸς τὰ πολέμια. Πρὸς δὲ τοὺς ἡμῖν προσέχοντας δρόμῳ κήρυκας ἔπεμπον, καὶ μετεκαλούμην αὐτούς, σκεψόμενος περὶ τῶν ὅλων †††). Ἀφιγμένων δὲ ἁπανταχόθεν, καὶ ἐκκλησίας ἐκ τῶν ἀρίστων γενομένης, ἃ μὲν εἶπον ἐγὼ τότε, καὶ ὡς οἵων δεσποτῶν μᾶλλον ἀντιποιεῖσθαι προσήκει, καὶ πρὸς οἵους ἐλθόντας τίνα ὠφέλειαν πειρᾶσθαι ἀπ' αὐτῶν εὑρίσκειν, καὶ τί ποιητέον ἐστὶ, καὶ τἄλλα πάντα, ὅσα τότε εἶπον ἐγὼ, ἃ καὶ παντὸς μᾶλλον τιμησαίμην, μακρὸν ἂν εἴη πάντα ἐφεξῆς λέγειν βούλεσθαι. Οἱ δὲ, εἴτε ὡς μηδέποτε βασιλικῆς εὐνοίας ἀπολελαυκότες, μηδ' Ἑλληνικωτέρων τρόπων ἐπιμελούμενοι, αὐτονόμων δὲ μάλιστα ἔργων ἀντιποιούμενοι, εἴτε ὅμοροι ὄντες πρὸς τὸν κατὰ τὰ βόρεια τοῦ Ἴστρου βασιλεύοντα, μετὰ τοῦ στρατῷ ἰσχύειν πολλῷ καὶ δυνάμει μάχης* P. 259 *ἐπαίρεσθαι, ἤθεσί τε τοῖς ἐκεῖ τὰ παρὰ σφῶν αὐτῶν οὐκ ἀποδιαφέροντες, ἐκείνων καὶ σπείσασθαι καὶ παραδώσειν σφᾶς ξυνέ-*

*) Castrum Clematum [vid. Bandur. Imp. Orient. I. 113. B.].
**) Subest verbum adeo inductum, ut legi nequeat.
***) Sequitur hic ἐτηρεῖτο, quod oblitus est inducere scriptor.
****) ἀποβαλλόντες Cod.
†) Sic Codex. Vid. supra p. 501. [huius ed.] not. ****.
††) Sic Cod.
†††) Hic primo leguntur illa: *Δείσας δὴ, μὴ ἐσαῦθις τελείοι δυνάμει ἀφι* sed haec inducta sunt. Deinceps illa item inducta, *καὶ στρατῷ μεγάλῳ ἀφίξοιντο. Γενομένης δὲ ἐκκλησίας, ἃ μὲν εἶπον ἐγὼ τότε.* Inde haec non inducta *Ἀφιγμένων δὲ κ. τ. λ.* quae in textum recepi.

θεντο, κἀμὲ τὰ τοιαῦτα πράξειν κοινῇ πάντες ἐπεψηφίσαντο. Καὶ ἀπήειν, ἵνα τὰ ἡμέτερα σωθῶσι, καὶ ἐνέτυχον αὐτῷ ὡς εὖξαιτ' ἂν μάλιστά τις. Καὶ, ὡς δυνατὸν ἐν βραχεῖ λόγῳ πᾶν συμπεράνας
B αὐτῷ, ἐκεῖνος μὲν παντὸς μᾶλλον *) μεῖζον τὸ πρᾶγμα ἐλογίσατο, ἐμοὶ δὲ τὴν τῶν Κλημάτων ἀρχὴν αὖθις ἀσμένως πᾶσαν ἔδοτο, καὶ προσέθηκε καὶ σατραπείαν ὅλην, ἔν τε γῇ τῇ αὐτοῦ προσόδους ἐπετείους ἱκανὰς ἐδωρήσατο. H. e. *Idque propere et instauratum fuerat, et fossa circummunitum: unaque cum his* bellum quoque incepit. Divisum erat per cognationes castellum, resque pretiosiores in eo depositae: minus necessariae extra per reliquum oppidi ambitum erant collocatae. Habitabatur enim tunc urbs iam tota: castellum autem praeparatum fuerat, ut in magno periculo nobis saluti esset. At barbari tunc, multis suorum amissis, cum ignominia noctu recesserunt, servato diluculo: primo mane ego praelii cupidus copias contra eduxi. Erant mihi tunc equites paulo plures quam centum, funditores et sagittarii supra CC. Barbari cum nusquam apparerent, quae apta huic tempori essent a me adornata sunt, murus vetus erectus, edocti mei, quomodo recte se instruerent ad bellum. Eos autem qui ditionis nostrae erant, nunciis cursim missis arcessivi, de rerum summa in consilium ire volens. Undique cum advenissent, concione optimatum coacta, quos tunc ego sermones habuerim, qui domini potius essent expetendi, ad quos venire quamque commoditatem conari oporteret ab illis percipere, quid denique faciendum esset, et caetera universa tunc a me dicta, quae ipse quoque reliquis omnibus praestabiliora duxissem, longum est singula ordine dicere velle. Illi, seu quod nunquam benevolentiae Imperatoriae fructum ullum cepissent, seu quod, Graecanicam vitae rationem parum curantes, instituta ad arbitrium ipsorum facta maxime requirerent, sive quod regi ad septentrionem Istri dominanti conterminantes, praeterquam quod ille exercitu magno valeret vique bellica efferret sese, ab illius vitae ratione propriis moribus non differrent: idcirco statuerunt pacisci cum illis seque dedere, me autem negotium perficere publicitus omnes decreverunt. Ita profectus sum ad servandas fortunas nostras, eumque talem deprehendi, qualem desiderare quis maxime posset. Atque ita, ubi colloquio brevi, ut poteram, totum negotium transegeram cum eo, ille rem maiorem, plus quam ullam, reputans, mihi Clematum imperium iterum volens lubensque omne tradidit, addiditque etiam praefecturam totam, et ex ipsius regione reditus annuos idoneos largitus est.* Desinit hic praeclarum illud plenumque rerum novarum fragmentum: quod si commentatio scriptiove, unde manat, integra aetatem tulisset, nae tunc haud paulo plus, quam nunc, sciremus de historia Chersonesi Tau-

*) Sic Cod.

ricae in tenebris, ut ita dicam, iacente ab a. 950, circa quem Constantinus Porphyrogenneta scripsit, usque ad colonias Genuensium in hos tractus saec. XIII. deductas. Speremus certe, excussis per alias bibliothecas Codd. Graecis medii aevi, lucem novam huic quoque historiae parti oblatum iri: idque ut confidamus fore faciunt Ill. Comitis *Nicolai de Romanzoff* magnificentia, liberalisque ac generosus animus, quo incitatus cum reliquas disciplinas omnes fovet, tum maxime historiam patriae locupletari cupit et ornari.

Pag. 175. *lin.* 16. *καὶ αὐτὴν τὴν μίαν ἐπιτολήν*] Lege *κατ'* C *αὐτήν*· nam ex praepositionibus nulla fere tam male a librariis est habita quam *κατὰ*, modoque ob sigli sive monocondylii, ut vocant Graeci, similitudinem cum vocibus *καὶ*, *κακὰ*, *κάτω*, *μετὰ* confusa, modo cum vocabulo proxime sequenti coagmentata, secus atque oporteret. Velut (afferam primo exempla confusae *καὶ* et *κατά*) Actis Conc. Flor. IX. 132. B. *ὀφείλει νοεῖσθαι καὶ τὸν νοῦν ἐκεῖνον*, certo certius, legi debere *κατὰ τὸν νοῦν ἐκεῖνον*. Item Supplement. Commentarii S. Athanasii in Psalmm., a Montefalconio editis, II. 80. C. *μὴ κατὰ νόμον ζῶντας, ἀλλὰ καὶ ἐθνικὴν καὶ βαρβαρικὴν ὠμότητα*, lege, *ἀλλὰ κατά*. Porro in Actis S. Bonifacii 284. B. *αὕτη δὲ τρίτον Κάνδιδα ἔπραξεν ἐν τῇ Ῥώμῃ, καὶ ἐπαρχότητα*· emenda, *κατ' ἐπαρχότητα*, et verte, *ter Candida egerat Romae ex praetura*, non *ex praefectura*, ut habet vetus versio Latina. Filiorum enim, qui Praetores erant, nomine opulens illa Aglais, de qua ibi, ludos ediderat, qui a praetoribus vel quaestoribus candidatis, sumtu ipsorum acti, inde Candi- D da vocabantur. Moris autem fuisse, ut matres filiis sumtus suppeditarent ad eiusmodi munerum editionem, Henr. Valesius demonstravit Prolegomen. ad Possini edit. Passionis SS. Perpetuae et Felicitatis 10. A. Contra apud Manuel. Calecam De essentia et operatione II. 21. D. *τοὺς παρ' αὐτοῖς κεκαθαρμένους κατὰ τῶν τοιούτων ἐνεργειῶν ἀποτελέσματα ἀκτίστους καὶ ἄκτιστα ἀποτελεῖσθαι*· dubium non est quin legendum sit, *καὶ τὰ τῶν τοιούτων*· et in Prolegomenis Hexaplorum Origenis I. 101. C. *μαθὼν τὴν αὐτῶν διάλεκτον, κατὰ στοιχεῖα ἑρμηνείαν ἑαυτῷ ἡρμήνευσεν*, lege et distingue, *τὴν αὐτ. διάλεκτον καὶ τὰ στοιχεῖα, ἑρμηνείαν κ. τ. λ.* ut sit sensus, non ut redditur in edit. Montefalc.: *eorum* [Hebraeorum] *linguam edoctus, secundum elementa, id est ad litteram, interpretationem edidit*, sed potius, *eorum linguam et litteras edoctus, interpretationem sibi effecit*, et quae sequuntur: est enim phrasis sumta e S. Epiphanio De LXX. interprett. I. 89. D. Unde similiter corrigendum Chronicon Paschale 255. B. his ipsis verbis, *τὴν αὐτῶν διάλεκτον, κατὰ στοιχεῖα*· lege, *καὶ τὰ στ.* Apud Theophanem porro Chronograph. 144. D. *Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει καὶ τὰ κακὰ τὸν ἅγιον Ἀρέθαν* — P. 260 *ἐπράχθη ὑπὸ τῶν Ὁμηριτῶν*, scribendum videtur, *τὰ κατὰ τὸν*

ἅγιον Ἀ. Confusionis vocum κατὰ et κάτω pauciora exempla invenio apud scriptores Graecos medii aevi, velut in Pachymere Histor. I. 341. E. ἐν τῷ τοῦ ἁγίου Αὐξεντίου βουνῷ κάτω που τοὺς πρόποδας σκηνουμένῳ· ubi legendum videtur, κατά που. Multo plura confusionis vocum κατὰ et μετὰ, ob siglorum κτ' et μτ' in Codicibus inde a saeculo duodecimo summam similitudinem. Velut in S. Ephraimo De perfection. hominis III. 299. B. inter aerumnas Noae cum tot animalibus in angustam arcam compacti: τίς δὲ εἴποι τὰς μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ταλαιπωρίας· scribe, κατὰ τὸν κατακλυσμόν· praesertim, si sequentia respicias: Assemanus tamen vertit eodem errore, *miserias post diluvium.* Simile mendum haeret in textu Pseudosynodi Palamiticae Act. Conc. edit. Paris. XI. 344. A. φανεροῦται δὲ, οὐ κατὰ τὴν οὐσίαν — ἀλλὰ μετὰ [l. κατὰ] τὴν χάριν· quae eadem prava lectio in Com-
Artemidori Daldiani Oneirocritica, cum Nic. Rigaltii notis. Lutetiae, 1603. 4.

Astrampsychi Somniorum interpretatio, ad calcem Artemidori, edit. Rigaltii. Lutetiae, 1603. 4.

Vita S. Antonii, scripta a S. Athanasio, edita a Davide Hoeschelio. Augustae Vindelicorum, 1611. 4.

Athenaeus De machinis, inter Mathematicos typis Regiis excusos. Parisiis, 1693. Fol.

Athenagorae Atheniensis, philosophi Christiani, Opera, ad calcem S. Iustini Martyris. Lutet. Paris. 1615. Fol.

Vita S. Bacchi, edita a Combefisio in Christi martyrum lecta triade. Parisiis, 1666. 8.

S. Barnabae Epistola catholica, cum notis Hugonis Menardi. Parisiis, 1645. 4.

S. Basilii Magni Opera omnia quae reperiri potuerunt. Parisiis, sumptibus Claudii Morelli, 1618. Fol.

S. Basilii, Seleuciae in Isauria episcopi, Opera omnia, ad calcem S. Gregorii Thaumaturgi. Parisiis, 1621. Fol.

Biblia Septuaginta interpretum. Londini, 1653. 8. iuxta editionem Romanam.
Cebetis Tabula; edidit Iosephus Simpson. Oxonii, 1738. 8.
Charitonis Aphrodisiensis De Chaerea et Callirrhoë amatoriarum narrationum libri VIII. publicavit I. P. d'Orville; editio altera. Lipsiae, 1783. 8.
Chrysippi, presbyteri Hierosolymitani, Homilia de S. Maria Deipara, in Bibliotheca Patrum graeco-latina, tom. II. Parisiis, 1624. Fol.
Ἰωάννου τοῦ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ τὰ εὑρισκόμενα, δι' ἐπιμελείας καὶ ἀναλωμάτων Ἐρρίκου τοῦ Σαβιλίου. Etonae, in collegio Regali, 1612. Fol.
S. Ioannis Chrysostomi Opera, ex edit. Frontonis Ducaei Burdigalensis. Parisiis, 1636. Fol.
S. Ioannis Chrysostomi Homiliae quatuor in Psalmos, et Interpretatio Danielis, interprete Ioanne Cotelerio. Parisiis, 1661. 4.
Eiusdem De educandis liberis liber: accedunt eiusdem Orationes aliae quinque, in Christi nativitatem, in Sancta lumina, in recens Baptizatos, in Timores, et Post terraemotum: edita a Francisco Combefis. Parisiis, 1656. 8.
Clementis Alexandrini Opera quae extant, graece et latine. Lutetiae Parisiorum, typis Regis, 1641. Fol.
S. Clementis Romani Epistola ad Corinthios, cum notis Patricii Iunii. Oxonii, 1633. 4.
Eiusdem De peregrinationibus S. Petri epitome. Parisiis, apud Turnebum, 1656. 4.
Eiusdem Constitutiones apostolicae, graece. Venetiis, 1563. 4. P. 275
Collectio Regia maxima Conciliorum, seu acta Conciliorum etc., graece et latine, studio Ioannis Harduini. Parisiis, ex typographia Regia, 1715. Fol.
Cosmae Indicopleustae Topographia Christiana, graece et latine, ex interpretatione et cum notis ac praefationibus D. Bernardi de Montfaucon. Parisiis, 1706. Fol.
S. Cyrilli, archiepiscopi Hierosolymorum, Oratio de occursu Domini, in Bibliotheca Patrum graeco-latina, tom. II. Parisiis, 1624. Fol.
Eiusdem Catecheses, opera I. Prevotii Burdegalensis. Parisiis, 1608. 4.
Demosthenes inter Oratores graecos Reiskii. Lipsiae, 1770. 8.
Laërtii Diogenis De vitis philosophorum libri decem. Londini, apud Ratcliffe, 1664. Fol.
Dionysii Halicarnassensis Opera omnia, cum annotatt. Io. Iac. Reiske. Lipsiae, 1774—1777. 8.
Dioscoridis Opera edit. Saraceni, apud Wechel. 1598. Fol.
B. Dorotheï Expositiones et doctrinae diversae de vita recte et pie

instituenda, in Bibliotheca Patrum graeco-latina, tom. I. Parisiis, 1624. Fol.

Vita S. Eliae, auctore anonymo, edita a Combefisio in Christi martyrum lecta triade. Parisiis, 1666. 8.

Epicteti Opera, editione I. Schweighaeuseri. Lipsiae, 1799. 8.

S. Epiphanii Opera omnia. Dionysius Petavius S. I. recensuit, latine vertit, et animadversionibus illustravit. Parisiis, 1622. Fol.

Euripides, ex editione Beckii. Lipsiae, 1778. 4.

Eusebii Pamphili Ecclesiasticae historiae libri decem, ex edit. Henrici Valesii. Parisiis, 1659. Fol.

Eiusdem De demonstratione evangelica libri decem. Parisiis, 1628. Fol. Accedunt eiusdem libri Contra Hieroclem et Contra Marcellum.

Eiusdem Praeparatio evangelica. Fr. Vigerus recensuit. Parisiis, 1628. Fol.

Eiusdem Commentarii in psalmos, in Collectione nova Patrum D. Bernardi de Montfaucon. Parisiis, 1706. Fol.

Eustratii presbyteri Constantinopolitani liber De operatione animarum post mortem, editus a Leone Allatio in libro de Purgatorio. Romae, 1655. 8.

Euthymii monachi Confutatio Ismaëlitarum, in Bibliotheca Patrum graeco-latina, tom. II. Parisiis, 1624. Fol.

Evagrii scholastici Historia ecclesiastica. Henricus Valesius graeca emendavit, latine vertit et annotationibus illustravit. Parisiis, 1673. Fol.

Gelasii Cyziceni Historia concilii Nicaeni, in tomo I. Actorum Concill. edit. Harduin. Parisiis, ex typographia Regia, 1715. Fol.

Georgii archiepiscopi Alexandrini Vita S. Ioannis Chrysostomi, in tomo VIII. Operum S. Chrysostomi editionis Anglicanae. Etonae, 1612. Fol.

Georgii Pisidae Exaëmeron [sic] seu mundi opificium, poëma. Item Senarii de vanitate humana, graece et latine per Fed. Morellum. Parisiis, 1584. 4.

S. Germani, archiepiscopi Constantinopolitani, Orationes, in Bibliotheca Patrum graeco-latina, tom. II. Parisiis, 1624. Fol.

Gregentii, archiepiscopi Tephrensis, Disputatio cum Herbano Iudaeo, Nicolao Gulonio interprete. Lutet. Paris. 1586. 8.

S. Gregorii Neocaesariensis, cognomento Thaumaturgi, Opera omnia. Paris. 1621. Fol.

S. Gregorii Nysseni Opera omnia. Parisiis, apud Sebastianum Cramoisy, 1615. Fol.

P. 276 Gregorii presbyteri Vita S. Gregorii Nazianzeni, in fronte Opp. S. Gregorii editionis Billianae. Parisiis, 1609. Fol.

Hadriani Isagoge Sacrarum Scripturarum, edita a Davide Hoeschelio. Augustae Vindelic. 1602. 4.

Collectio Regia maxima Conciliorum, seu acta Conciliorum etc.

graece et latine, studio Ioannis Harduini. Parisiis, ex typographia Regia, 1715. Fol.

Heliodori Aethiopicorum libri decem, cum notis Iohannis Bourdelotii. Paris. 1619. 8.

Hephaestionis Thebani Apotelesmatica, in Astrologicis Ioachimi Camerarii. Norimbergae, 1532. 4.

Hermetis Trismegisti Iatromathematica, in Astrologicis Ioachimi Camerarii. Norimbergae, 1532. 4.

Hermiae philosophi Gentilium philosophorum irrisio, ad calcem S. Iustini martyris. Lutet. Paris. 1615. Fol.

Herodiani Historiarum libri octo, curante Theophilo Guilielmo Irmisch. Lipsiae, 1789. 8.

Herodoti Historiarum libri novem, ex editione Wesselingii. Amstelodami, 1763. Fol.

Heronis Belopoeitica, cum versione et notis Bernardi Baldi, inter Mechanicos typis Regiis excusos. Parisiis, 1693. Fol.

Hesychii presbyteri Sermo de temperantia et virtute, in Bibliotheca Patrum graeco-latina, tom. I. Parisiis, 1624. Fol.

Himerii sophistae quae reperiri potuerunt. Edidit Gottlieb Wernsdorfius. Gottingae, 1790. 8.

Hippolytus De antichristo, ex editione Marquardi Gudii. Parisiis, 1661. 8.

Horapollinis Hieroglyphica, cum notis Ioannis Merceri et Davidis Hoeschelii. Augustae Vindelicorum, 1595. 4.

Hyperechii presbyteri Adhortatio ad monachos, in Combefisii Bibliothecae graecorum Patrum Auctario novissimo. Parisiis, 1672. Fol.

Iamblichus in Arithmeticam Nicomachi Geraseni, interprete Samuele Tennulio. Arnhemiae, 1668. 4.

Ignatii Epistolae, cum notis Isaaci Vossii. Amstelodami, 1646. 4.

Ioannis a S. Andrea Liturgia S. Marci Alexandrini, in Eusebii Renaudot Collectione liturgiarum Orientalium. Parisiis, 1715. 4. *Interdum tamen (ut* 269. *D.) usus sum edit. priore, instituta ab ipso Ioanne a S. Andrea,* Parisiis, 1583. 8.

Ioannis Climaci Opera, interprete Matthaeo Radero. Parisiis, 1633. Fol.

Ioannes Ieiunator De poenitentia, et Ioannes monachus De eadem, editi a Ioanne Marino in fine libri De poenitentia. Parisiis, 1651. Fol.

Ioannis Moschi Pratum spirituale, in Bibliotheca Patrum graeco-latina, tom. II. Parisiis, 1624. Fol.

Ioannes Philoponus De creatione mundi, interprete Balthasare Corderio. Viennae Austriae, 1630. 4.

Fl. Iosephi Opera quae extant. Coloniae Allobrogum: excudebat Petrus de la Rouiere, 1611. Fol.

S. Isidori Pelusiotae Epistolarum mille ducentarum libri tres, etc.

Parisiis, 1585. Fol. *In libro quarto autem et quinto usus sum editione illa:*

S. Isidori Pelusiotae De interpretatione Divinae Scripturae Epistolarum libri V. Parisiis, sumptibus Aegidii Morelli, 1638. Fol.

P. 277 S. Iustini philosophi et martyris Opera. Lutetiae Parisiorum, typis Regiis, apud Claudium Morellum, 1615. Fol.

Leontii Byzantini Sectarum historia, sive de sectis scholae, graece et latine editae a Leunclavio, cum legatione Manuelis Comneni ad Armenios. 1578. 8.

Longi Pastoralium de Daphnide et Chloë libri IV. cum notis Gothofredi Iungermanni. Hanoviae, 1605. A.

Luciani Opera, editione Ioannis Frederici Reitzii. Amstelodami, 1743. 4. *Ubique numerus tertius indicat versum s. lineam paginae. Sed quando loco tertio littera maiuscula conspicitur, quaerendus est locus in editione* Benedicti *duobus tomis*, Salmurii, 1619. 8.

Lycopbronis Alexandra, editione H. G. Reichardi. Lipsiae, 1787. 8.

Macarii Aegyptii Homiliae spirituales quinquaginta, editae studio Zachariae Palthenii. Francofurti, 1594. 8.

Liturgia S. Marci Alexandrini, in Eusebii Renaudot Collectione liturgiarum Orientalium. Parisiis, 1715. 4. *Interdum quoque usus sum edit.* Ioannis a S. Andrea, Parisiis, 1583. 8.

S. Marci eremitae Opera quae extant omnia, in Bibliotheca Patrum graeco-latina, tom. I. Parisiis, 1624. Fol.

Menologium Graecorum, iussu Basilii Imp. graece olim editum, nunc primum graece et latine prodit studio et opera Annibalis Tit. S. Clementis presbyteri Card. Albani. Urbini, 1727. Fol.

Methodii Convivium decem virginum, edit. Leonis Allatii. Romae, 1656. 8.

Nemesius De natura hominis, editione Nicasii Ellebodii. Antverpiae, apud Plantinum, 1565. 8.

Catena graecorum Patrum in Iob, collectore Niceta, Heracleae metropolita, graece nunc primum in lucem edita et latine versa, opera et studio Patricii Iunii. Londini, 1637. Fol.

Nicetae Paphlagonis Vitae S. Hyacinthi et Eustathii, editae a F. Combefis. Parisiis, 1666. 8.

Vita S. patris nostri Ignatii archiepiscopi Cplitani, auctore Niceta cognomento Paphlagone, in tomo V. Actorum Concill. edit. Harduin. Parisiis, ex typographia Regia, 1714. Fol. pag. 943. — 1010.

Nicomachi Geraseni Arithmeticae libri duo, apud Christianum Wechelum. Parisiis, 1538. 4.

S. Nili Epistolae, op. et studio Petri Possini. Parisiis, ex typographia Regia, 1657. 4.

Eiusdem Capita de octo vitiis, in Combefisii Auctario Patrum novissimo. Parisiis, 1672. Fol.

Eiusdem Capita paraenetica, in Bibliotheca Patrum graeco-latina, tom. II. Parisiis, 1624. Fol.

Vita S. Nili iunioris, s. Rossanensis Calabri, cum versione Ioann. Matthaei Caryophili. Romae, 1624. 4.

Nonnus medicus De omnium particularium morborum curatione, edit. Hieremiae Martii. Argentorati, 1568. 8.

Olympiodori Commentarii in Ecclesiasten et in Canticum Canticorum, in Bibliotheca Patrum graeco-latina, tom. II. Parisiis, 1724. Fol.

Onosandri Strategicus, ex editione Nicolai Rigaltii. Lutetiae, 1599. 4.

Origenes in Ieremiam, editus sub nomine Cyrilli a P. Corderio. Antverpiae, 1648. 8.

Idem Contra Celsum, interprete Sigismundo Gelenio. Cantabrigiae, 1658. 4. P. 278

Eiusdem Exegetica, seu Commentaria in S. Scripturas, graece et latine, studio et labore Petri Danielis Huetii. Rothomagi, 1668. Fol.

Palladii De vita S. Chrysostomi dialogus, graece et latine, cura et studio Emerici Bigotii. Lutetiae Parisiorum, 1680. 4.

Eiusdem Historia Lausiaca, in Bibliotheca Patrum graeco-latina, tom. II. Parisiis, 1624. Fol. *Interdum, sed rarius, usus sum editione Meursii*, Lugduni Batav. 1616. 4.

Idem De Bragmanibus, interprete Edoardo Bessaeo. Londini, 1665. 4.

Pantaleonis, diaconi magnae ecclesiae, Sermo de sanctis luminibus, in Bibliotheca Patrum graeco-latina, tom. II. Parisiis, 1624. Fol.

Pauli Alexandrini Isagoge apotelesmatica, cum versione Andreae Schatonis. Witebergae, 1586. 4.

Petri Siculi Historia Manichaeorum, edita per Matthaeum Raderum, e societate Iesu. Ingolstadii, 1604. 4.

Phalaridis Epistolae graece et latine, Thoma Naogeorgo interprete. Basileae, apud Oporinum, 1558. 8.

Philo Byzantius De telorum constructione, inter Mathematicos veteres. Parisiis, ex typographia Regia, 1693. Fol.

Philonis Iudaei Opera: excudebat Petrus de la Rouiere. Coloniae Allobrogum, 1613. Fol.

Philothei, patriarchae Constantinopolitani, Laudatio trium Pontificum, in Bibliotheca Patrum graeco-latina, tom. II. Parisiis, 1624. Fol.

Photii patriarchae ad episcopum Aquileiensem Epistola, in Bibliothecae graecorum Patrum Auctario novissimo a Combefisio edito Parisiis, 1672. Fol.

Eiusdem Bibliotheca, latine reddita scholiisque illustrata ab Andrea Schotto. Rothomagi, 1653. Fol.

Pindari Carmina: iterum curavit Chr. Gottl. Heyne. Gottingae, 1798. 8.

Plutarchi Opera, Guillelmo Xylandro interprete. Francofurti, in officina Aubriorum, 1620. Fol.

Polybii Historiarum quidquid superest. Recensuit, digessit, illustravit Ioann. Schweighaeuser. Lipsiae, 1789. 8.

Vita S. Epiphanii, scripta a Polybio Rhinocorurorum episcopo, in tomo II. Opp. S. Epiphanii edit. Petav. Parisiis, 1622. Fol.

Porphyrii Opera, graeco-latine. Cantabrigiae, 1655. 8.

Eiusdem Vita Plotini, initio Operum philosophicorum Plotini. Basileae, 1580. Fol.

Procli Lycii Hypotyposis astronomicarum positionum, graece, apud Ioannem Walderum. Basileae, 1540. 4.

Eiusdem Paraphrasis in Ptolemaei libros IV. De siderum affectionibus, interprete Leone Allatio. Lugduni Batav. 1635. 8.

Balthasaris Corderii Expositio Patrum Graecorum in Psalmos, ex vetustissimis mss. Codicibus concinnata, graece et latine, ex versione eiusdem Balth. Corderii. Antverpiae, 1643. et 1646. Fol.

Cl. Ptolemaei Tetrabiblos, graece et latine, libri IV. Melanchthone interprete. Eiusdem Carpus, ex versione Ioviani Pontani. Basileae, per Ioannem Oporinum [*sine nota anni*], 8.

Eiusdem Geographia, graece. Basileae, apud Frobenium, 1533. 8.

P. 279 Samonae, archiepiscopi Gazae, cum Achmede Saraceno disceptatio, in Ducaei Auctario Bibliothecae Patrum, tom. II. Parisiis, 1624. Fol.

Schneiders Kritisches Griechisch-Deutsches Wörterbuch. Zweite Auflage. Iena und Leipzig, 1805. 4.

Severiani, Gabalorum episcopi, Oratio in S. Crucem, edita a Combefisio ad calcem S. Chrysostomi De educandis liberis. Parisiis, 1656. 8.

Eiusdem Orationes sex in creationem mundi, in tomo VII. operum S. Ioannis Chrysostomi. Etonae, 1612. Fol.

Sexti Empirici Opera, a Fabricio edita. Lipsiae, 1718. Fol.

Simeonis Metaphrastae Vitae SS. Ioannis et Lucae, editae Oxoniae, 1597. 12.

Stephani Byzantini Gentilia per epitomen, De urbibus inscripta, quae restituit, supplevit ac latina versione illustravit Abrahamus Berkelius. Lugduni Batavorum, 1694. Fol.

Strabonis libri XVII. editione Almeloveeni. Amstelaedami, 1707. Fol.

Suidae Lexicon ex editione Kusteri. Cantabrigiae, 1705. Fol.

Synesii Epistolae, Thoma Naogeorgo interprete. Basileae, per Ioannem Oporinum, 1558. 8.

Tatiani Assyrii Oratio ad Graecos, quod nihil eorum studiorum, quibus Graeci gloriantur, apud ipsos natum, sed omnia a barbaris inventa sint: ad calcem S. Iustini martyris. Lutet. Paris. 1615. Fol.

Thalassii abbatis Centuriae de charitate et continentia, in Bibliotheca Patrum graeco-latina, tom. II. Parisiis, 1624. Fol.

Themistoclis Epistolae, interprete Ioann. Matthaeo Caryophilo. Romae, 1626. 4.

Theodoreti Opera etc. . . . . edit. I. A. Noesselt. Halae Sax. 1771. 8.

Theodoreti episcopi Cyri Historia ecclesiastica. Henricus Valesius graeca emendavit, latine vertit et annotationibus illustravit. Parisiis, 1673. Fol.

Theodori Abucarae Opuscula, ad calcem Hodegi Anastasii Sinaïtae edita ab Iacobo Gretsero. Ingolstadii, 1606. 4.

Theodorus Studita De inventione capitis S. Ioannis Prodromi, *in calce libri Ducangiani* Traité historique du chef de S. Jean-Baptiste, et, par occasion, des autres reliques du même Saint. Paris, 1665. 4.

Theodoti Epitome adhortationis Orientalis, ad calcem S. Clementis Alexandrini edit. Paris. 1641. Fol.

Τὰ ΘΕΟΛΟΓΟΥΜΕΝΑ τῆς ἀριθμητικῆς, edita Parisiis, apud Christianum Wechelum, 1543. 4.

Theophanis Ceramei, archiepiscopi Tauromenitani, Homilia in Evangelia dominicalia et festa totius anni, graece et latine, studio Francisci Scorsi. Lutetiae Parisiorum, 1644. Fol.

Theophanis archiepiscopi Nicaeni Opera omnia, interprete Gonsalvo Ponce de Leon. Romae, 1590. 8.

Theophili patriarchae Antiocheni Contra Christianae religionis calumniatores ad Autolycum libri tres, ad calcem S. Iustini martyris. Lutet. Paris. 1615. Fol.

Theophrastus De historia plantarum, edit. Stapel. Amstelodam. 1644. Fol.

Theophylacti archiepiscopi Bulgariae Epistolae, edit. Ioannis Meursii, in Opp. Ioann. Meursii ex recensione Ioann. Lami vol. VIII. Florentiae, 1746. Fol.

Theoriani Orthodoxi Disputatio cum Catholico Armeniorum, edita cum latina versione Io. Leunclavii. Basil. 1578. 8.

Timothei, presbyteri Hierosolymitani, De Simeone propheta oratio, in Bibliotheca Patrum graeco-latina, tom. II. Parisiis, 1624. Fol. P. 280

Titi, Bostrorum episcopi, Expositio in evangelium Lucae, in Bi-

bliotheca Patrum graeco-latina, tom. II. Parisiis, 1624. Fol.

Fragmenta ex Anthologia Vettii Valentis, in Astrologicis Camerarii. Norimbergae, 1532. 4.

Zachariae, Hierosolymorum patriarchae, De Persica captivitate ex Perside epistola, edita a Combefisio ad calcem Chrysostomi De educandis liberis. Parisiis, 1656. 8.

Vita S. Benedicti, a S. Gregorio Magno latine conscripta, et a Zacharia Papa Romano in graecam linguam translata. Ingolstadii, ex typographia Adami Sartorii, 1602. 8.

NICOLAI MARIAE FOGGINII
ADNOTATIONES
IN
THEODOSII ACROASES.

IN PRAEFATIONEM.

Vers. 1. *Ὦ Μαγίστρων ἥλιε*] Nicephorum Phocam Magistri dignitate fuisse insignitum Cedrenus Curopalates, incertus continuator Theophanis, ceterique scriptores testantur. Magister autem dicebatur primus inter nobiles Imperatoris familiares, seu, ut inquit Evagrius Histor. lib. III. cap. 29. *ἡγεμὼν τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων, praefectus officiorum palatii.* Haec dignitas, vel ipso Patriciatu illustrior, et *ὑπέρλαμπρος splendidissima* ab Historicis dicta, uni primum conferebatur, at deinceps collata est pluribus, ut ex Luitprando Rer. per Europ. gest. lib. VI. cap. 5. colligitur, qui viginti quatuor Magistros enumerat. Theodosius *Magistrorum solem* Nicephorum appellasse videtur, vel quia Nicephorus inter plures primus esset, vel ob praeclara eius gesta, quibus huius dignitatis splendorem auxerat ad ceterorum Magistrorum exemplum. Ed. Rom. P. 376 Col. 1

2. *Ῥώμης ἐκδικητά*] *Romae vindex* certe fuit hic Nicephorus, quia, ut inquit Cedrenus Histor. Comp. pag. 642. *πολλὰ τρόπαια στήσαντα κατὰ τῶν ἑῴων Σαρακηνῶν, multa de Saracenis orientalibus statuerat tropaea*, qui Romani Imperii provincias depopulabantur, et quia Cretam a Saracenis Hispanis olim occupatam Romanorum Imperio restituerat.

3. *Πεπόνηται μὲν πρὸ καιροῦ* etc.] Haec de Cretae expugnatione carmina *iam antea*, vivente nempe Imp. Romano iuniore, a se confecta fuisse Theodosius testatur. Cur autem ea in lucem non produxerit, necdum capta occasione triumphi, atque adeo ovationis, quam Nicephorus de Creta expugnata egerat, rationem hanc reddit: id facere timuisse, quod a gestorum eius gloria plus aequo illa distarent. At vera causa fortasse potius fuit, ne Imp. Romano displiceret, in cuius suspicionem venerat nimis apud populum inclarescens Nicephori nomen. Vid. Monitum. Col. 2

4. *Καὶ περὶ τῆς τοῦ Χαλέπε* etc.] Confecto Cretico bello Nicephorum ad Chalepi expugnationem se contulisse omnium Historicorum consensu certum est; et hanc expeditionem dum ille gereret, Romanus obiit. Itaque cum Chalepum expugnasset, a Theophanone Augusta Romani uxore revocatus est Constantinopolim, ubi de utraque victoria, Cretica nempe et Chalepensi, solemnem egit triumphum. Hac occasione Theodosius Acroases suas Nicephoro obtulisse videtur, et quia solummodo victoriam Creticam in eis celebraverat, Chalepensem etiam victoriam alio poëmatio se celebraturum spondet. Vide, quae hac de re fusius in Monito disseruimus. [Alepum antiquis Berroea. *καὶ τὸν Λέοντα δὲ τὸν Φωκᾶν τὸν τοῦ Νικηφόρου ὁμαίμονα κατὰ τοῦ Χαμαδᾶν, ὃς τοῦ Χάλεπ ἐκράτει, ὁ Ῥωμανὸς σὺν δυνάμει ἀπέστειλε.* Zonaras in Annal. XVI. Quid vero hic de Chalepe, quum de Creta poëta noster statuerit? CORNELIUS.]

7. *Ὡς ἐν προσώπῳ γοῦν* etc.] Haec ea sunt verba, ex quibus liquet Theodosium has Acroases Nicephoro obtulisse post Romani obitum. Videsis Monitum. Cornelius verba *τὸν πάλαι βασιλέα ἡμῶν* minus recte vertit: *veterem nostrum Imperatorem*, quum *defunctum* vertere omnino debuisset.

IN PRIMAM ACROASIM.

Col. 1 *Τῷ φιλανθρώπῳ* etc.] Humanissimo ac potenti Imperatori Romae, Romano scilicet Iuniori poëma suum inscribit Theodosius, quia illud perfecerat, dum Romanus in vivis agebat, et quia Romani iussu Creticum bellum a Nicephoro susceptum fuerat. Quamvis autem defuncto iam Romano, et solummodo ut blandiretur Nicephoro vulgaverit, nihil tamen in eius inscriptione immutavit, fortasse ne Theophanonem Romani uxorem offenderet, et ne totum poëmation, in quo exstant plurima ad Romanum spectantia, refigeret. Quare de hoc Nicephorum monere in Praefatione non praetermisit, asserens tamen ad eum potissimum spectare, quae in poëmatio continentur, laudes Imperatori Romano collatas.

Vers. 3. *Ὁ Σκηπίων*] P. Cornelium Scipionem intellige, *cui*, ut inquit Florus lib. II. cap. 6. p. 292, *tam grande de Africa nomen fata decreverant.* Is admodum iuvenis in Africam profectus, contra Carthaginenses bellum indixit, in quo adeo praeclare se gessit, ut brevi Carthaginem expugnaverit. *Consul ante annos factus*, inquit Sex. Aur. Victor de Viris illustr. cap. 49, *conce-*
Col. 2 *dente collega in Africam classe traiecit. Asdrubalis et Syphacis castra una nocte perrupit. Revocatum ex Italia Hannibalem superavit. Victis Carthaginensibus leges imposuit.* Ideo autem addit Theodosius tunc totum Carthaginis robur non ad-

fuisse, quia Hannibal cum exercitu satis magno Romam aggressurus in Italia commorabatur.

8. *Τίς ἦν ὁ Σύλλας*] Obsidionem a Sylla Athenis impositam, *ἔργῳ μὲν οὐ μεγάλην, τῇ δὲ δόξῃ λαμπροτάτην, facto sane haud magnam, sed gloria clarissimam*, appellat Plutarchus in vita Syllae p. 102. Athenienses enim eo tempore, ut observat Velleius Histor. Rom. lib. II. cap. 25, *oppressi Mithridatis armis, homines miserrimae conditionis, cum ab inimicis tenerentur, oppugnabantur ab amicis; et animos extra moenia, corpora, necessitati servientes, intra muros habebant.* Praeterea quo tempore Athenas Sylla obsidebat, magnum sane passae sunt ex igne detrimentum, ab Atheniensibus ipsis hostiles machinas conflagrare studentibus primum excitata: qui deinde Syllae consilio saevius etiam exarsit, dum Piraeo capto *τὰ πλεῖστα κατέκαυσεν· ὧν ἦν καὶ Φίλωνος ὁπλοθήκη, θαυμαζόμενον ἔργον, pleraque* P. 377 Col. 1 *inflammavit, in quibus armamentarium Philonis, inclitum opus, fuit;* sicut testatur praelaudato loco Plutarchus pag. 65. Huc itaque respicit Theodosius, dum Syllae virtuti succensere studens, eum in Athenarum oppugnatione nihil praeclari gessisse affirmat.

10. *Βαλὼν ἀπ' αὐτῆς*] In Corneliana editione claudicat hic versus, quem tamen facile restitues, si nobiscum ad fidem Codicis articulum *τῆς* ante vocem *σφαγῆς* suppleveris.

11. *Τίς ἦν ὁ Καῖσαρ*] C. Iulium Caesarem innumera, eaque difficillima certamina, felici exitu subiisse fatetur; sed duce fortuna potius, quam virtute censet.

12. *Ἀφύρτοις*] Ita haec vox legitur in Codice, sed restituendum esse verbum *ἀφύκτοις*, bene monuit Cornelius. [*Ἄφυρτοι συμπλοκαὶ* esse videntur congressiones exercituum bene compositae, nihil perturbationis habentes. *ἀφύρτως* cum *ἐμμελῶς* iunxit scriptor Vitae Nicolai Damasc. in Prodromo *βιβλ. ἑλληνικῆς* a Coraë editae p. 227. ubi editor p. 363. *σημείωσαι τὸ ἀφύρτως ἐπὶ τοῦ ἀσυγχύτως, ἐν οὐδενί που εὑρεθὲν ἢ ἐν τῷ παρόντι βίῳ Νικολάου, σωζόμενον ἐν τῷ ἐπιῤῥηματικῷ ἄφυρτα τῆς συνηθείας, ἢ καὶ τὸ ἐπίθετον Ἄφυρτος ἐφύλαξε.* F. I.]

13. *Τίς ἦν ἐκεῖνος*] Reticet poëta Imperatoris nomen, de quo hic loquitur: historia tamen, quam adducit, clare, ut arbitror, Augustum designat. Celebre est navale praelium ab Augusto contra Sextum Pompeium prope Messanam commissum, in quo Augustus, Dione teste lib. XLIX. § 5. pag. 573, non modo maiorem suae classis partem amisit, sed parum etiam abfuit, quin ipse periret. Ad hanc cladem alludit etiam, ut videtur, Suetonius in Augusti vita cap. XVI, cuius haec sunt verba: *Traiecto in Siciliam exercitu, cum ad partem reliquam copiarum continentem repeteret, oppressus ex improviso a Demochare et Apollophane praefectis Pompeii, uno demum navigio aegerrime effu-*

git. Non diu tamen Pompeius victoria gavisus est, nec fortunam expertus est permanentem; instaurato enim ab Augusto contra ipsum praelio, eoque strenue admodum terra marique oppugnato, tandem Augustus M. Agrippae opera adiutus, insignem retulit victoriam; adeo ut merito de Augusto dici possit, eum prius victum navali praelio, mox suos victores superasse.

14. *Ξύλῳ*] Hoc verbum *classem* interpretati sumus; frequenter enim illud a Graecis inferioris aevi scriptoribus ad naves designandas usurpatur. Praesto cuique esse possunt exempla, quae Du-Fresnius in Glossario mediae et infimae Graecitatis adducit. [Fortasse hi quoque versus referendi ad Iulium Caesarem, qui in itinere (*ἐν στόλῳ*, quod vocabulum etiam de unius itinere usurpari constat) a praedonibus captus, eosdem paulo post classe contracta superavit, captosque cruci affixit. Plutarch. Vit. Caes. c. 2. Vellej. Pat. II. 42. *ξύλον*, *crux*, Pisid. Exped. Heracl. II. 253. *ὑψούμενον τὸ ξύλον*. et alibi. F. I.]

15. *Οὐκ ἦν στρατηγός*] Mancum hunc versum edidit Cornelius contra fidem Codicis, ex quo nos restituimus ante articulum *ὁ* particulam *ὡς*, quam tamen necessario addendam, ut sensus integer prodiret, Cornelius coniectando adnotavit.

16. Quam de Pompeio historiam Theodosius adumbrat, haec est: An. U. C. 679. L. Licinio Lucullo, M. Aurelio Cotta Coss. Creticum bellum a M. Antonio infeliciter inceptum, a Q. Caecilio Metello perfectum est. Sed quum victoria elatus Metellus saevius in captivos animadverteret, multi Pompeio in Asia commoranti se dediderunt. De hac re ita Florus Rer. Rom. Epit.
Col. 2 lib. III. cap. 7. *Metellus deinde totam insulam igni ferroque populatus, intra castella, et urbes redegit, et Gnossum, et Erythraeam, et ut Graeci dicere solent, urbium matrem Cydoneam: adeoque saeve in captivos consulebatur, ut veneno se plerique conficerent, alii deditionem suam ad Pompeium absentem mitterent.* Pompeius autem Romam reversus non modo de Mithridate et Tigrane in Asia subactis triumphavit, sed alterum etiam triumphum egit de bello Cretico: captivis e Creta ducibus, qui ad se defecerant, secum adductis, Metelli triumphum imminuens, quamvis reapse nullam in bello Cretico partem habuisset. Theodosius itaque hisce in versibus Pompeium cum Romano, seu potius cum Nicephoro confert, ut eo magis eiusdem Nicephori virtutem extollat, quoniam ei Cretensis victoriae gloria vere debebatur, dum e contrario Pompeius veteris illius Cretensis belli laudem usurpaverit, ac quasi praesens decertasset, alterum de eadem Creta triumphum Romae ostentare praesumpserit.

Ibid. Πομπίος] In Cod. supra hoc nomen haec legitur nota interlinearis eiusdem, ut videtur, scriptoris manu exarata *ὁ Καῖσαρ ὁ μέγας*, quod animadvertit etiam Cornelius, sed omnino praeterit coniectari quid ea sibi velit. Itaque scias volo, eam

respicere ad versum 13, qui in Codice in tres columnas ex tribus versibus sibi subsequentibus ordinatim compositas distincto, superior exstat versiculo 16. Quum enim in v. 13. Theodosius, suppresso nomine, obscurius cuiusdam Imperatoris mentionem fecerit, scriptor Codicis subiecit *ὁ Καῖσαρ ὁ μέγας*, *Magnus Caesar*, Augustum nempe designans, de quo reapse Theodosium fuisse in eo loquutum, iam supra luculenter ostendimus. [Supra verbum *Πομπίος*, *Pompeius*, in Cod. scribitur: *ἢ .... Καῖσαρ ὁ μέγας. Expende.* CORNEL. Notabilis forma nominis pro ea, qua alii constanter utuntur *Πομπήϊος*; praesertim quum non appareat, qua de causa Theodosius immutaverit nomen, quod versui iambico non adversatur. Magis etiam memorabile, quod infra III. 209. legitur: *Βροῦτος, ὃς τοῦ Πομπίου ἔβαψε τὴν μάχαιραν ἐκ τῶν αἱμάτων.* Quis enim existimaverit, Theodosium historiae tam ignorantem fuisse, ut Brutum manus Pompeii sanguine inquinasse crederet? Quare *Cornelius* ibi pro *Πομπίου* corrigendum suspicatur *Καίσαρος*: quam correctionem probabilitate destitutam esse recte iudicavit Fogginius, ipse locum mutilum esse existimans. Quod non magis probabile est. Verum in priore loco, de quo dicere instituimus, alia quoque sunt, quae lectorem morentur. Nam primum non tam certum est, quod Fogginius existimat, res a Pompeio ad Metelli laudem in bello Cretico imminuendam actas spectari; omnem enim rerum a Pompeio gestarum laudem comprehendi apparet; nec verbi *πλουτολεκτεῖν* sensus ex illa interpretatione prodit perspicuus; nec denique voculae *ὡς τῶν* quem sensum habeant apparet. Si contra glossatori fides haberi possit, qui de *Iulio Caesare* cogitavit (nam quod Fogginius existimat, verbis *Καῖσαρ ὁ μέγας Augustum* significari, minime potest probari), primum summi Ducis commemoratio poëtae consilio accommodata; tum *πλουτολεκτεῖν* accipi possit de divitiis in bello Gallico congestis (*Γαλατικὸν πλοῦτον* appellat Plutarchus in Vit. Caes. c. 29.), aut etiam de iis, quas belli civilis initio ex aerario sumsit; tandem versus 17. admissa emendatione nostra *ἀστῶν* pro *ὡς τῶν*, facilem habuerit explicationem de potentia a Caesare civibus devictis in bello civili parta, qua instructus (*ὡπλισμένος*) venit; sicut etiam v. 18. verba *τὰ τύχης στέφη* retuleris ad opinionem illam, quam Caesarem de fortuna sua habuisse constat. At nomen *Πομπίος* quomodo ad Caesarem trahas? nescio equidem, neque in glossatoris verbis quicquam inest, quod ad tenebras illas diluendas faciat. In Glossis apud Ducangium reperio: *πόμπιος. parricida.* Num igitur dicamus, Caesarem sic appellari a Theodosio, quod secundum famam nonnullorum mater eius inter pariendum perierit? (Vid. Constant. Manassis Compend. Chron. p. 37. C. et Millium ad Io. Antioch. Mal. Chronogr. p. 275.) quae appellatio, sive in laudem trahas Caesaris, non ea qua vulgus hominum via in lucem editi; sive in

vituperium, Theodosii consilio non adversaretur. An vocabulo πόμπιος triumphatorem significari dixeris, quum vix alius quisquam plures splendidioresque triumphos egerit? Verum quidquid sit, locus, de quo supra diximus, III. 209. *Βρούτος, ὃς τοῦ πομπίου ἔβαψε τὴν μάχαιραν ἐκ τῶν αἱμάτων* — nonne manifeste docet, voce πομπίος sive πόμπιος, ex quocunque tandem fonte manaverit, Caesarem significari, a Bruto occisum? Sed superest tertius in his Acroasibus locus, qui omnem hanc de Caesare opinionem videtur evertere. Nam III. 205. Imperatoris potentia et Nicephori res bello gestae praeferuntur rebus gestis et potentiae summorum antiquitatis virorum, quorum recensum instituit hunc: *Κῦρος, Δαρεῖος, Κροῖσος, οἱ στρατοκράται, Καῖσαρ, Ἀχιλλεύς, Μακεδὼν καὶ Πομπίος.* Iam quum in his verbis *Πομπίος* commemoretur una cum *Caesare*, sponte apparet, *Πομπίον* non accipi posse pro Caesare. Vide tamen, quam alieno loco *Καῖσαρ* ponatur inter Croesum et Achillem; et quantum adversetur versui in hac sede, trochaeum offerens pro iambo aut spondeo. Ob duas itaque causas suspectum nomen, cui si *Αἴας* substitueris, omnes illae difficultates evanescent, et simul historiae consuletur et versui. Nec improbabilis videri potest coniectura, quae a litterarum vestigiis non multum recedit; praesertim quum in Codice, ex quo ductae Acroases, versuum initia plurimis in locis ita sint evanida et obscura, ut quid scriptum fuerit, non appareat. Nec profecto aliud nomen huic sedi accommodatius reperiri poterit. Aiacis enim nomen et alibi cum Achille iungitur, et, quod ad nostrum negotium unice facit, a Theodosio ipso I. 37. *Αἴας, Ἀχιλλεύς, Ὀδυσσεύς.* Si quis tamen totam hanc de vocabulo *πομπίος* s. *πόμπιος* disputationem nimis lubricam esse dixerit, non multum refragabor equidem, gratiamque habebo, si quis difficultates, quae insunt cum in forma nominis *Πομπίος* pro *Πομπήϊος* accepti, tum in historia, faciliore ratione solverit. F. I.]

19. *Σὺ δὲ κτυπῶν Ὅμηρε*] Theodosius Homerum incusat, quod in Iliade omnia pro lubito suo confinxerit, nihilque de vera Troiae historia scripserit. Obiecerat hoc Homero crimen iam antea Dio Chrysostomus Orat. XI, quam totam ad Homerum conviciandum concinnavit, ubi inter cetera *ταῦτα δέ μοι εἴρηται*, inquit pag. 157, *ὥσπερ ἤδη ἔφην, οὐ κατηγορίας ἕνεκεν, ἀλλ' ὅτι ἀνδρειότατος ἦν ἀνθρώπων πρὸς τὸ ψεῦδος Ὅμηρος· καὶ οὐχ ἧττων ἐθάῤῥει καὶ ἐσεμνύνετο ἐπὶ τῷ ψεύδεσθαι ἢ τῷ τἀληθῆ λέγειν· οὕτω γὰρ σκοποῦσιν οὐθὲν ἔτι φαίνηται παράδοξον, οὐδὲ ἄπιστον, τῶν ὑπ' ἐμοῦ δεικνυμένων· ἀλλὰ σμικρὰ καὶ ἀνθρώπεια ψεύσματα πρὸς θεῖα καὶ μεγάλα. Porro haec a me dicta sunt, quemadmodum dixi, non accusandi gratia, sed indicandi, quod audacissimus hominum fuerit ad mendacia Homerus: et non minus confidens et iactabundus in mendaciis dicendis, quam*

veritate. Ita enim attendentibus valde parva, et nullius pretii videbuntur ea, quae ego mentitum esse dicam. Sunt enim vera humana mendacia, et valde credibilia, si conferantur ad ea, quae de divina atque immensa natura mentitus est.

24. *Πορφυρέους δόμους*] His verbis notat poëta Homerum, qui Troiam *εὐτείχεον, bene muratam*, et *εὐδμήτους πύργους, bene aedificatas turres frequenterque dispositas habentem*, saepius in Iliade vocare solet. P. 378 Col. 1

27. *Ψευσμάτων*] Cornelius edidit *ψευσάντων*, sed ad oram paginae mendum in ea voce latens advertit.

29. *Ἀλλ' ὥ στρατηγῶν ὁ κρατήρ*] Non ineleganter adsimilatur Homerus crateri, in quo humilia Graecorum Ducum facta cum elatis ac fastuosis verbis miscentur et adtemperantur, eo modo, quo in cratere vinum cum aqua solebat temperari. Audi Phavorinum: *Κρατὴρ σκεῦός τι, ἐν ᾧ τὸν οἶνον οἱ παλαιοὶ κιρνῶντες ὕδατι, ἐξ αὐτοῦ ἔπινον λαμβάνοντες. Crater vas quoddam, in quo vinum cum aqua antiqui miscebant, ex quo sumentes bibebant.*

32. *Ὡς ζυγὸς γενοῦ*] Ultimum huius versus verbum desideratur in editione Cornelii, quoniam in Codice eo loci maxime absumpto, vix ullum eius vestigium superest. Nos tamen superstitibus litteris diligenter, ut potuimus, inspectis, *σταθμοῦ* reponi posse censuimus.

46. *Πολλαῖς ταχείαις ὁλκάσι*] Nicephorum classe satis magna comparata exercitum Cretam adduxisse, cum aliis Graecis scriptoribus Theodosius hic commemorat. Harum navium numerum diligentius perstringit Incertus Continuator Theophanis, auctor, ut creditur, coaevus, in Romani Iunioris vita num. X. pag. 297. hisce verbis: *νῆες γὰρ ὑπῆρχον μετὰ ὑγροῦ πυρὸς δισχίλιαι, δρόμωνες χίλιοι, καβάρια καματηρὰ σιτήσεις ἔχοντα καὶ ὅπλα πολεμικὰ τριακόσια ἑπτά. Naves erant igne Graeco instructae bis mille, celoces mille, carabia oneraria annonas armaque bellica convehentia septem supra trecenta.* Parem navium numerum recenset etiam Simeon Magister, et Logotheta in Romano Iuniore num. II. pag. 498. in eoque solo differt, quod naves onerarias usque ad trecentas sexaginta auget.

51. *Ἔστησε τὰς φάλαγγας*] Nicephori solertia ac peritia rei bellicae his versibus commendatur, qui postquam exercitum in Cretam eduxit, milites ordinatim disposuit, ac in suo quosque loco stare iussit, ne forte inopinato aggressi ab Agarenis opprimerentur: quod laudi etiam Nicephoro tribuit Simeon Magister in Romano Iuniore num. II. pag. 498. ita scribens: *Ἀπάρας οὖν τῆς βασιλίδος Νικηφόρος ὁ Δομεστικὸς, καὶ τὰ Φύγελα καταλαβὼν, ἐφρόντιζεν, ὅπως ὁ σύμπας στόλος αὐτῷ ἐπὶ τὸ αὐτὸ εἴη, καὶ προσορμίζοιτο. Solvens itaque Byzantio Nicephorus Domesticus, et*

Phygela veniens, hoc maxime studuit, omnique cura enixus est, ut omnis ei classis uno agmine conserta esset, ac appelleret.

52. *Οὐλαμοὺς πυργοδρόμους*] Haec duo nomina tanquam inter se distincta explicabam, ac *πυργοδρόμους* de *turribus* illis
Col. 2 *ambulatoriis* intelligebam, quae ad maturandam turrium expugnationem apud veteres in usu erant. Hesychius vocem *πύργος* eo etiam sensu interpretatur, scribens: *πύργος πολεμιστήριον ὄργανον*, *bellicum* nempe *instrumentum*, de quo fusius disserunt Hero de Machin. Bellic. cap. 13. et Vegetius lib. IV. cap. 17, ubi machinae huius bellicae etiam imaginem vulgavit Steuvechius. Verum quum *πύργος*, eodem adnotante Hesychio, sit item *τάξις ἐν τετραγώνῳ ὁπλιτῶν*, *agmen militum quadrangula forma*, eoque sensu frequentius a scriptoribus Graecis usurpatum occurrat, de hoc ipso agmine fortassis loquutum Theodosium censendum est. Eustathius ad lib. IV. Iliad. pag. 469. edit. Rom. discrimen affert, quod intercedebat inter *οὐλαμὸς* et *πύργος*, aitque primum agmen fuisse ex 40. viris compactum, alterum vero trecentis sexaginta viris constitisse: *οὐλαμὸς δὲ τάξις ἐκ τεσσαράκοντα ἀνδρῶν .... πύργος δὲ ἐκ τριακοσίων καὶ ἑξήκοντα· τάξις αὕτη τετραγωνοειδῶς πυκνουμένη. Οὐλαμὸς acies est, seu globus virorum quadraginta .... Πύργος vero acies turrita, seu quadrata, agmen est virorum trecentorum et sexaginta: ita ut hoc agmen quadrangula forma confertum sit, atque constipatum.* Quum tamen idem eruditus Grammaticus subdat, non semper ea nomina adeo praecise, sed latiori etiam modo saepius ab Homero adhibita fuisse, non ideo improbanda est Cornelii versio, qui *οὐλαμοὺς πυργοδρόμους* de uno eodemque agmine est interpretatus. Fieri enim potest, ut Theodosius voce *πυργοδρόμους* hic usus sit eodem sensu, quo *πυργηδὸν* dixit Homerus Iliad. lib. XII. v. 43. scribens:

Οἱ δέ τε πυργηδὸν σφέας αὐτοὺς ἀρτύναντες
Ἀντίοι ἵσταντο.
Hi autem instar turris se ipsos conglobantes
Adversi stabant;

ad quae verba ita adnotat praelaudatus Eustathius pag. 892. edit. Rom.: *Τὸ δὲ πυργηδὸν ἀρτύναντες ἀντὶ τοῦ δίκην πύργου συντάξαντες· πύργος δὲ νῦν ἐρρέθη διάταξις στρατιωτικὴ τετραγωνοειδὴς, κατὰ πλίνθιον συντεταγμένη. Ea autem verba πυργηδὸν ἀρτύναντες instar turris dispositos significant: turris vero nunc a poëta dicta est instructio militaris quadriformis iuxta laterculum disposita.*

53. *Ἠκονομένη*] Ita in Codice scriptum legitur amanuensis oscitantia; sed *ἠκονημένη* legendum esse, bene iam vidit Cornelius.

56. *Ἐπεὶ δὲ πάντας*] Nullus ex Graecis, qui ad nos pervenere, scriptoribus, precum meminit, quas ad Deum fudisse Nice-

phorum Theodosius modo enarrat. Verisimile est tamen, id non prorsus ad assentationem Nicephori a poëta fuisse scriptum, quum Incertus Continuator Theophanis in Romani Iunioris vita num. XI. pag. 298. Nicephorum ab Agarenis reformidatum scribat ob eius *τὴν διέγερσιν καὶ σύνεσιν, καὶ τὴν πρὸς Θεὸν πίστιν, καὶ δικαιοσύνην, vigilem solertemque animum, fidemque in Deum, et iustitiam.*

62. *Καὶ σὲ προβάλλει*] Rogat Deum Nicephorus, ut in obsequium Christiani populi Cretensium turres et moenia deiiciat, quemadmodum pro Hebraeis in expugnatione Ierico ad preces Iosue fecit. Vid. Ios. cap. VI, qua de re et Dux gloriosus Deus appellatur. P. 379 Col. 1

64. *Αὐτῶν*] Ita Codex, non *αὐτὴν*, ut in editione Cornelii, qui tamen sic emendandum esse notaverat.

67. *Δεῖξον Πέτρος τίς*] Pergit Nicephorus Deum precari, ut potentia sua ostendat, quis sit Petrus Apostolus, Christianae Ecclesiae basis et fundamentum, et quis impius Moameth, Saracenicae superstitionis auctor, quem dicit falsitatis convictum ab ipsa sua calliditate; cum enim, ut Hebraeos sibi conciliaret et Christianos, utriusque Legis, veteris nimirum ac novae, praecepta immiscuerit, asseclas suos utriusque Legis transgressores effecit. Itaque permissam Hebraeis polygamiam concedens, Christianos ad se deficientes fecit fornicatores, et docens cum Christianis vetitum non esse omnibus carnibus vesci, Hebraeos sequaces suos docuit praeceptum transgredi eis datum, ne camelorum carne vescerentur, Levit. cap. XI. v. 4. Deuter. cap. XIV. v. 7. Videsis eruditum auctorem Siphra in Leviticum cap. III. et IV. in Thesaur. Ugolini Tom. XIV. p. 1000. Narrat Cedrenus Histor. Compend. pag. 421, Hebraeos, qui Mosaicam Legem deserentes Moamethi adhaeserant, rati eum esse Messiam, postquam carnibus cameli vesci solitum conspexerunt, eum non esse id quod opinati fuerant sensisse. Fortassis Theodosius ad hanc ipsam alludit rem.

79. *Ῥώμης ὑπῆρχον*] Creta Romano Imperio paruit usque ad Michaëlem Balbum, quo imperante a Saracenis capta est, occasionem ipsis potissimum praebente Thoma quodam, qui a sancta Christianorum fide desciscens, Moamethicam sectam amplexus erat. Videsis Cedrenum fusius de hoc agentem Histor. Compend. pag. 499. et seqq.

80. *Παρερπύσας ὄκνος*] Ob desidiam certe Graecorum tamdiu Creta sub iugo Saracenorum ingemuit. Classis enim ab ipso Michaële Balbo eo missa Duce Cratero Cabyraeotarum praefecto adeo feliciter barbaros fudit, ut Cretam facile recuperassent, nisi victoria elati milites, adventante nocte, compotationibus ac luxuriis sese immersissent, ex quo factum est, ut somno vinoque oppressos, barbari subito adorti eos sint, et usque ad internecionem turpiter profligaverint. Consule Cedrenum Hist. Comp. pag. 511.

Plures deinde expeditiones in Cretam ab aliis etiam Imperatoribus susceptae sunt, omnes tamen haud prospero exitu; et praecipue, quae iussu Constantini Porphyrogeniti suscepta est, Ducis imperitia ac socordia male omnino Graecis cessit. Habes rei historiam in excerptis Leonis Diaconi apud Pagium Critic. in Annal.
Col. 2 Baron. Tom. III. pag. 874. *Constantinus Imperator cum Cretensium iniuriam occultasque grassationes ferre non posset, iusto conscripto exercitu, multaque longe navium incendiariarum instructa classe adversus Cretam misit, quasi primo statim assultu praeliique inceptantis clamore ea potiturus: Ducis tamen, ac Praetoris, ignavia imperitiaque (viri scilicet exsecti, Cubiculariique in umbra educati, Paphlagonum regione oriundi, Constantinus ei nomen, Gonzyles cognomen erat, tametsi Patriciorum illustri dignitate fulgebat) omnis hic exercitus, paucis dumtaxat exceptis, a barbaris concisus, internecioneque deletus est.*

89. *Ἂν γὰρ τὸ λουτρόν*] Ad excitandos eo magis militum animos, Nicephorus martyrii desiderium illis inspirat. Hanc credulitatem diu late invaluisse pluribus comprobari potest exemplis. Vide Bollandum Tom. IV. Iun. pag. 658. et Tom. V. pag. 81. Mabillonium Annal. Tom. III. pag. 227.

97. *Κροτεῖτω*] In Codice sic esse scriptum videtur. Cornelius emendandum censuit *κρατεῖτω*: sed, ut opinor, nihil immutandum est. [Dubitabat Cornelius, utrum *κροτείτω* (sic, non *κροτεῖτω*) esset in Codice, an *κρατείτω*. Prius in contextu exhibuit; Fogginius posterius. Unde apparet, in hac Annotatione nonnulla esse confusa. F. I.]

99. *Πατρικὸς ὡπλισμένος*] Cornelius edidit *πατρικῶς*, vertitque, *more patrio armatus*. Codex habet *πατρικὸς*, quam vocem *patrium militem* Latine reddidi, eamque lectionem eo libentius recepimus, quod magis cum sequenti versu cohaereat. Quum enim hic dicat Nicephorus, quod quisque patrium militem satagat se ostendere, addit, nec dedecoret Romanum Imperium. Ὡπλισμένος vero dictum est hic pro ὁπλίτης, quemadmodum eadem ratione *τοὺς ἐν ὅπλοις* scribit aliquando Thucydides.

101. *Πτερώσας*] Hic militibus ad committenda cum hostibus praelia allocutio Nicephori, Caco vero apud Virgilium Aen. VIII. v. 224. ad effugiendam Herculis iram *timor addidit alas*.

105. *Οὐ μὴν παρέργως*] Virtutem Graecorum militum optime hisce verbis exprimit poëta. Graeci enim scriptores eum, quem ab hoste strenue pugnantem occisum indicare volunt, ἔργον *τοῦ πολεμίου*, ἔργον *πολέμου*, *καὶ ξίφους* dicunt: senes autem, mulieres, infantes, ceterosque imbelles, quos hostis sine ullo negotio ac quasi aliud agens interficit, ei *πάρεργον* factos aiunt, ad caedis facilitatem significandam. Ita senio confectum Priamum, dum a Neoptolemo, strenuo fortique iuvene occisus est,

πάρεργον eidem fuisse, hoc est, nullo labore ab eo caesum scribit Pausanias in Phocicis lib. X. cap. 27. Eadem itaque ex causa Theodosius Graecorum fortitudinem innuere volens inquit, Nicephorum emisisse suos milites οὐ παρέργως, *non facili* nempe *negotio superandos*, utpote recte instructos, tantoque animo praeditos, ut non sine maximo labore vinci a barbaris possent. [Οὐ μὴν παρέργως, non sane negligenter, curaque, quam res requirebat, neglecta. Cf. ad Philostrati Iun. Imagg. p. 613. F. I.]

110. Ἐπεὶ δὲ πάντες] Cladem, quam simul ac Nicephorus cum exercitu Cretam applicuit, barbari acceperunt, graphice describit poëta. De hoc Graecorum cum Saracenis Cretensibus primo conflictu agit Leo Diaconus, ubi ait: *Tunc Romanorum Dux Nicephorus triplici agmine distributa acie, clypeisque ac hastis longe constipata, bellicum canens, cum crucis tropaeum praeire iussisset, obversa fronte in barbaros irruit: gravique conserto praelio, instarque grandinis devolantibus telis haud fieri poterat, ut barbari Romanarum imbrem sagittarum diutius ferrent: quin imo terga vertentes, solutaque phalange, quam effuse licuit cursum expedientes, in suum se praedium recepere. Romani pone sequentes immensam eorum stragem dederunt. Talem nimirum prima aggressio pugnaque faustum Romanis nacta finem est.* Vid. Pagium Crit. in Ann. Bar. Tom. III. pag. 874. [Ἐπεὶ δὲ πάντες ἦσαν ἀντὶ θηρίων male vertitur: *egressi sunt contra belluas.* Sensus est, milites Romanos haud secus ac feras irruisse in hostes, et undique se pestilentiae ad instar, in terram hostilem effudisse. Cf. infra v. 208. F. I.] P. 380 Col. 1

[117. τῇ ποδῶν περικλάσει vertitur: *conculcati pedibus.* Imo, in illa festinatione, quum fugerent — πρὸς φυγὴν enim legendum pro πρὸς σφαγὴν — conciderunt, *fracto pedum robore*; quod est λύτο γούνατα apud Homerum. F. I.]

123. Γονῆς ἀστοργίαν] Tantum accepta clades timorem feminis incusserat, ut naturalis etiam affectus in filios ob imminens periculum obliviscerentur. Γονῆς ἀστοργίαν κίνδυνος ἀντήγειρε, ut melius vim Graecae huius locutionis exprimeremus vertimus: *periculum extinguebat maternum amorem in filios.* Ἄστοργος a Graecis proprie dicitur, qui expers est amoris, quo parentes liberos suos prosequuntur: quare Athenaeus Deipn. lib. XIV. cap. 20. pag. 655. de avium natura loquens, quas Meleagridas appellant, inquit: ἔστι δὲ ἄστοργον πρὸς τὰ ἔκγονα τὸ ὄρνεον, *est autem animal, quod non ita prolem suam amat.* A voce ἄστοργος vocem ἀστοργίαν derivavit Theodosius, quam vocem in Graecis melioris aevi scriptoribus vix reperies.

128. Τρίχροος τιμωρία] Clades a Graecis illata barbaris *tricolor ultio* appellatur a Theodosio ob caedem nempe senum, puerorum, ac mulierum, quos modo memoravit.

132. Εἰσήγοντο τῶν πυλῶν ἔσω] In excerptis Leonis Diaco-

ni, si bene vulgata Latina versio ineditum reddit Graecum textum, legitur, Cretenses, quum impetum Graecorum ferre non possent, *in suum se praedium recepisse.* Theodosius illos prae metu portas urbis ingressos ait, cui concinit etiam Incertus Continuator Theophanis in Roman. Iun. num. X. pag. 298. ita scribens: *Πρὸς δὲ κάστρον χωρήσας, πάντας τοὺς Κρητικοὺς τοὺς ἔξω ὄντας τοῦ κάστρου μετὰ φόβου ἔσω ἐπέκλεισεν. Admotis autem ad urbem castris, cunctos Cretenses foris palantes metu conterritos intra moenia cogit.*

138. *Εἰς στροφήν*] In editione Cornelii deest *εἰς*, quod ad fidem Codicis restituimus.

139. *Ὁρισμάτων*] Vox, ut arbitror, mendosa; *ὅρισμα* enim nunquam stationem navium significat, de quibus Theodosius loquitur. Fortassis scriptor Codicis scripsit *ὁρισμάτων* pro *ὁρμίσεων* ob litterarum similitudinem in errorem lapsus. *Ὅρμισις* profecto saepe apud Graecos scriptores ad stationes navium designandas occurrit, eodemque sensu verbum *ὁρμίζω* pro *naves in stationibus continere* a Graecis etiam inferioris aevi scriptoribus usurpatur.

Col. 2 141. *Καὶ ναῦς ἀνάψας*] Naves in terram Nicephorum subduxisse, ut contra aestus maris tutas redderet, dicit poëta: quod, magis licet generatim, adnotarunt etiam Leo Diaconus et Cedrenus. *Triremes vero, ac reliquas onerarias tranquillo in portu, ac navali confertas stationem habere iubet*, inquit Leo Diaconus apud Pagium Crit. in Ann. Bar. Tom. III. pag. 874. ac Cedrenus scribit, quod *τὸν στόλον ἐν ὅρμοις γαληνοτάτοις ὁρμίσας, naves tutissimis in stationibus continuerit.*

142. *Ἄπιστον εἰδώς*] Verbum *εἰδὼς* desideratur in editione Cornelii, quamvis adsit in Codice.

145. *Καὶ γῆν σκοπήσας*] Hanc Nicephori diligentiam in perscrutanda summo studio tota Saracenorum regione, adnotaverat etiam laudato saepius loco Leo Diaconus.

147. *Καὶ γῆθεν ἐρρίζωσε*] Munimentum hoc a Nicephoro excitatum, ut exercitum suum castraque protegeret, memorat Incertus Continuator Theophanis in Romani Iunioris vita num. X. pag. 297. scribens: *Καὶ ἀποβὰς τῶν νηῶν χάρακα, καὶ τάφρον βαθεῖαν κατεσκεύασεν, eductisque e navibus copiis, altum aggerem duxit, vallumque posuit;* idque iisdem fere verbis testatur etiam Simeon Magister, et Logotheta, in Roman. Iun. num. II. pag. 498. Sed prae caeteris diligentius id ipsum in sua historia recensuit Cedrenus pag. 643. inquiens: *Χάρακά τε οὖν ἐπήξατο καρτερὸν, τάφρῳ βαθείᾳ, καὶ σταυρώμασι, καὶ πασσάλοις τοῦτον κατοχυρώσας, καὶ τὸν στόλον ἐν ὅρμοις γαληνοτάτοις ὁρμίσας, καὶ πάντα καταστησάμενος κατὰ τὸ ἀσφαλὲς, ἐνεργῶς ἥπτετο τῆς πολιορκίας τῶν ἐν τῇ νήσῳ πόλεων. Inde castris positis, iisque alta fossa, vallo, ac palis defixis communitis, naves tutissimis*

in stationibus continens, omnibus probe constitutis, insulae urbes omni vi oppugnat.

148. *Τὰς στροφάς*] A verbo στρέφω, *flecto, torqueo,* deduxit forte Theodosius nomen στροφὰς ad significanda militum tabernacula, seu tentoria: suspicor tamen legendum potius esse τροφάς. *Τροφὴ* enim proprie *annonam* et *commeatum* significat: ac latiori etiam modo pro *tentoriis* seu *castris* accipitur, quod adnotarunt eruditi Lexicographi Hesychius et Phavorinus, scribentes τροφῆς, χάραξ. [*Στροφαὶ στρατευμάτων globi militum* verterim, ut sit circumscriptio exercitus in λόχους divisi. Sensus enim est, Nicephorum castra munivisse, urbis munitae ad instar, quae legiones continerent et tuerentur. F. I.]

150. *Ἑλληνικὰς κήρυσσε*] Homeri locus exstat in Iliade lib. VII. v. 435. ubi sic describit murum a Graecis aedificatum, ut naves et castra communirent:

ποτὶ δ' αὐτὸν τεῖχος ἔδειμαν
Πύργους θ' ὑψηλοὺς, εἶλαρ νηῶν τε καὶ αὐτῶν.
Ἐν δ' αὐτοῖσι πύλας ἐνεποίεον εὖ ἀραρυίας,
Ὅφρα δι' αὐτάων ἱππηλασίη ὁδὸς εἴη·
Ἔκτοσθεν δὲ βαθεῖαν ἐπ' αὐτῷ τάφρον ὄρυξαν,
Εὐρεῖαν, μεγάλην· ἐν δὲ σκόλοπας κατέπηξαν.

apud autem ipsum, murum exstruxerunt
Turresque altas, munimentum navium et ipsorummet.
In ipsis vero portas fecerunt bene aptatas,
Ut per illas equestris via esset: P. 381
Exterius autem profundam circa ipsum fossam foderunt, Col. 1
Latam, magnam, et in ea sudes acutas defixerunt.

151. *Ἂς Ἕκτορος χεὶρ*] Saevum ab Hectore commissum praelium ad naves et propugnacula Achivorum fusius describitur ab Homero Iliad. lib. XV. v. 374. et seqq.

Ibid. Βολή] Ita Codex, Cornelius autem legit *βουλή*. *Βολὴ* profecto de cunctis armis, quae *iactu* feriunt et occidunt, a Graecis dicitur, eaque vox magis huic loco videtur convenire, quum Hectorem telis hastisque naves ac munimenta Achivorum aggressum Homerus scribat.

153. *Ἀραχνοειδῶς*] Quum Homerus dixerit Hectorem tanto impetu in Graecos irruisse, ut eorum propugnacula cito deiecerit, Theodosius poëtam, seu potius Graecos ipsos reprehendit, quod eorum munimenta adeo debilia exstruxerint, ut aranearum instar excitata viderentur. Verum hanc erroris notam immerito Homero inurit, quum Apollinem in hac expugnatione Hectori adiutorem fuisse, ac cum eo dimicantem turres facillime diruisse confingat Iliad. lib. XV. v. 353. et seqq.

155. *Οἱ δὲ στροφάς*] Artifices hic describuntur allaborantes in fundamentis substruendis, quae quum ex saxis potissimum qua-

dratis, ac ingentibus confecta essent, ideo dicit Theodosius, quod hi plurimum insudarent in volvendis ope vectium huiusmodi saxis, ut sensim in foveas ad hoc paratas demitterent. In versu hoc verbum verbo reddere fidi interpretes non curavimus, ne sensum abstrusum nimis eliceremus. *Στροφὰς ἔπασχον ἀνθελιγμάτων* proprie dictum est de iis, qui intenti erant in detinendis magno nisu ac labore in oppositos gyros ergatis, quae ob ingens lapidum iis alligatorum pondus ad sibi proprias volutationes magno impetu tendebant. [*Στροφαὶ ἀνθελιγμάτων*, *funes torti* machinis adhibiti, quibus saxa torquebantur.]

163. *Βολῇ*] Hoc etiam in loco Cornelius edidit *βουλῇ* a fide Codicis aberrans, ideoque non *a consilio artificum* vertendum est, sed *icti ac percussi ab artificibus.*

[169. *ὥσπερ χαράδρας εἰσπεσοῦσα πικρία* male vertitur: *tanquam in alveos cadens acerba ultio.* Iunge *χαράδρας πικρία*, ut II. 36. *τῆς σφαγῆς ἡ πικρία.* II. 99. *τὸ πῦρ ἡ πικρὰ τιμωρία.* Sensus est igitur: sanguinis rivi extinguebant ardentes caminos, sicut torrentis vis violenta irruens. Hi sanguinis rivi cum calce in caminis mixti, hanc colore purpureo inficiebant, ita ut lateres inde confecti etiam purpurei fierent. F. I.]

179. *Πατρικὰς τὰς ἀξίας*] Ad morem apud Orientales omnes barbarasque gentes receptissimum gestandi circa collum torques, seu circulos aureos, alludit poëta. Quum enim Nicephorus captivis ex barbaris colla catenis circumdedisset, ait, eos patriis honoribus decorasse. Hasce autem torques, patrios honores, ac dignitates appellat, quoniam iis primores potissimum et principes ornabantur; ut de Medis scribit Agathias de Bello Gothico lib. III. observans, quod iis *Medorum primores praecipue decorantur, ut spectatiores ceteris sint, et a vulgaribus aliis noscitentur;* ac testatur etiam Tertullianus de Idol. cap. XVIII. pag. 245. inquiens: *Igitur purpura illa, et aurum cervicis ornamen-*
Col. 2 *tum, eodem more apud Aegyptios et Babylonios insignia erant dignitatis.* Sed de torquium apud barbaros usu consule fusius disserentem Ioannem Schefferum in Syntagmate de antiquorum torquibus cap. 12.

202. *Οἱ κρῆες*] Haeret in hoc verbo mihi aqua, nec quid sibi velit omnino assequor, adeo ut mendum subesse non dubitem, quemadmodum suspicatus est quoque Cornelius. *Ἀκραὴς* reponendum suspicabar, quae vox *ventum per summa flantem* significat: verum ne id tuto statuam me deterret quorumdam Graecorum Grammaticorum auctoritas, qui *ἀκραὴς* non ventum vehementem interpretantur, sed potius prosperum, suaviterque spirantem, inter quos Eustathius ad lib. XIV. Odyss. pag. 1759. edit. Rom. sic loquitur: *Ἔνθα βορέαν ἀκραῆ λέγει, οὐχ οὕτω τὸν ἄκρως ἄέντα, ὡς μᾶλλον τὸν μὴ κεκραμένον ἑτέροις ἀνέμοις· τοῦ γὰρ τοιούτου δεινότητα κατηγορεῖ Ὅμηρος ἐν τῷ, δεινὴ μισγομένη ἀνέ-*

μοιο θύελλα. *Hinc boream ἀκραῆ dicit, non per summa flantem, sed potius quod non sit aliis ventis admixtus: huius enim asperitatem reprehendit Homerus eo in versu, terribilis est mixta vento procella.* Fieri tamen potuit, ut Theodosius voce ἀκραὴς latiori modo usus sit pro quocumque vento indicando. [Admissa correctione nostra, ὥσπερ ἄκριες, omnis difficultas tollitur: ira, quam milites spirabant, comparata cum ventorum turbinibus, quos montes interdum fundunt. F. I.]

[203. Ὁ λαμπάδας — λαμπηδόνας. noctis ingruentis descriptio: Sol, qui lucidas pulchrasque (καλοχρόους) faces iusto tempore tollit, iterumque cohibet, splendidos radios suos in maris fluctibus tanquam in lavacro extinxerat. Postrema haec vulgo male versa. F. I.]

215. Ξένους] Ita Codex, non ξώους, ut edidit Cornelius, qui tamen ξένους emendandum esse bene censuit.

219. Ὑπὲρ θυῶν] Aliquid in hoc versu deest ad numeri complementum, sed in Codice nihil amplius scriptum apparet. Legendum forte θυῶν σοῦ.

227. *Λευκόμορφον*] Terram albicantem, utpote ab Aurora illustratam, recte vocat Theodosius, eo modo, quo Aurora exoriente *albescere lucem* dixit Virgilius Aen. lib. IV. v. 586. Sed propius ad rem nostram agrum ob Aurorae lumen albentem descripsit Claudianus de Rap. lib. III. v. 232. ita canens:

Et prima sub luce legunt, cum rore serenus
Albet ager:

nec absimili plane modo idem sic asseruit Valerius Flaccus Argon. lib. II. v. 72:

Iamque sub Eoae dubios Atlantidis ignes
Albet ager:

qui etiam alio in loco ibid. lib. III. v. 258. ob diem ortam *turres albescere* scripsit.

229. *Τείχει*] Septum illud, seu aggerem a Nicephoro pro sui exercitus munimine iam aedificatum hic designari pro certo habeo. Audi Leonem Diaconum apud Pagium Crit. in Annal. Baron. Tom. III. pag. 874: *A littore ad Austrum spectante coepta structura, ad alteram usque littoris partem, quod terrae interiectum erat, septo intercludit, ne scilicet barbari pro libito in agrum facile effundi possent, liberumque ipsi erat pugnam conserere, aut non conserere cum et luberet.*

Ibid. Μὲν ἀκρῷ] Cornelius edidit μικρῷ, et corrigendum censuit μακρῷ: sed neutrum horum in Codice scriptum esse videtur. Equidem μὲν ἀκρῷ legendum arbitror, eo magis quod monosyllaba necessario est addenda, ut versus mensura recte se habeat. P. 382 Col. 1.

Ibid. Προσξέειν] Ξέσαι, κατασκευάσαι interpretatur Hesychius, quod verbum pro armando instruendoque exercitu non

semel apud Graecos scriptores occurrit. Hic autem peculiari magis significatione pro advocandis ad bellum militibus usurpatum videtur: adeo ut praeco bellicum tuba canens phalangem e septo illo advocaverit, et eduxerit, quae in barbaros irrueret.

231. *Ἐκεῖ τὸ πλῆθος*] Pulchrum profecto Nicephori stratagema collocandi in fronte phalangis captivos barbaros, ut in conspectu suorum civium necarentur, ac vel sic commoti Saraceni ad pugnam exire concitarentur. Simile quid stratagema contra Sardes a Cyro excogitatum refert Polyaenus Stratag. lib. VII. cap. 6. num. 3.

237. *Πρὸς τάφρον*] Fossa haec illa est, quam Saracenos ad sui custodiam effodisse sic enarrat Leo Diaconus: *Accedebant et duae in latum quam maxime ductae fossae, atque profundae, qua undique munimentum praestarent.* Vid. Pag. Crit. in Annal. Baron. Tom. III. pag. 874.

239. *Καί*] Ita Codex: et sic quoque ad oram paginae corrigendum adnotavit Cornelius.

256. *Παῤῥησίαν*] De viribus, vel de animi virtute explicandam hanc vocem censemus, eo nempe sensu, quo illam significatione sibi minus propria adhibitam fuisse scribit Phavorinus: *Ἐκ τούτου δὲ καταχρηστικῶς ἐῤῥέθη παῤῥησία καὶ τὸ θάῤῥος καὶ ἡ*
Col. 2 *ἐξουσία. Ex hoc autem per abusionem παῤῥησία dicta est et animi virtus, et vires.* [Caesar non amplius audebit res a se gestas iactare.]

260. *Κύζικε συνθρήνησον*] De Cyzici obsidione a Mithridate posita agit Cicero *pro Lege Manilia* in principio, ubi L. Luculli laudes, qui Cyzicum ab oppugnatione Mithridatis liberavit, perstringit. Verum propius hosce versus illustrat Appianus Alexandrinus *de bello Mithridatico* p. 221. seu al. 371. qui urbis incendium describit, quod hic memorat Theodosius. Ita enim inquit: *Καὶ τάδε αὐτοῖς φερεπονώτατα δὴ κακοπαθοῦσιν, ὅμως γε τοῦ τείχους ἐκαύθη τι καὶ συνέπεσεν εἰς ἑσπέραν· οὐ μὴν ἔφθασέ τις ἐσαλάμενος ἔτι θερμὸν, ἀλλ' αὐτοὶ νυκτὸς αὐτίκα περιῳκοδόμησαν οἱ Κυζικηνοί. Attamen omnem laborem patientissime ferentes, efficere non potuerunt, quin pars moenium exusta corrueret sub vesperam: sed propter calorem incendii nemo sustinuit irrumpere: verum ipsi Cyziceni noctu substruxerunt munitionem aliam.*

261. *Ἰσοχρατεῖς*] Ita bene emendandum iam viderat etiam Cornelius.

265. *Εἰπεῖν*] Ita certe legendum est, non *εἶπον*, ut edidit Cornelius, qui tamen *εἰπεῖν* reponendum esse, et ipse adnotaverat.

271. *Ὡς ἂν βαδίζῃ χείρ*] Ex his duobus Theodosii versibus aperte colligitur, eum vel scripsisse, vel certe conscribere vo-

luisse aliud poëmation ad celebrandam quoque Nicephori de Chalepensi Sultano victoriam, quod supra etiam ex eius epistola ad Nicephorum in nostro Monito comprobavimus.

IN SECUNDAM ACROASIM.

Vers. 4. *Εἰς καῦμα*] Mensibus fere octodecim in Cretae ex- Col. 1
pugnatione pugnatum esse scribit Incertus Continuator Theophanis in Rom. Iun. num. XVI. pag. 300. quare et ardentes solis aestus ea in expeditione Graecos milites sustinuisse recte adnotat Theodosius.

7. *Αὐτὸς δὲ καῦμα*] Has Imp. Romani curas, ac sollicitudines, nullus ex superstitibus Historicis memorat. Quamobrem ad eius assentationem conflctas a Theodosio arbitror, ut ab aulicis potissimum scriptoribus fieri assolet; scimus enim, Romanum voluptatibus potius domi indulgere consuevisse, quibus fractus paullo post contabuit.

20. *Τὴν σὴν θλίψιν*] Ita hunc versum ad fidem Codicis restituimus, qui in editione Cornelii male se habebat ob defectum pronominis *σήν*.

23. *Ἐξωσμένου*] Pro verbo hoc Cornelius a Codice aberrans, nullo sensu edidit *ἐξεσμένου*. Nuncium afferentem victoriam Romano missum dicit poëta ab eo, qui in sui servitium strinxerat gladium, quibus verbis Nicephorum designat, qui in Romani obsequium ad bellum huiusmodi Saracenis inferendum processerat. [Verbis *μάχαιραν δουλικῶς ἐζωσμένος* circumscribitur dux, ense, ut dignitatis signo, cinctus, idque *δουλικῶς*, ut minister Imperatoris, qui solus est dominus. F. I.]

28. *Μονοτρόπων*] Hoc nomine proprie dicuntur, qui idem Col. 2
vitae institutum sectantur, seu, qui concorditer simul degunt, ut in Psalm. LXVII. v. 6. *Ὁ Θεὸς κατοικίζει μονοτρόπους ἐν οἴκῳ*, *Deus inhabitare facit unius moris in domo.* Sed Symmachus vertit: *Domum praebet iis, qui solitarie vivunt.* Itaque Ioannes Tzetzes Chil. IX. v. 338. aliique inferioris aevi Graeci scriptores ea voce ad Monachos designandos saepius usi sunt. Cyrillus Scythopolitanus in Vita S. Sabae cap. 28. Monachorum virtutes describens, allatum Psalmi versiculum ad Monachos transfert.

33. *Συστρατηγοῦ*] Quis huius vocis hoc in loco verus sit sensus non bene assequor. *Συστρατηγὸς* pro collega imperii militaris, seu pro eo, qui simul militat, et praeliatur, scriptores Graeci adhibent; et proinde ad Nicephorum referenda videretur. Verum ea interpretatio cum reliquis, quae a poaët hic enarrantur, non bene cohaeret; et idcirco potius Deus ipse *Συστρατηγὸς* a Theodosio appellatus videtur, cuius potissimum ope ac

virtute reportata est de Saracenis victoria, quasi cum Nicephoro contra eos pugnaverit. Certe εὐκλεᾶ στρατηγέτην, *gloriosum Ducem*, Deum ab eodem Nicephoro appellatum supra vidimus Acroas. I. v. 63. ubi illum invocat, ut ad auxilium sibi ferendum contra barbaros veniat.

P. 383 Col. 1

35. *Στόμα*] Os nempe, seu hiatus fossae illius, in quam Saracenos caesos incidisse superius enarravit. [*Ποινῆς στόμα* dictum videtur per periphrasin, ut *στόμα ὑσμίνης* Il. XX. 359. *στόμα δηϊοτῆτος* ap. Quint. Smyrn. 1. 193. et *στόμα χάρμης* ap. Eund. 1. 485. quod veteres Grammatici interpretantur *τὸ κατεργαστικώτατον μέρος τοῦ πολέμου*. Est igitur *ποινῆς στόμα cruenta caedes, poenae loco hostibus inflicta*, ut apparet ex proximo versu. F. I.]

36. *Ἡ πικρία*] Hoc verbum, quod in Codice ob chartae vitium ferme omnino periit, quodque ideo Cornelius penitus omisit, ex litterarum vestigiis adhuc superstitibus sic legendum videtur.

40. *Ὁδοιπορῆσαι*] Ita Codex, non *ὁδοιπονῆσαι*, quemadmodum edidit Cornelius.

Ibid. Εὐκόλως] Ita Codex, non *ἀκόλως*, ut in editione Cornelii. Nicephorus, ut viam ad commodum sui exercitus facile coaequaret, hiatum illius fossae iussit repleri: cumque ea prope moenia Saracenorum esset, ne milites, dum opus perficiunt, a barbaris laedi possent, eos testudinibus protegi mandavit. Porro haec testudo machina erat tectoria, e corio duriorique alia materia desuper contecta, quae muris admota, tuto in se milites continebat. Hunc Theodosii locum apprime illustrat Iulius Caesar de Bell. Civil. lib. II. cap. 2. ubi ita inquit: *Antecedebat testudo pedum* LX. *aequandi loci causa, facta item ex fortissimis lignis, involuta omnibus rebus, quibus ignis iactus et lapides defendi possent.* Vide plura apud Vitruvium lib. X. cap. 20. et 21.

44. *Ἄγε*] In editione Cornelii legitur *ἀὴρ*, sed *ἄγε* restituendum esse contextus certe, ac sensus ipse poëmatis exposcere videntur. [*Ἄγε* Fogginii versum pessumdat. Codicis lectio *ἀὴρ* si vera est, Theodosius aërem ipsum in testimonium de pugna acerrima appellat, quod telorum hostilium nube repletus, vicissim Romanorum tela in hostes iacta retorserat. *Χιτὼν* aëri tribui potuit eadem imagine, quae inest v. 62. *λεπτόνητον* (sive *λεπτόστημον*) *αἰθέρος πλάτος*. Sic Pisidas in Hexaëm. v. 135. de caeli ambitu: *Στολίζεται δὲ τὸν χιτῶνα τὸν μέγαν, Τὸν ἀέρα, κλωσθέντα κερκίδι ξένῃ, Χυτὸν, διαυγῆ, λεπτὸν, ἠραιωμένον.* Ib. 271. aër vocatur *ὕφασμα λεπτὸν* et *ἔργον ἀερόστημον*. Vel sic tamen sunt nonnulla in his versibus, quae non expedio. F. I.]

45. *Τοῦ σοῦ χιτῶνος*] Testudinem nempe, quam veluti vestem quandam, seu tegumentum metaphorice describit.

Ibid. Τὴν] Omisit hunc articulum Cornelius: qua de re versum edidit claudicantem.

46. *Ἀντανέκλασας*] Damnum, quod barbari Graecis inferre conabantur, contra ipsos cedebat: nam Graeci testudini inclusi, ex ipsius machinae meatibus consulto tutis in locis ad hoc excisis, contra illos tela mittebant, quae eos supra turres et moenia in apertum stantes plurimum laedebant.

48. *Κάτω*] Sic Codex; Cornelius aliter legerat, sed ita emendandum bene coniectavit.

52. *Κηρόν*] Pro *κῆρα* positum arbitror, seu errore librarii, seu potius aevi vitio, quo Graecae linguae elegantia magna ex parte perierat.

53. *Κριούς*] Nicephorum hasce machinas ad oppugnanda Saracenorum moenia adhibuisse narrrat etiam Leo Diaconus, ita scribens: *Qua re perspecta Praetor petrarias quantocyus adduxit, illisque lapidum imbre barbaros peti iussit. Ad haec etiam obsidionalem peculiarius machinam (arietem Romani vocant) adhibuit: petrariis autem crebra saxorum pondera rotantibus, facili negotio Barbari repressi sunt: interimque ariete muris admoto maiore impetu quatiente, viri non pauci fossam subiere.* Col. 2 Vid. Pag. ibid. pag. 874.

Ibid. Χελωνίους τέχνας] Testudines scilicet oppugnatorias ab iis, quas supra memoravit, diversas, ideoque et ab eo aliter nuncupatas. Erat haec machina quatuor suffulta rotis, quo facilius, ubi opus foret, veheretur, crudisque animalium coriis ad sui munimen extrinsecus contexta. Continebat ea milites ad muros suffodiendos, et ad eos deinde quassandos libratus aries contorquebatur. Optime eam descripsit hisce verbis Vitruvius lib. X. cap. 19: *Cetras autem Chalcedonius de materia primum basim subiectis rotis fecit, supraque compegit arrectariis, et iugis varas, et in his suspendit arietem, coriisque bubulis texit, ut tutiores essent, qui in ea machinatione ad pulsandum murum essent collocati. Id autem, quod tardos conatus haberet, testudinem arietariam appellare coepit.* Huiusmodi machinae iconem exhibuit Lipsius in Polyorcetico Dial. VIII. Tom. III. Opp. pag. 279.

55. *Κλιμάκων ἀσυνδέτων*] Scalae hae sunt, quae compactiles, seu solutiles dicebantur. Hae pluribus constabant partibus, earumque gradus ita erant compositi, ut facile removeri, ac stipite coeunte quasi in vaginam recondi possent. *Κλίμακας πηκτὰς*, hoc est *scalas plicatiles*, appellavit illas Appianus in Ibericis, magisque ad rem nostram *διαλυτὰς*, *solutiles* nempe, Plutarchus in Arati Vita pag. 317. ubi ait Aratum obsessurum Sicyonem eas in modios frumentarios coniectas recondidisse.

57. *Οἱ*] Hunc a Cornelio omissum articulum cum Codice restituimus.

61. *Τὰς κάρας*] Terribile certe stratagema ad terrefaciendos hostes a Nicephoro excogitatum, iaciendi nempe fundarum ope abscissa barbarorum capita, ut vel ab ipsis concivibus suis per-

cussi caderent. Nullus historicorum, quorum scripta ad nos pervenere, tale Nicephori commentum recensuit: sed fortassis de eo mentionem fecerat Leo Diaconus, qui plura in hac Cretensi expugnatione Nicephori stratagemata, teste Pagio ibid. pag. 874. memoraverat.

62. *Λεπτόνητον*] Ita melius corrige pro *λεπτόνημον*.

[64. Verba *τῆς ἁμαρτίας* iungenda videntur cum *ποινήν*. F. I.]

68. *Θανὼν εἷς*] Ita lego haec verba, quae mendosa et manca edidit Cornelius.

77. *Σεήπφ*] Saracenorum perturbationem, clamoremque inter eos excitatum rei crudelissimae novitate, propria eorum lingua ac dialecto exprimit Theodosius. Verba videntur Turcica, sed difficillimae interpretationis, quia obsoleta et Graecis litteris fortasse non sine librarii mendis expressa. Si quid interim emerserit, dabimus ad calcem.

[80. Sensus: oppidani clamorem tollentes patrio sermone utebantur, illa autem Cretenses occidendi ratio tuum erat inventum, recens itaque et insolitum. F. I.]

82. *Ἀμηρᾶς*] *Amir* vox Arabica, quae dominum seu dominatorem significat, ex qua, tum apud Graecos, tum apud Latinos sequioris aevi deducta sunt plura vocabula ad significandas apud Saracenos et Turcas varias, quas habebant, cum aliP. 384 Col. 1 quo imperio dignitates. Quin etiam ex ea voce apud nos in honore est titulus *Ammiraglio*, qua Siculi summos classium praefectos ad Saracenorum imitationem appellasse videntur primi. Porro Amerae huius in Creta tunc imperantis nomen reticet poëta, sed nobis illud innotescit ex anonymo Continuatore Theophanis in Rom. Iun. n. XI. pag. 298. et ex Cedreno pag. 643. qui eum *Κουρούπας Curupam* vocant, nec non ex Simeone Magistro, et Logotheta, in Rom. Iun. num. IV. pag. 498. qui paullo aliter *Κουρόπα Curopam* eum nuncupat.

83. *Τὸν ἐκ Πύλου*] *Pylium senem*, Nestorem nempe, quem tamquam Graecorum disertissimum saepius describit Homerus.

[89. *γέροντες ἐν χρόνῳ ὁμόστολοι*, senes Amerae aetate annisque aequales. F. I.]

108. *Αὐθαδῶς*] Cornelius minus correcte nulloque sensu edidit *ἀφθαδῶς*.

Ibid. *Ἡπλωμένος*] Curupas certe imperium suum extendere nitebatur, quoniam barbari, teste anonymo Continuatore Theophanis in Rom. Iun. n. VII. pag. 296, *πολλὰ δεινὰ καὶ κακὰ καὶ αἰχμαλωσίας καθ' ἑκάστην εἰς τὴν Ῥωμαίων γῆν ἐποιοῦντο, ἀφ' ὅτου ταύτην τὴν μεγάλην νῆσον ἐπόρθησαν*, *damna multa ac mala quotidie Romanis inferebant, captivosque ac praedas abigebant, quo ex tempore vastam eam insulam suae ditionis fecerant:* sed potissimum ob victoriam de Graecis nuper reportatam nimis insolescentes, Romani Imperii loca in servitutem re-

digebant. Audi saepius laudatum Leonem Diaconum: *Etenim infortunio, quod Romanis nuper acciderat, immensum superbiens, Romanae ditionis littora locaque maritima praedationibus maxime infestabat.* Vide Pagium ibid. pag. 873.

111. *Ἐκ τῶν ὀπῶν*] Saracenos extra urbem palantes antra et impervia loca habitasse, testatur mox laudatus Theophanis Continuator anonymus in Rom. Iun. num. X. pag. 298. scribens: *Μαθὼν δὲ ὁ Νικηφόρος ὅτι οἱ ἔξω τοῦ κάστρου ἀποκλεισθέντες εἰς τὰ στενώματα καὶ κλεισούρας καὶ ῥυάκια καὶ ἕλη καὶ ὄρη προσέφυγον. Intellexit autem Nicephorus, eos, qui urbe exclusi erant, in angusta et clausuras alveolosque et saltus et montes confugisse.*

122. *Προφήτης οἶδε*] Confictam Moamethis visionem de Paradisi beatitudine recitat Arabice et Latine Ludovicus Marraccius in P. II. Prodromi ad Refutationem Alcorani pag. 20. ubi haec leguntur: *Sunt autem ibi calices ad bibendum tot numero, quot sunt sidera in caelo: et puellae et pueri ministrantes in Paradiso ad manducandum et bibendum: et adolescentulae pulcherrimae, quantum cogitari possit; ex quibus si una appareret in caelo, vel in aëre nocturno tempore, illuminaret mundum universum, non secus ac si esset sol lucentissimus: et si spueret in mare, certe mutaret salsedinem eius in mel, et amarorem aquarum eius in dulcedinem et suavitatem.* Verum propius hosce Theodosii versus illustrat Cedrenus Hist. Comp. pag. 422. ubi de impiis Moamethis dogmatibus disserens inquit: *Εἶναι δὲ τρεῖς παραδείσους ἐν τῷ παραδείσῳ φλυαρεῖ, ἕνα μέλιτος, καὶ ἕτε-* Col. 2
ρον γάλακτος, καὶ ἕτερον οἴνου. Praeterea nugatur, in Paradiso tres esse Paradisos, unum mellis, alterum lactis, vini tertium.

126. *Μεταστὰς τοῦ σκότους*] In tenebricosis locis impios detineri scripsit Moameth, ubi vento urente ferventeque aqua excrucientur: ita enim in Alcorano Sur. LVI. num. 44. inquit: *In vento urente et aqua fervente morabuntur, et umbra et fumo nigerrimo.* [Iunge *τοῦ σκότους τιμωρίαν.*]

133. *Τὰς ὁδοὺς προμηνύων*] Eadem narrat Theophanis Continuator anonymus in Rom. Iun. n. X. pag. 297. ita scribens: *Ἔμπροσθεν δὲ ὁ συνετὸς ταχυδρόμους γαλέας ἀποστείλας, κατασκοπῆσαι καὶ κρατῆσαι γλῶσσαν προσέταξεν. Missis itaque vir prudens ac catus, quae classi praeirent, celeribus galeis, explorare iussit, ac indigenas loci rerumque indices captare.*

139. *Σταθείς*] Mancum hoc verbum edidit Cornelius, quoniam in Codice ob chartae vitium primae eius litterae ferme omnino deletae sunt.

142. *Κενάς*] Litterarum vestigia adhuc in Ms. exstantia diligenter considerans ita legendum hoc verbum censui, quod in Cornelii editione desideratur.

145. Ἰδού] Eadem ex causa huius etiam verbi primas tantum litteras innuit Cornelius.

152. *Τῆς Ἀγὰρ τέκνα*] Agareni scilicet, ita dicti, quod ab Ismaële descenderent filio Agar ancillae Abrahae, quam ipse, permittente Sara, duxit in coniugem. Huiusmodi populos etiam veteres cognoverunt: Agarenos enim memorant sacrae Paginae Psalm. LXXXII. v. 6. nec non Plinius lib. VI. cap. 28. qui Arabiam Felicem habitasse dicit, et Strabo lib. XVII. pag. 528. qui ipsos Nabathaeis adiungit. Observandum tamen, quod Agarenorum nomen a recentioribus scriptoribus latiori modo ad designandos omnes cuiuscumque regionis Arabas ac Saracenos usurpatum fuit. Agraei etiam ii nuncupati occurrunt, ab Agar, urbe Arabiae Petraeae principe, cui eandem Agar Abrahae uxorem nomen dedisse contendunt nonnulli.

161. *Τῆς φυγῆς ἡ ζημία*] Hanc a Nicephoro habitam ad milites allocutionem nullus ex Graecis, qui adhuc restant, huius expeditionis scriptoribus recenset. Plura tamen his similia sunt, quae allocutum esse Nicephorum ad milites alia occasione refert Theophanis Continuator anonymus in Rom. Iun. num. XII. pag. 299. ex qua haec ad rem nostram accipe: *Λάβωμεν πίστιν τὴν τῶν φόβων φονεύτριαν· ἀναλογισώμεθα ὅτι ἔνδον ἐσμὲν τῆς Συριακῆς νήσου· μέγαν κίνδυνον ἡ φυγὴ ἀπὸ τῶν ὧδε φέρει. Fidem arripiamus, quae timores perimit: animo reputemus nos in Syriaca insula versari. Ingens periculum est, si inde fugerimus.*

166. *Θεὸς γάρ*] Haec etiam a praefata, quam Theophanis Continuator recitat, allocutione illustrantur; ibi enim sic Nice-
P. 385 phorus loquitur: *Στῶμεν καὶ καρτερήσωμεν εἰς ἀντιπαράταξιν τῶν*
Col. 1 *ἀρνητῶν τοῦ Χριστοῦ, καὶ Χριστὸς ὁ Θεὸς συνεργήσει ἡμῖν, καὶ ὀλέσει τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν, καὶ πορθήσεται τὸ κάστρον τῶν ἀλαζόνων τοῦ Χριστοῦ. Stemus intrepidi adversaque acie Christum negantes infideles audacter appetamus, feret suppetias Christus Deus noster, hostesque profligabit, ac superborum eique insultantium oppidum arcemque diruet.*

169. *Τειχισμάτων*] Sic recte Codex, quod mendose edidit Cornelius, etsi ita esse emendandum adnotavit.

172. *Χώραν*] *Stationem* scilicet, seu *sedem*, in qua tunc dies consistebat. Eleganter autem dixit diem sedem tertiam habuisse, ut horam ipsius tertiam indicaret.

174. *Ὡς ὄνειδος*] Turcarum morem satis notum tangit radendi sibi capita. Quod autem addit, *ὡς ὄνειδος*, Romanorum Graecorumque morem respicit, apud quos vilibus et ignominiosis hominibus capita radebantur. De servis atque ad opus publicum damnatis ita Artemidorus Oneirocrit. lib. I. cap. 22: *Ὁπότερον δ' ἂν τῆς κεφαλῆς ψιλὸν ἔχει τις οὐκ ὢν εὐσυνεί-*

δητος, καταριθήσεται τὴν εἰς ἔργον δημόσιον κατὰ δίκην· τοῦτο γὰρ κἀκεῖ παράσημόν ἐστι τοῖς καταδικαζομένοις. *Utram autem capitis partem quis nudam habet, ut non probe cognosci queat, damnabitur in opus publicum adiudicatus. Hoc enim etiam istic insigne est damnatis.* Qua de re Polygnotum, ut servilem Aethrae Thesei matris conditionem ostenderet, derasam usque ad cutem eam pinxisse observat Pausanias Phocic. lib. X. cap. 25. Scurras item, aliosque viles homines raso fuisse capite testatur Iuvenalis lib. I. sat. V. v. 171. ita inquiens:

pulsandum vertice raso
Praebebis quandoque caput, nec dura timebis
Flagra pati, his epulis, et tali dignus amico.

188. Ἡμᾶς] Ita ad fidem Codicis suo loco hoc pronomen reposuimus omissum in editione Cornelii.

194. Πλατυνθῇ] Sic bene emendandum quoque censuit Cornelius.

198. Βρυχήν] Cornelius legendum maluit βροχὴν, sed nihil immutandum: βρυχὴ enim pro *tempestate* ac *procella* bene ponitur.

204. Ἐγκρυμμάτων] Cornelius male legit ἐγκρουμάτων. Ἔγκρυμμα ad designandas militares insidias passim usos esse Graecos scriptores constat. Ceterum ἔγκρυμμα a κρύπτομαι, quod est *se abdere*, derivatum contendit Eustathius in suo ad Homerum Commentario pag. 932. edit. Rom. scribens: Ὅθεν καὶ ἔγκρυμμα τὸν λόχον ὁ τοῦ δήμου ἄνθρωπος λέγει· κρύπτονται δὲ πάντως οἱ Col. 2
μὴ τετανοὶ ἑστῶτες, ἀλλ' ἀναγκαίως ἐν τῷ συνιζάνειν συστέλλοντες ἑαυτοὺς, ὡς μὴ περιφαίνεσθαι. *Quare et ἔγκρυμμα insidiae vulgo dicuntur: occultantur enim omnino, qui coarctati stant, ac necessario, dum inter se coëunt, contrahunt semet ipsos, ne videantur.*

Ibid. Plura huius generis stratagemata referuntur a Polyaeno lib. II. cap. 1. num 27. lib. V. cap. 10. num. 4. cap. 16. num. 2. lib. VIII. cap. 3. num. 2. et alibi.

233. Ἐντεροπράτης] *Viscerum* nempe *venditor*; πράτης enim apud Graecos pro venditore adhibetur. Frigent, quae fusius quam par est, hic prosequitur Theodosius.

242. Ἡ δίκη] *Deus*, seu *iustitia divina*; Δίκην Dei comitem, divinaeque legis vindicem, ideoque ex Jove ipso genitam finxerunt veteres.

245. Ἡ κόνις] Ita ex Codice restitue. Ἀκόνης, nullo certe sensu, edidit Cornelius.

246. Ὁ πλατὺς . . . .] Verbum, quod ultimo loco subsequitur, adeo est deletum in Codice, ut ne eius quidem vestigia dignosci possint. Στόνυξ forte, ut arbitror, vel quid aliud simile ibi est restituendum, quasi nimirum Cretensis illius gigantis occisio maximam Nicephoro gloriam attulerit.

251. *Φραγμούς*] Cornelius quoque ita esse corrigendum bene adnotavit.

261. *Δουλοσπόρων*] Ex servili progenie genitos Agarenos vocat, utpote qui ex Ismaële filio Agar, quae Abrahae famula erat, originem suam ducerent. Moameth enim, ut scribit Cedrenus Hist. Comp. pag. 421, genere ac tribu Ismaëlita fuit, ad Ismaëlem Abrahami filium genus referens.

266 *Ξέρξης*] Male edidit contra Cod. fidem hoc nomen Cornelius: sed bene ad oram paginae correxit.

Ibid. Θαλασσῶσαι] Celebre apud Historicos est Xerxis facinus, qui Athon montem a continente abscidit, per eum mare derivans, ut suis navibus commodum praeberet transitum. Audi Plinium ita de hac re disserentem lib. IV. cap. 10: *Fretum, quo montem Athon Xerxes rex Persarum continenti abscidit, in longitudine passuum MD. Mons ipse a planitie excurrit in mare LXXV. mill. pass.* Hoc idem, ut alios praeteream, memorat etiam Pomponius Mela lib. II. cap. 2: *Qua continenti Athos adhaeret, Xerxe in Graios tendente, perfossus transnavigatusque est, factus freto navigabili pervius;* unde Lucanus Pharsal. lib. II. v. 676. cecinit:

cum vela ratesque
In medium deferret Athon.

IN TERTIAM ACROASIM.

Vers. 1. *Τῆς ἀβύσσου*] Quod in se continet immensam aquarum multitudinem, *ἄβυσσον* Graeci dicunt. Hic autem *Abyssi* nomine intelligitur maxima aquarum congeries in aëre a Solis attractu collecta, ex qua pluviae ac tempestates gignuntur; ideoque additur *πολυστόμους χύσεις, qui habet effusiones ex multis ostiis erumpentes.*

P. 386 Col. 1 8. *Ἐν Σταγειρίταις*] Ita Codex; sed malim legi: *Σταγειρίτης ἢ Πλάτων.* Stagiritam dictum fuisse Aristotelem, quod Stagirae natus esset, nemo ignorat.

9. *Ὁ κρατῶν*] Demosthenes inter Athenienses summus ac plurimum pollens dicitur, vel quod, post mortem Alexandri et Antipatri, rebus Graeciae praepositus fuerit, vel potius, quod prae omnibus doctrinae et eloquentiae laude excelluerit.

10. *Ὁ κρούων*] Pindarum intellige lyricorum poëtarum principem.

14. *Κεντεῖ*] Ad fidem Codicis hoc verbum restitui, in editione Cornelii praetermissum.

Πόλεις] *Πόλας* scripsit Codicis librarius, sicque ad eius fidem edidit Cornelius; nos *πόλεις* emendavimus.

32. *Ἡρακλῆς*] Quum Laomedon Troiae moenia moliri statuisset, Neptunum et Apollinem ad opus pacta mercede conduxit, quam postea Laomedon persolvere recusavit; qua de re Neptunus ira percitus *omnes*, ut inquit Ovidius Met. lib. XI. v. 207, *inclinavit aquas ad avarae littora Troiae:* neque hoc contentus Hesionem quoque, Laomedontis filiam et Priami sororem, ceto obiiciendam poposcit, quam *dura ad saxa revinctam* Hercules liberavit.

34. *Τοῦ πυρός*] Vitiosum esse hoc verbum arbitror, ac potius legendum *θηρός*. Meleagri fabulam, qui patriam suam Calydonem ab immani illo apro, a Diana vindici animo immisso totumque regnum evastante, liberavit, satis omnes cognoscunt. Non adeo autem se praeclare gessisse ait Meleagrum, dum feram illam interfecit, ut Romanus Imp., seu potius Nicephorus, qui mundum universum a Cretae tyranno, regiones omnes praedationibus plurimum affligente, vindicavit. [De Calydonio apro non est cogitandum, nec sollicitanda Codicis lectio. Respicitur Il. IX. 589. 593. F. I.]

36. *Ἄλωεῦ*] Aloëi filii Otus et Ephialtes gigantes Cretenses, ut loquitur Apollodorus lib. I. pag. 15, *Ἔδησαν δὲ καὶ Ἄρην· τοῦτον μὲν οὖν Ἑρμῆς ἐξέκλεψεν. Martem insuper in vincula coniecere, quem demum Mercurius furto eripuit;* hinc Claudianus de Bello Get. carm. XXVI. v. 67. cecinit:

Quid mirum, si regna labor mortalia vexat?
Cum gemini fratres, genuit quos asper Aloëus,
Martem subdiderint vinclis?

Sed prae ceteris omnes hos Theodosii versiculos illustrat Homerus Iliad. lib. V. v. 385. ubi ait:

Τλῆ μὲν Ἄρης, ὅτε μιν Ὦτος κρατερός τ' Ἐφιάλτης,
Παῖδες Ἀλωῆος, δῆσαν κρατερῷ ἐνὶ δεσμῷ·
Χαλκέῳ δ' ἐν κεράμῳ δέδετο τρισκαίδεκα μῆνας·
Καί νύ κεν ἔνθ' ἀπόλοιτο Ἄρης ἄτος πολέμοιο,
Εἰ μὴ μητρυιὴ περικαλλὴς Ἠερίβοια
Ἑρμέᾳ ἐξήγγειλεν· ὁ δ' ἐξέκλεψεν Ἀρῆα
Ἤδη τειρόμενον· χαλεπὸς δέ ἑ δεσμὸς ἐδάμνα.

Passus est quidem Mars, quando ipsum Otus fortisque Ephialtes
Filii Aloëi ligaverunt validis vinculis.
Aereo autem in carcere ligatus fuit tredecim menses: Col. 2
Et quidem ibi periisset Mars insatiabilis belli,
Nisi noverca perpulchra Eeriboea
Mercurio illud indicasset: hic autem furtim subduxit,
Iam dura enim ipsum vincula conficiebant.

38. *Οὐ μητρυιά*] Eeriboeam scilicet, quam ope Mercurii Martem ex aereo illo carcere liberasse ex Homero mox vidimus. Dicit autem, quod in Cretensi hac expeditione non Eeriboea, sed ipse Despota Martem in libertatem vindicaverit, ut iterum de Cretensi tyranno vindictam sumeret.

47. *Πολλοῖς*] Ita Codex, sed librarii oscitantia. Lege *πολλῶν*.

59. *Κύριε*] Verba sunt ex Psalmo XXVII. v. 1. paullulum a poëta immutata, ut versus mensurae accommodaret.

61. *Ἐν βόθρῳ*] Cornelius a Codicis lectione recedens edidit *ἐμβόθρων*.

68. *Ὡς Μωσῆς*] Victoriam adversus Amalecitas a Iosue precibus Mosis reportatam innuit. Legitur in Exod. cap. XVII. v. 11: *Cum levaret Moses manus, vincebat Israël: sin autem paullulum remisisset, superabat Amalec.* Qua de re quum manus Mosis fatigarentur, Aaron et Hur ex utraque parte eas sustentarunt, *fugavitque Iosue Amalec, et populum eius in ore gladii.* [Vid. Not. crit. in Anth. Pal. p. 16. F. I.]

73. *Ἐπιστάσης*] Sic ad fidem Codicis emendavimus hoc verbum, quod minus correcte edidit Cornelius.

[77. *ἐν ξυρῷ*] res in discrimen venit, Cretensibus praeter opinionem subito erumpentibus. F. I.]

[78. *εὐθεῖς κοιλάδες* vertitur *antra immania*, nescio quo iure. *εὐθεῖς ἵππόται* sunt II. 135. sensu non minus obscuro. Fortasse verba seiungenda: *εὐθεῖς, κοιλάδες. loca ardua et convalles.* F. I.]

80. *Προευτρεπισθεὶς*] Ita cum Codice hoc verbum corrige mendose editum a Cornelio.

Ibid. Ἑπτασήμαντος] Hoc verbum, quod alibi non reperias, adhibet Theodosius, ut indicet exercitum Saracenorum fuisse septies a Graecis victum ac profligatum, quod quidem inferius magis aperte testatur. Compositum autem illud est ex *ἑπτὰ* et *σημεῖον*, quasi Graeci septem tropaea erexerint. [*Ἑπτασήμαντος* esse potest exercitus septem cladium tamquam nota inustus. F. I.]

94. *Ἐκ τῶν ἀδήλων*] Romanum Imperatorem incognitis equitibus stipatum exercitui suo a facie barbarorum fugienti mirabili modo apparuisse, verbisque ad praelium confirmasse, nullus ex superstitibus historicis commemorat, nec dubito, fictam esse fabellam ad ornatum poëmatii.

[108. *ὄντες ἐκ σκότους* male explicatur: *quamvis extra tenebras.* Ex tenebris orti dicuntur barbari, quia luce religionis christianae carent. Vid. Not. ad Anth. Pal. p. 18. nr. 85. F. I.]

115. *Μεμηνότα*] Mallem *μεμηνότες*, quod carminis explicationi magis cohaereat. [Bene habet *μεμηνότα*. diem illi abominabantur, tamquam hostem in ipsos furentem. F. I.]

117. *Λελειμμένοι*] Qui nempe superstites evaserant ab accepta clade. Audi Leonem Diaconum: *Tandem multis eorum caesis in fugam vertuntur per angusta viarum cedentes. Romani vero eos insequuti dire trucidabant; qui vero hactenus superstites erant, ac quotquot ardor belli non demessuerat, proiectis armis in praeceps vertebantur.* Vid. Pagium ibid. pag. 875. Cornelius a Codicis lectione recedens edidit *λελεγμένοι*.

126. *Ἔπαττον*] Nihil hic verbum *ἔπαττον*, nec dubito, quin sit legendum *ἔπραττον*.

127. *Τίς*] Cornelius legendum esse coniectavit *τίς ὡς*, quoniam, inquit, *et carmen, et sensus melius se habebunt.* Sensus certe, addita particula *ὡς*, magis perspicuus foret, sed carmen nullo modo melius se haberet, quum nihil in eo desit ad senarii complementum. Quare nihil esse addendum arbitror, praedictamque particulam potius esse subintelligendam. P. 387 Col. 1

Ibid. *Ἰδομενεύς*] Idomeneus rex Cretensis, qui maxime in Troiano bello inclaruit. Hic cum post eversam Troiam cum suis reverteretur, et dira tempestate eius classis agitaretur, devovit Diis sacrificaturum se rem, quae ei primum occurreret. Itaque filium, qui primus ei obviam venit, sacrificavit, vel, ut aliis placet, sacrificari iussit, ob quam causam a civibus regno pulsus, Salentinum Calabriae promontorium divertit, ubi civitatem condidit.

129. *Τάς*] Sic Codex, et sic quoque Cornelius emendandum censuit.

130. *Ἀτρέως γόνος*] Agamemnonem intellige Atrei ex Aerope filium. Is Idomeneum ad praelium adversus Troianos forti animo committendum, teste Homero Iliad. lib. IV. v. 251. excitavit. Quod autem inquit, *τὰς ἀπειλὰς ἐξονειδίζων*, Agamemnonem nempe Idomeneo minas, quas antea ille contra Troianos intentaverat, exprobrasse, ad eadem Agamemnonis verba ab Homero allata respicit. Ibid. v. 264. ubi ait:

Ἀλλ' ὄρσευ πολεμόνδ', οἷος πάρος εὔχεο εἶναι.
Sed prorumpe ad bellum talis, qualis antea gloriabaris.

131. *Παρελθεῖν . . . . τὸν βίον*] *Βίος* hic pro *bonis* seu *fortunis* adhibetur, quo sensu plures Graeci tum poëtae, tum oratores usurparunt, adeo ut *παρελθεῖν τὸν βίον a bonis deficere* significet. Melius itaque se gessisse affirmat Idomeneum, qui e Creta pulsus absque certamine regno cessit, ne patriam suam perderet, quam Saraceni, qui Graecorum armis resistentes patriae

38. *Οὐ μητρυιά*] Eeriboeam scilicet, quam ope Mercurii Martem ex aereo illo carcere liberasse ex Homero mox vidimus. Dicit autem, quod in Cretensi hac expeditione non Eeriboea, sed ipse Despota Martem in libertatem vindicaverit, ut iterum de Cretensi tyranno vindictam sumeret.

47. *Πολλοῖς*] Ita Codex, sed librarii oscitantia. Lege *πολλῶν*.

59. *Κύριε*] Verba sunt ex Psalmo XXVII. v. 1. paullulum a poëta immutata, ut versus mensurae accommodaret.

61. *Ἐν βόθρῳ*] Cornelius a Codicis lectione recedens edidit *ἐμβόθρων*.

68. *Ὡς Μωσῆς*] Victoriam adversus Amalecitas a Iosue precibus Mosis reportatam innuit. Legitur in Exod. cap. XVII. v. 11: *Cum levaret Moses manus, vincebat Israël: sin autem paullulum remisisset, superabat Amalec.* Qua de re quum manus Mosis fatigarentur, Aaron et Hur ex utraque parte eas sustentarunt, *fugavitque Iosue Amalec, et populum eius in ore gladii.* [Vid. Not. crit. in Anth. Pal. p. 16. F. I.]

73. *Ἐπιστάσης*] Sic ad fidem Codicis emendavimus hoc verbum, quod minus correcte edidit Cornelius.

[77. *ἐν ξυρῷ*] res in discrimen venit, Cretensibus praeter opinionem subito erumpentibus. F. I.]

[78. *εὐθεῖς κοιλάδες* vertitur *antra immania*, nescio quo iure. *εὐθεῖς ἵπποται* sunt II. 135. sensu non minus obscuro. Fortasse verba seiungenda: *εὐθεῖς, κοιλάδες. loca ardua et convalles.* F. I.]

80. *Προεντρεπισθεὶς*] Ita cum Codice hoc verbum corrige mendose editum a Cornelio.

Ibid. Ἑπτασήμαντος] Hoc verbum, quod alibi non reperias, adhibet Theodosius, ut indicet exercitum Saracenorum fuisse septies a Graecis victum ac profligatum, quod quidem inferius magis aperte testatur. Compositum autem illud est ex *ἑπτὰ* et *σημεῖον*, quasi Graeci septem tropaea erexerint. [*Ἑπτασήμαντος* esse potest exercitus septem cladium tamquam nota inustus. F. I.]

94. *Ἐκ τῶν ἀδήλων*] Romanum Imperatorem incognitis equitibus stipatum exercitui suo a facie barbarorum fugienti mirabili modo apparuisse, verbisque ad praelium confirmasse, nullus ex superstitibus historicis commemorat, nec dubito, fictam esse fabellam ad ornatum poëmatii.

[108. *ὄντες ἐκ σκότους* male explicatur: *quamvis extra tenebras.* Ex tenebris orti dicuntur barbari, quia luce religionis christianae carent. Vid. Not. ad Anth. Pal. p. 18. nr. 85. F. I.]

115. *Μεμηνότα*] Mallem *μεμηνότες*, quod carminis explicationi magis cohaereat. [Bene habet *μεμηνότα*. diem illi abominabantur, tamquam hostem in ipsos furentem. F. I.]

117. *Λελειμμένοι*] Qui nempe superstites evaserant ab accepta clade. Audi Leonem Diaconum: *Tandem multis eorum caesis in fugam vertuntur per angusta viarum cedentes. Romani vero eos insequuti dire trucidabant; qui vero hactenus superstites erant, ac quotquot ardor belli non demessuerat, proiectis armis in praeceps vertebantur.* Vid. Pagium ibid. pag. 875. Cornelius a Codicis lectione recedens edidit *λελεγμένοι*.

126. *Ἔπαττον*] Nihil hic verbum *ἔπαττον*, nec dubito, quin sit legendum *ἔπραττον*.

127. *Τίς*] Cornelius legendum esse coniectavit *τίς ὡς*, quoniam, inquit, *et carmen, et sensus melius se habebunt.* Sensus certe, addita particula *ὡς*, magis perspicuus foret, sed carmen nullo modo melius se haberet, quum nihil in eo desit ad senarii complementum. Quare nihil esse addendum arbitror, praedictamque particulam potius esse subintelligendam. P. 387 Col. 1

Ibid. *Ἰδομενεύς*] Idomeneus rex Cretensis, qui maxime in Troiano bello inclaruit. Hic cum post eversam Troiam cum suis reverteretur, et dira tempestate eius classis agitaretur, devovit Diis sacrificaturum se rem, quae ei primum occurreret. Itaque filium, qui primus ei obviam venit, sacrificavit, vel, ut aliis placet, sacrificari iussit, ob quam causam a civibus regno pulsus, Salentinum Calabriae promontorium divertit, ubi civitatem condidit.

129. *Τάς*] Sic Codex, et sic quoque Cornelius emendandum censuit.

130. *Ἀτρέως γόνος*] Agamemnonem intellige Atrei ex Aerope filium. Is Idomeneum ad praelium adversus Troianos forti animo committendum, teste Homero Iliad. lib. IV. v. 251. excitavit. Quod autem inquit, *τὰς ἀπειλὰς ἐξονειδίζων*, Agamemnonem nempe Idomeneo minas, quas antea ille contra Troianos intentaverat, exprobrasse, ad eadem Agamemnonis verba ab Homero allata respicit. Ibid. v. 264. ubi ait:

Ἀλλ' ὄρσευ πολεμόνδ', οἷος πάρος εὔχεο εἶναι.
Sed prorumpe ad bellum talis, qualis antea gloriabaris.

131. *Παρελθεῖν . . . . τὸν βίον*] *Βίος* hic pro *bonis* seu *fortunis* adhibetur, quo sensu plures Graeci tum poëtae, tum oratores usurparunt, adeo ut *παρελθεῖν τὸν βίον a bonis deficere* significet. Melius itaque se gessisse affirmat Idomeneum, qui e Creta pulsus absque certamine regno cessit, ne patriam suam perderet, quam Saraceni, qui Graecorum armis resistentes patriae

suae perniciem calamitosissimam moliebantur. [Sensus est: beatus censendus Idomeneus, quod prius excessit e vita, quam patriae eversionem videret. F. I.]

133. *Χάρων*] Homines terribili squalore ac pravo turpique animo praediti sic per convicium dicebantur. Apuleius de Sicinio Aemiliano sui accusatore ita inquit in Apologia pag. 497: *Igitur agnomenta ei duo indita; Charon, ut iam dixi, ob oris et animi duritatem: sed alterum, quod libentius audit, ob Deorum contemptum Mezentius.*

143. *Ὁ θήρ*] Sic Codex, contra cuius fidem Cornelius edidit *ἡ θὴρ*, sed emendationem ad oram paginae adiecit.

144. *Στερεῖται σιτίων*] Saracenis urbe inclusis annonam defecisse sic enarrat Continuator Theophanis in Rom. Iun. num. XVI. pag. 300: *Τῆς τροφῆς καὶ δαπάνης τῶν Κρητικῶν δαπανηθείσης, καὶ εἰς ἀπορίαν προχωρούντων, καὶ καθ' ἑκάστην πρὸς*
Col. 2 *τὸν Μάγιστρον αὐτομολούντων, καὶ τῇ τὰ πάντα Θεοῦ ἡνιοχοῦντος προστάξει τῇ τοῦ Μαρτίου μηνὸς τῆς ἕκτης ἰνδικτιῶνος ὁ Δομέστικος τῶν Σχολῶν τὸν στρατὸν πρὸς πολεμικὰς ὥτρυνε παρατάξεις, διαφόρους συστησάμενος φάλαγγάς τε καὶ ἀσπίδας καὶ σάλπιγγας. Consumpta Agarenis Cretensibus omni annona, iisque in angustias coactis, ac cum ex illis quotidie ad Magistrum ultro confluerent, Dei tandem cuncta moderantis imperio, mense Martio, sexta indictione, Scholarum Domesticus aciem instruxit diversosque ex illis cuneos et phalangas ac turmas constituit.*

148. *Τρισέμφῳ*] Mendum huic voci subesse non dubito, magisque placeret *τρισέμφος*. Porro advertas velim vocis singularitatem, non inconcinne tamen a Theodosio confictam, ut in unius Dei imperio Trinitatem etiam exprimeret. Eam ex *τρὶς*, *ἑν*, *φῶς*, ut videtur, composuit.

151. *Πεποιθώς*] Sic corrige ad Codicis fidem, quam contra Cornelius edidit *πεποιχώς*.

155. *Πάντα σὺν προθυμίᾳ*] Perperam omnino legit haec verba Cornelius: sed hanc ipsam Codicis lectionem ad oram paginae coniectando subiecit.

175. *Ἐμβαλὼν ὄνον*] Novum certe est stratagema, quod hic modo describitur; et forte a Theodosio confictum est, qui etiam alibi iocis indulget. *Σφενδόνη* autem de machina ex ballistarum seu catapultarum genere intellige, qua grandiora saxa contra hostes emittebant. De ballista certe interpretatus est hoc nomen Philoxenus in Glossario, scribens: *Ballista, σφενδόνη, μάγγανον πολεμικόν*: quare ballistas ipsas, seu petrarios monancones a quibusdam *σφενδόνας*, *fundas*, appellari animadvertit Apollodorus Architectus in Poliorceticis pag. 40. [*Οἱ δὲ στραφθέντες*

τῇ πλοκῇ τῶν σφιγμάτων. orationis subiectum est οἱ σφενδονοστρόφοι, qui machinam bellicam torquent, molesque ei impositas ope funium iaculantur. Male itaque vertitur: *quare hi conversi ad eum arctandum vinculis;* quasi de asino funibus constricto agatur; quum sit: illi autem conversi ad tortos machinarum funes. F. I.]

182. *Χελωνόπους*] Asinum *testudineos pedes habentem* dicit, ob eius segnitiem et tarditatem.

184. *Ξέρξης*] Vide, quae de hoc Xerxis facto superius adnotavimus Acroas. II. v. 266.

Ibid. Νέα] Corrige *νέον*.

193. *Ἀφάντων*] Saracenos fame laborantes asinum ex imperviis occultisque locis in cibum accepisse inquit, quoniam per aërem, ideoque per vias sibi non proprias eis immissus fuerat.

195. *Αὐτούς*] Sic bene corrigendum coniectavit Cornelius.

207. *Φίλιππος ὁ πρίν*] Philippus primus, quia alii post eum eiusdem nominis reges Macedonicum imperium obtinuere. Eum totius Graeciae dominatui ambitiose inhiantem, et Atheniensis praecipue, quorum vires magis extimescebat, sibi subiicere adnitentem, Demosthenes vehementissime insectatus est, septem illas celeberrimas orationes contra eum recitans, quarum tres Olynthiacae, quatuor Philippicae nuncupantur.

208. *Φανεὶς ἀριστόπαις*] Acute Theodosius utitur verbo *φανεὶς*, quia fama fuit Olympiadem non ex marito, sed ex Nectanebo, atque adeo ex Jove sub draconis figura Alexandrum M. genuisse. *Namque mater eius Olympias*, inquit Iustinus lib. XI. cap. 11, *confessa viro suo Philippo fuerat, Alexandrum non ex eo se sed ex serpente ingentis magnitudinis concepisse. Denique Philippum ultimo prope vitae suae tempore filium suum non esse palam praedicaverat. Qua ex causa Olympiadem, velut stupri compertam, repudio dimiserat.* Qua de re bene adnotat Freinshemius in Supplementis ad Q. Curtium lib. I. cap. 1. num. 15: *Nec desunt, qui fabulosum id quidem, non tamen adulterium matris falso iactatum adserant.* P. 383 Col. 1

209. *Κάρβων*] Cn. Carbo, cuius plurima fuit in Republica auctoritas, partes Marianas sequutus. Is in tertio suo Consulatu iussu Pompeii in Sicilia ad supplicium ductus est, ibique, dum alvum sibi levaret, caput ei abscissum. Consule Valerium Maximum lib. IX. cap. 13. § 2.

Ibid. Ὁ τοῦ Πομπίου] Sic Codex, quem erroris arguit Cornelius, et sufficit nomen *Καίσαρος*, quia Brutus Caesarem, non Pompeium percussit. Mihi tamen vix persuadeo, scriptorem Codicis adeo turpiter errasse, ut duo nomina adeo inter se diversa

in scribendo confuderit. Itaque aliquem potius versiculum interme-
Col. 2 dium omisisse malim: quod facilius evenire solet. Porro cum Iulius Caesar in Curia Pompeii, ubi Senatum coegerat, a Bruto ante eiusdem Pompeii statuam fuerit perfidiose confossus, verisimillimum esse videtur, Theodosium huius rei meminisse, adeo ut dixerit, quod Brutus Pompeii manibus litans, Caesaris sanguine pugionem tinxerit, vel quid simile, quod commode in intermedio versiculo possit aptari.

223. *Κράτει*] Ita exstat in Codice: sed errore forsan librarii. Cornelius opportune corrigendum adnotavit *κράτος*.

227. *Δίωνα*] Cur Dionem cicadam ac sapientem lyram appellet, non bene intelligo; poëtae enim potius quam historico hae appellationes convenissent, nisi quis malit a Theodosio Dionem ita esse appellatum propter eius singularem facundiam elegantemque stilum.

231. *Τὸν τοῦ Φιλίππου*] Philippi filium, scilicet Alexandrum Magnum, cuius vitam ac res ab eo praeclare gestas copiose descripsit Plutarchus.

IN QUARTAM ACROASIM.

Col. 1 Vers. 2. *Ἐν παραστάσει*] *In exsilio*, seu *procul a patria*: nam inter plures, quas huic voci Graeci explicationes tribuere, ea potissimum, licet minus obvia, Theodosii sensum exprimit.

4. *Χειμῶνι πολλῷ*] Graecos contra barbaros in Creta militantes frigore adeo fuisse afflictos, ut domum reverti cogitaverint, tum Simeon Magister et Logotheta in Rom. Iun. num. II. p. 498, tum Continuator Theophanis in Rom. Iun. num. XII. pag. 299. scripsere: atque is quidem Nicephori quoque allocutionem, qua milites detinuit, a Simeone tantummodo indicatam, integram recitat. Verum Theodosius hoc militum consilium et Nicephori allocutionem omnino reticuit, qua in re cum Leone Diacono consentit, qui, quantum ex eius excerptis colligi potest apud Pagium ibid. pag. 875, id ipsum commemorare praetermisit.

7. *Φαραγγώδεις τόπους*] Vide, quae superius notavimus Acr. II. v. 111.

8. *Ἐξελαθέντες*] Ita bene Codex, non *ἐξελθέντες*, ut legit Cornelius, qui ideo versum claudicantem edidit.

14. *Λαγωῶν*] Sic ex Codice restitue: at *λαγῶν* forte errore typographi in editionem Cornelii irrepsit.

21. *Σκέπαις ἐπακταῖς*] *Σκέπη* est proprie *tegumentum*, sed hic pro locis occultis et imperviis interpretandum censeo, eo modo, quo *σκεπεισμὸς τόπος* eodem sensu notatum occurrit apud Suidam, quare et adiectivum subsequens *ἐπακταῖς* loca *obstructa*, aut aspera, seu, ut inquit Virgilius Aen. v. 662, *loca senta situ* significat, quum a verbo *ἐπάγω*, *obstruo*, *sepio*, sit derivatum.

29. *Ἀντί*] Cornelius Codicis fidem non sequutus edidit *αὐτὸν*, sed ita esse corrigendum notavit. Col. 2

30. *Πίνειν*] Sic optime Cornelius emendavit pro *ποιεῖν*, quod hic locum habere non potest. In Codice non satis clare haec vox legitur, sed *πίνειν* scriptum esse videtur.

33. *Ὁ Καραμούντης*] Non ad principem Cretae Ameram hoc nomen refer, quem Curupam fuisse dictum superius Acroas. II. v. 82. vidimus. Nec te moveat, hunc etiam a Theodosio inferius v. 134. Ameram nuncupari: nam plures Cretae Ameras fuisse ex Cedreno pag. 643. discimus, qui praeter Curupam alium etiam memorat nomine Anemam, quem supremam post Curupam potestatem habuisse scribit. De Caramunte tamen nulla ibi mentio: non enim hic Caramuntes cum Caramone a Cedreno ibid. pag. 642. item memorato ullo modo est confundendus, quum is Tarsi dominus et Ameras fuerit.

37. *Προεντρέπιζεν*] Cornelius male omnino legit *προκντρέπιζεν*.

39. *Πάντας*] Ex Codice sic corrigimus, quum *ταύτας* non bene apud Cornelium legatur.

53. *Καί*] Cornelius Codicis fidem non sequutus nescio qua ratione *ὡς* ediderit.

54. *Πατρῶν*] Perperam *πατέρων* legitur in editione Cornelii, contra Codicis fidem et versus mensuram.

55. *Ἐνί*] Hanc esse Codicis lectionem videtur. Cornelius legit *ἐν*, versumque ideo claudicantem edidit.

60. *Ἰσμαήλ*] Vide supra ad Acr. II. v. 261.

64. *Καί*] Omisit hanc particulam Cornelius, quae quidem in Codice adeo est evanida, ut vel diligenter inspicientem facile effugiat. P. 389 Col. 1

69. *Τοὺς ἔνδον*] Cretenses intellige, qui obsidione fameque afflicti in urbe erant inclusi, quosque Graeci milites ante portas urbis adstantes, ne egrederentur, prohibebant. Ita sane magis placet, quam de Graecis ob frigus domum reverti cogitantibus id interpretari, quod ea explicatio obscurum nimis Theodosii sensum redderet, eo magis, quod Nicephorus tumultuantes milites non vi, sed verbis et adhortationibus detinuerit.

75. *Θρακησίων*] Thraces etiam sub Nicephoro in hac expeditione militasse refert Continuator Theophanis in Rom. Iun. num. XVI. pag. 300.

Ἑπτάκις] En ubi Theodosius perspicue narrat Saracenos septies a Graecis fuisse profligatos: quod superius obscurius expresserat. Vide Acr. III. v. 80. et quae ibi adnotavimus.

92. *Τῶν μελῶν τὴν τετράδα*] Occubuit nempe, dum magnam barbarorum faceret caedem, ad quam designandam dicit strenuum hunc militem membra Saracenorum abscissa proiecisse aeque ac si essent folia. Quatuor autem membrorum nomine exprimit, ut arbitror, caput, brachia, truncum et crura. [*Μελῶν τετρὰς* brachia sunt et crura.]

108. *Θεόν*] Difficile admodum lectu est hoc verbum in Codice, ancepsque haereo, an haec vera sit lectio. Cornelius edidit *ὅν*, sed id certe scriptum non esse apparet, eo magis, quod nec versus mensura, nec sensus ipse illud ferant.

129. *Ἔῤῥαινε*] Sic ad fidem Codicis restitue: *ἔῤῥαι* enim, forsan errore typographi, male edidit Cornelius.

IN QUINTAM ACROASIM.

Vers. 9. *Τραῦμα*] Ita melius, quam *στραῦμα*, ut bene adnotavit Cornelius.

20. *Ταρσεωτῶν*] Tarsum iam antea non semel frustra oppugnatam, Nicephorus Phocas, priusquam bellum Cretense susciperet, vasto impetu concussit, et Caramonem eius Ameram, teste Cedreno Hist. Comp. pag. 642. compescuit. Ubi vero Nicephorus ipse ad Imperium evectus est, anno eius Imperii secundo, mense Iulio, Indictione septima, magno conscripto exercitu eo se contulit, Tarsumque ac Mopsuestiam in suam potestatem redegit: reversusque Constantinopolim mense Octobri, indictione nona, Tarsi portas ac Mopsuestiae secum adduxit, quas cum extrinsecus auro distinxisset, munus attulit regiae urbi dedicandum, alias ad arcem collocandas, alias ad aureae portae murum. Consule, quae fusius narrat praelaudatus Cedrenus pag. 654. nec non Leonis Diaconi excerpta apud Pagium in Critic. Tom. IX. pag. 8. 12.

21. *Ἀράβων φυλή*] Arabas tum veteres, tum recentiores, itemque Turcas in plures fuisse tribus distinctos ex historicis satis constat.

23. *Δελεμιτῶν, βελεβιτῶν*] Delemitarum nomine Saracenos procul dubio innuit Theodosius; et forte hoc nomen duxit a Dhalem, qui primus religiosum quendam cultum inter Arabas constituit. Ludit autem in verbis, inquiens, Romani Imp. *telum*, quod Graece *βέλος* dicitur, commutasse Delemitarum nomen in Belebitas.

27. *Χαυδᾶς*] Sic Codex: alii autem scriptores *Χάβδας* scribunt. Porro Chabdas, seu, ut Continuator Theophanis ac Simeon Magister scribunt, Chambdas fuit Chalepi dominus et Ameras, quem a Leone Phoca primum domitum postea Nicephorus, Chalepe eversa, penitus subegit. Videsis, quae fusius in Monito praefati sumus.

30. *Παρέσχου*] Sic bene Codex: Cornelius nescio qua causa emendandum adnotavit *παρέχες*, quod verbum, nisi error typographo sit tribuendus, nec bene quidem se habet secundum Grammatices regulas.

31. *Πολυξένης*] Fallitur Theodosius. Neque Polyxenae ad Achillis tumulum occisionem, neque Troiae excidium Homerus descripsit.

35. *Μυθοπλόκου*] Sic ex Codice restitue. Cornelius male edidit *μυθοπλόη*, et coniecit esse corrigendum *μυθοπλάνου*.

36. *Πανσόφως*] Ita melius ad fidem Codicis lege: *πανσώφος* enim, ut Cornelius edidit, non bene se habet.

37. *Ὁ πηρός*] Caecum Homerum appellat, plurimos tum Graecos tum Latinos scriptores imitatus, quorum nonnulli ex hoc morbo *Homerum* fuisse dictum putant, quum antea Melesigenes vocaretur: *Ὁμήρους* enim Iones et Cumaei *caecos* appellant. Verum de Homeri caecitate consule, quae fusius ac multifaria eruditione disseruit Leo Allatius de Patria Homeri cap. VIII.

40. *Τοῦ Διός*] Inter plures populos, qui sibi Jovis natalia tribuerunt, Cretenses potissimum de iis superbire solitos, res est adeo pervulgata, ut nihil hic addere opus sit.

41. *Διὸς τυράννου*] Theodosius sequutus sententiam videtur, Jovem eundem fuisse ac Picum, qui in Assyrios tyrannicum exercens imperium, flagitiisque turpissimis regnum suum dedecorans, populo persuasit, ut eum veluti Deum praedicaret: ac quum diem suum obiisset, Cretae sepultus, divinos deinceps honores sub Jovis appellatione nactus est. Videsis, quae fuse enarrat Cedrenus in Comp. Histor. 16. 17.

43. *Στήγας*] Huic voci nullus sensus aptari potest. Cornelius emendat *στέγα*, qua tamen ratione et quo sensu, non intelligo. Equidem corrigerem *στέξας*, adeo ut *ἦν στέξας* indicet

passus est, seu *permisit*, nam hoc etiam sensu verbum στέγω apud scriptores Graecos occurrit.

P. 390 Col. 1 46. *Ταύτης*] Malim *ταύτην*, ut in v. 49. quem e contrario Cornelius ex hoc loco emendat ea ratione ductus, quod verbum κρατέω plerumque cum genitivo construitur. Verum, licet rarius, scriptores Graeci accusativum quoque ei tribuunt, ac Theodosium sic illud construxisse, argumento est participium πέμπουσαν, quod alioquin emendare item debuisset Cornelius.

51. *Τρίκογχα*] Triconchum, quod erat cubiculum in palatio Imperatorum tribus fornicibus exstructum, saepe memorant scriptores Byzantini, quorum auctoritates refert Du-Fresnius in Descriptione Constantinopolis Christianae lib. II. sect. IV. num. 11. et lib. IV. sect. VII. num. 1. Verum diverso plane sensu hoc nomen adhibet Theodosius, qui ad arma illud transferens adhibuisse videtur ad significandum, quod Polybius lib. VI. pag. 469. σιδηροῦν κόγχον appellavit, clypei nimirum umbonem, seu ferreum illud spiculum, quod in medio clypei prominebat et erat triangulare. Non absimiliter voce τρίκογχον ad triangulum designandum Graeci recentiores utuntur.

53. *Μιαιφόνων*] Ita Codex, et sic quoque ad oram paginae emendavit Cornelius, quam inseruit in textu non a veteri, sed a novo scriptore vitiatam vocem.

62. *Πνεῦμα*] Sic habet Codex, et sic Cornelius corrigendum adnotavit, quod male descriptum acceperat.

67. *Τὸν χιτῶνα*] Huius vestis Moamethis, quam religioso cultu Turcas prosequutos affirmat Theodosius, apud eos, qui de Moamethis vita et de Turcarum dogmatibus scripsere, nulla mentio est. Quare vel huic voci mendum inesse, vel alio sensu, quam de veste, explicandam esse crediderim. Scriptores Ecclesiastici, quos inter Theodoretus Quaest. XXXIX. in Genesim pag. 34. S. Athanasius Quaest. LV. ad Antiochum, S. Gregorius Nazianzenus Orat. XXXVIII. pag. 619. et Origenes, teste S. Epiphanio tum haeresi LXIV. p. 229, tum in Ancorato pag. 494, de tunicis illis pelliceis disserentes, quibus Adam et Hevam Deus post peccatum contexit, vocem χιτῶνα, qua sacrae Paginae utuntur ad carnem corpusque designandum, sensu certe minus obvio, transtulere. Consule, si lubet, eorum auctoritates apud Suicerum in Thesauro Ecclesiastico. Itaque, quid si in eodem sensu Theodosius vocem adhibuerit? Corpus profecto Moamethis Medinae superexstructa aedicula sepultum, ita ut a nemine possit conspici, maximis ibi prorsusque divinis Turcas prosequi honoribus apud omnes in comperto est. Hinc fit, quod poëta infames hosce cultores merito sugillet, qui Moamethis corpus, tamquam puri sanctique hominis spolium venerabantur, dum ob vitae rationem ab

eo turpissime ductam tamquam pollutum exsecrandumque devovere debuissent.

72. *Ξενοσπόρους*] Cornelius male edidit *ξενοπόρους*, fortassis typographi vitio.

73. *Ἀφρικῶν Σικελία*] Ex ea Siciliae parte, quae Lilybaeum complectitur, quaeque Africo mari alluitur, Saraceni Africani, Euphemii artibus dolisque adiuti, in Insulam irruperunt suique iuris fecere, Michaële Balbo Imperatore an. Chr. DCCCXXVIII. Videsis inter ceteros Cedrenum Histor. Comp. pag. 512. Nicephorus vero de ea ab Africanis vindicanda in ipso imperii sui exordio cogitavit, eoque Manuëlem misit, qui iuventutis aestu fervens, quum nec bene ducis officio fungeretur et vitiis deditus sanioribus non obtemperaret consiliis, asperis quibusdam inviisque locis Siciliae inclusus se ipsum totumque exercitum foede perdidit. Consule praelaudatum Cedrenum ibid. pag. 654.

78. *Πλάτῃ*] Cornelius edidit *πλάγῃ*, nec satis bene *πελάγῃ* legendum coniectavit, quum id senarii mensurae repugnet. Nos *πλάτῃ* ex Codice restituimus.

82. *Ἵππότην*] Alexandri Magni factum ad mentem revoca, dum equum ferocientem planeque indomitum mansuetiorem mitioremque sibi reduxit: ex quo ingenii animique sui experimento tantam consecutus est laudem, ut Philippus equo descendentem, manantibus gaudio lacrimis, complexus exclamaverit: *maius imperium sibi circumspicere, nec enim Macedoniae regnum tantam indolem capere.* Consule Freinshemium in Supplem. in Q. Curt. lib. I. cap. IV.

83. *Ζήτει*] *Ζήσει* edidit Cornelius, sed veram lectionem Codicis ad oram paginae subiecit.

85. *Κρήτης*] Cornelius maluit *Κρητῶν*, sed immerito: nihil enim hic immutandum.

88. *Τέκνα μικρά*] Haec, quae modo Theodosius describit, singillatim recensuerat Incertus Continuator Theophanis: sed malo quodam fato eius historiae complementum, ubi ea narrabantur, perierat in Codice, ad cuius fidem editionem suam adornavit Combefisius.

96. *Προφήτης*] Moamethem intellige, cuius patrocinio ac potentia Turcae confidunt plurimum.

97. *Ὡς θεὸς τιμωμένη*] Turcas gladio, veluti Deo, honorem adhibere Theodosius forsan dicit, quod ei potissimum confiderent, quum Moameth gladio ad religionem suam tuendam ac propagandam fidenter uti eos docuisset.

101. *Τάσις*] Orientales nationes vestibus ad talos usque demissis uti solitas satis omnes norunt.

119. *Ταρσός*] De Tarso a Nicephoro post Cretense bellum subacta vide supra ad v. 20.

Demum animadvertas oportet, constare ex Constantino Porphyrogen. *de Ceremoniis aulae Byzantinae* lib. II. cap. 45. quod descriptam a Theodosio expeditionem in Cretam idem ipse Constantinus ab an. DCCCCXLIX., cum iam Romanum filium in collegam assumpsisset, animo conceperat, et pro illa apparatum bellicum disposuerat, eo licet iam vita functo Romanus feliciter confecerit an. Chr. DCCCCLXI.

VOCABULA THEODOSIO PROPRIA.

Αἱμορῥόφος IV, 59.
ἀλιδρόμους τόπους I, 77.
ἀλλότεχνος — νους συμφοράς II, 235.
ἀνομβρία I, 250.
ἀνθελιγμάτων I, 155.
ἄνικμος — με Κρήτη I, 250.
ἀπευχαριστεῖν III, 113.
ἀριστόπαις III, 208.
ἅρπαξ IV, 94.
ἀστέγαστος οἰκία I, 242.
ἀστοργία I, 123.
βαναύσιος τέχνη II, 184.
βαρβαροτρόφος I, 180.
βδελυκτός III, 115.
βιοφθόρους λύκους II, 254.
βουνόθρεπτος IV, 13.
δειλανδρία I, 65. II, 112. 146.
δεινόμορφος IV, 8.
δεινόφρων II, 83.
δεκάχρονος πόρθησις I, 22.
δουλόσπορος II, 261. IV, 26. 60.
δυσγέρων IV, 120.
δυσκάθεκτος IV, 9.
δυσπαλαίστης IV, 131.
δυσπράκτιος IV, 67.
δυσπρόσιτον IV, 7.
ἔγκρυμμα II, 204.
ἐγξίφους φάλαγγας I, 51.
ἐκεῖθεν ἔνθεν I, 110. (Pisid. in Christi Resurr. v. 90.)
ἐμπαρέχω V, 102.
ἔμποινον ξίφος II, 251.
ἐμπόνως II, 13.
ἐμπτερόω IV, 57.
ἔναστρον θέαν, adspectum sidereum i. e. splendentem II, 10.
ἐντεροπράτης II, 233.
ἐπιβράσας κλύδων II, 205. (*βράσαντα κύματα*. Pisid. de Exped. Heracl. I, 172.)
ἐπτασήμαντος στόλος III, 80.
εὐθεῖς ἱππότας II, 135.
εὐθεῖς κοιλάδες III, 78.
ζοφοφθόρος ἡμέρα I, 225.
θηρόβακχος, — ους ποιμένας I, 194.
θρᾳκήδιοι IV, 75.
ἱστάω. φάλαγγας ἱστῶν IV, 42.
κακοχρόους λαμπάδας I, 203.
κάρη. κάρας II, 61. 66.
καστρανοῖκται II, 57.
κατάξηρος II, 226.
κατεδαφίζω V, 59.
κατεξανίστημι IV, 28.
κάτω ἀγκαλῶν (pro *ἀπὸ*) I, 122.
κρητεκτόνος πάγη II, 200.
λευκαίνω. λευκάναντος III, 112.
λευκόμορφος γῆ I, 227.
λοφοδρόμοι δράκοντες I, 157.
λοχοκράται I, 200.
μάγγανα I, 156.
μεταμφιάζειν III, 85.
μικροτερπής III, 208.
μονοτρόπος, monachus. II, 28.
μυθοπλόκος V, 35.
μυριόξιφος μάχη II, 116.
μυριόξιφος, — ω μάχῃ I, 6.
νεφοδρομεῖν III, 183.
νικοσυνθέτους μάχας I, 266.
ξενοτρόπως I, 108.
οἰκέται, subditi, milites. I, 101. 223. II, 6. 34.
παγγάληνος V, 47.
παντόκομπος I, 34.
παρακρατεῖν I, 183.
παραστομόω IV, 28.
πεζοτοξοκράτης II, 136.
πλατύνω, — τυνθῇ σκῆπτρον 194.
πλουτολεκτῶν I, 16.
ποιμενάρχης IV, 27.

πολύπλοντος V, 118.
πολύχρονος IV, 93.
πορνομύστης I, 69.
προοδοποιεῖν II, 129.
προπυργίους δόμους I, 24.
προσξέειν I, 229.
προσωπολημψία I, 31.
πρωτεργάτης μάχης I, 50.
πρωτοστράτηγος II, 183.
πυργοδρόμους οὐλαμούς I, 52.
πυρεκβόλος, — ους φλεγμονάς I, 217. V, 49.
ῥοδόχρου ἡμέρας I, 187.
σκηπτροκράτωρ II, 2. 271.
στεφηφόρος II, 186.
στομόω. ἐστομωμένος κίνδυνος I, 216.
στόννξ πλατύς II, 246.
στρατάρχαι I, 200. II, 135.
στρατικῶς II, 204. 223.
στροφουργία II, 132. V, 56.
συμποδισμός V, 102.
συμποδιστάς I, 243.
συνταπεινόω V, 111.
συστρατάρχης I, 233.
σφαγίπλοντος IV, 33.
σφίγμα — των πλοκῆ III, 177.
τοπαρχία II, 95.
τρίκογχα V, 51.
τρισίμφατον κράτος III, 148.
ὑπέρζεσις καρδίας IV, 90.
ὑπουργία IV, 136.
φαλαγγάρχης IV, 6.
φαλαγγοσώστης II, 136.
φαλαγγόω II, 110.
φάλκων III, 187.
φερέκλοιος, — ων πλῆθος I, 231.
φονευτής II, 248.
φονουργία II, 69. 211. III, 83.
χελωνόπους ὄνος III, 182.
χιλίανδρον πλῆθος I, 146.
χριστολάτρης II, 72.
χριστομίμητος III, 22.
ψευδολάτρης II, 73.
ψευδοπλόκος I, 67.
ψυχοκρύσταλλος, — ων τόπων IV, 16.

INDEX*

RERUM, NOMINUM ET VERBORUM,

CUM SINGULORUM TUM IUNCTORUM, MAXIME MEMORABILIUM: ITEM SCRIPTORUM PLERORUMQUE

QUI IN HOC VOLUMINE ILLUSTRANTUR, NOTANTUR, EMENDANTUR AUT DEFENDUNTUR.

A privativum perperam a librariis positum pro εν 238, 1.

Ἀβελτερία 45, 8. 409, 5.

Ἀβελτέρως 409, 21.

Ἀβελτηρία pro ἀβελτερία crebro in Codd. et vetustis edd. occurrit 409, 4. Harduini error in hac voce *ibid.* 18.

ad Abgarum, Edessae toparcham, Thaddaeus apostolus a Servatore missus 70, 19.

Ἀβίωτον τὸν βίον τιθέναι 119, 12.

Abramitarum monasterium, quod idem achiropoeëton vocant 47, 11.

τῇ Ἀβρότητι opponitur ἡ ἐπιστροφὴ apud rhetores Graecos 476, 37.

Abucara. *Vide* Theodorus Abucara.

Abulhasan Ali Seïf-eddaula, Hamdani ben Hamdun nepos. *Vide* Chambdanus.

Abulpharajii errores in chronologia 434, 27.

per Abydum in Asiam elapsus Leo Phocas maior, domesticus scholarum, res novas molitur 124, 15. Abydum ducibus a se missis praeoccupare conatur Nicephorus Phocas 44, 12. Abydi episcopus Stephanus seditioni Leonis Phocae obsecundat 114, 9. exceptaAbydo, Asiae loca omnia sibi subiungit Bardas Phocas iterum rebellis 173, 15. iuxta idem oppidum praelium decretorium inter Basilium II. Imp. et Bardam Phocam 174, 22. prope Abydum sepultus Bardas Phocas 175, 1. Abydus a Sclero rebelli capta 170, 12.

Accentus et circumflexi vel in Codd. mendosissime scriptis perraro alieno loco collocati 407, 18. 486, 29.

Accipere apud grammaticos Latinos idem quod λαμβάνειν apud Graecos 398, 34.

* *In hoc indice, quem ex editione Parisina desumsimus, numerorum ratio ita mutata est, ut paginis et versibus edit. Bonnensis respondeant. Vocabulis, quae in Lexico Schneideri* (ed. 1805.) *desiderantur, Hasius V. C. asteriscum apposuit; cruce signavit voces, quae a Schneidero pro dubiis habitae Byzantinorum Scriptorum auctoritate commendantur. Praeterea uncis inclusa inseruimus ea, quae in Theodosii Acrostibus et reliquis quatuor libellis memoratu digna leguntur.*

Acclamationes exercitus post orationem a Nicephoro Phoca in castris ante Chandacem habita 13, 11.

Accusativus et dativus confusi 90, 5.

Achillem Scytham esse vult Arrianus, ut ait Leo Diaconus 150, 4. idem e Scythia in Thessaliam transmigravit *ibid.* 7. Achilleum templum in Leuce insula 485, 9.

Achmetis locus in Onirocriticis male versus 514, 38.

Achod Schahin rex Armeniae, ad eumque Ioann. Tzimiscae laureatae memorabiles de expeditione Syriaca 491, 23.

Acta S. Bonifacii emendata 505, 20. auctor Actorum SS. Phileae et Philoromi exscripsit Historiam Martyrum, cuius fragmentum servavit Eusebius 411, 33.

Acuphium quid genus teli 89, 7.

Adana a Nicephoro Phoca expugnata 52, 9. de eadem urbe multa habet Ducangius ad Ann. Comnen. 379. C. ut item de Mopsuestia, tunc Mamistra appellata. — in Adanensem agrum irrumpit Nicephorus Phocas maior 242. 4. utrum Adata, Adada an Adana scribendum 516, 7.

Ἀδελφός· eius loco quae alia vocabula adhibet Leo Diaconus XIV, 18.

Ἀδιάσειστος 429, 33.

Adiectiva communia a librariis saepe in adiectiva trium terminationum mutata 425, 28. adiectivum pro adverbio positum 106, 1.

Ἀδνομιάζω, *recenseo exercitum* 187, 11. 431, 34.

Adrianopolis a quo condita et instaurata 130, 11. eo commeatum confert Ioannes Tzimisces, expeditionis Russicae causa 126, 24. eiusdem urbis archiepiscopus Nicolaus Ioanni Tzimiscae morienti adest 178, 4. Adrianopolis et Arcadiopolis a Xylandro confusae 466, 22.

per Adriaticum mare Romana classis in Siciliam transit 66, 5.

in Aedes Basilii praesidis stella delabitur 172, 14.

ex Aegypto Arabes per Ciliciam fines Romanorum invadebant 196, 3.

Aemi iuga per fines Bulgariae protenduntur 62, 19. circa Aemum montem Probati civitas et Scopelus 475, 38. de eodem monte locus T. Livii 443, 41. Aemi montis convalles oratorie descriptae a Theophylacto Simocatta 441, 5.

Afrorum regi Nicetas patricius captus a Saracenis transmissus 67, 15. *Vide quoque* Carthaginienses.

in Africam minatur Nicephorus Phocas se cum exercitu transmittere velle 76, 6. in Africa exaratus Cod. Regius 444, 2.

Agamemnonis filius Orestes Adrianopolis conditor 130, 14.

Agapes, Chionae et Irenae ecclesia suburbana ad Thessalonicam 508, 34.

Agathias. Locus Suidae de Agathia illustratus 491, 3. Agathiae locus emendatus 397, 20. eum imitatur Leo Diaconus XV, 16. 397, 3. 19. 401, 43. 402, 1. 403, 33. 407, 14. 409, 44. 413, 3. 415, 26. 416, 36. 417, 7. 27. 418, 42. 419, 42. 425, 24. 428, 19. 429, 28. 433, 41. 434, 42. 436, 16. 437, 20. 21. 440, 15. 441, 3. 15. 443, 20. 34. 444, 24. 36. 450, 9. 19. 38. 451, 9. 455, 24. 466, 15. 469, 41. 470, 11. 473, 23. 44. 475, 18. 476, 7. 13. 482, 3. 24. 27. 483, 30. 485, 11. 486, 8. 488, 37. 492, 35. 494, 19. 27. 496, 18.

Agilitas mira Ioannis Tzimiscae in exercitatione campestri 96, 23.

Ἄγκυραν τὴν ἐσχάτην προϊέναι, proverbium 118, 21.

Ἀγνωμονέστατος fortasse vertendum *ingratissimus*, h. e. beneficiorum maxime immemor 88, 9.

Ἀγωγή, *vitae ratio*, *vitae institutum*, apud scriptores Christianos 489, 42. *ἀγωγή* et *ἀναγωγή* inter se permutata 490, 22.

Ἀγωνίζεσθαι et *καταγωνίζεσθαι* confusa 23, 10.

Αἱμάτων ἄνδρες, phrasis a Leone frequentata 428, 29.

Αἴσθωνται legendum pro *ἔσονται* 198, 6.

Αἰφνιδιασμὸς, *vis subita* 224, 11. (Verbum *αἰφνιδιάζειν* habet Ducang. Glossar. I, 37. C.)
Αἰχμαλωτέω pro *αἰχμαλωτίζω* 61, 5.
pro *αἰχμάλωτος* quas alias voces usurpet Leo Diaconus 436, 1.
pro *ἀκούω* quae verba usurpet Leo Diaconus XIV, 22.
Ἄκραι et *ἀκριτικὰ θέματα* quid sint proprie 513, 22. 186, 12. 188, 12. *ἀκρῖται*, *limitanei homines* 190, 23.
Ἄκρατος 432, 15.
τὸ Ἄκρον ἐφετὸν, *summum*, quod *expetendum* est a piis: quod non intellexit Matthaeus Raderus 447, 34.
Ἀκρόπολις Cpli 146, 12.
Alacas. *Vide* Ioannes Alacas.
Alapis caeduntur legati Bulgarorum 62, 3.
Alemanni (Nicolai) error in interpretanda voce *ταξειδάρης* 441, 32.
ad Alepum Nicephorus Phocas praelium committit cum Chambdan exercitu 432, 31. fortasse ad Chalum s. Kowaïk amniculum 425, 2. Alepo urbe potitur Nicephorus Phocas 424, 5. quo mense circa Alepum copiae Arabum congregari solebant 196, 6.
Alexander Magnus Jovis Ammonis filius vult nominari 81, 1.
Alexander Imp. Constantinopolitanus post mortem Leonis VI. Philosophi 123, 1.
Alexander rhetor castigatus 506, 23.
Alim Chambdani filio fines Romanos invadente, quid egerit dux Lycandi 243, 8.
Ἀλλοίωσις 4, 15.
Ἄλλος et *ἄλλο* confusa 39, 10. *ἄλλων* et *ὅλων* 32, 3. 39, 22. fortasse *ἄλλους* et *ἄλλως* 37, 22.
Aloïdae, nimirum Otus et Ephialtes 80, 22.
Ἀλυσιδωταὶ Scytharum loricae 108, 6.
Ἄλχαννα, herba *henne*. Sic enim legendum pro *χάλκαννα* 405, 1.
ex Amano monte torrentes in lacum Antiochensem labentes, ad quos fortasse praeliatum fuit inter Chambdanum et Nicephorum Phocam 425, 4. in Amano praelia Romanorum XVIII, 34.
Ἀμάξαις vehi consuerunt mulieres Bulgarorum 80, 1.
Amaseam relegatur a Ioanne Tzimisce Bardas, Leonis Curopalatae filius 96, 11. inde aufugiens Bardas res novas molitur 112, 2. 113, 3.
[Ameras (Curúpas) Cretenses educit et fugatur 278, 7 sqq.]
Amida. *Vide* Emet.
Amirae duces Saracenorum 203, 11. 217, 3. 223, 19. 229, 6.
Ammonis filius nominari vult Alexander Magnus 81, 1.
Ἀμνηστεία Bardae Phocae rebelli a Barda Sclero oblata 118, 18. *ἀμνηστείαν* pollicetur Ioannes Tzimisces Imp. Bardae Phocae rebelli 115, 18.
Amoenitas riparum Caystri fluminis 5, 6.
Amorio proximus Pancaleae campus, ubi praelium inter Bardam Phocam et Bardam Sclerum 170, 5.
Ampelas inter patronos munificos S. Nicephori Mileti episcopi 467, 20. *Vide quoque* Simeon Ampelas.
Ἀμυντήρια, 1.) arma tutoria, 2.) dentes sive unci ferrei carnificum 411, 23.
Ἀμφιάσασθαι 236, 11.
Ἄν perperam omissum 43, 21. *ἂν εἰπεῖν* perperam scriptum pro *ἀνειπεῖν* 80, 20.
Anabarza a Nicephoro Phoca Imper. expugnata 52, 9. [385, 2.]
ab Anacharside fortasse, secundum Leonem Diaconum, initiati Russi 150, 2.
Anacolutha ipsi Leoni Diacono tribuenda, non librariis 154, 20.
Ἀναγκαῖον et *ἀναγκαίων* confusa 60, 21.
Ἀναγωγία interdum pro *disciplina* sumi, *ἀναγωγεὺς* pro *eductor*, sensu quoque physico 489, 42. *ἀναγωγία* et *ἀγωγὴ* permutata *ibid.* *ἀναγωγαὶ καὶ ἀναστροφαὶ* coniuncta 164, 3.
Ἀνακεφαλαιωσάμενοι, l. *ἀνακεφαλαιωσάμενον* s. *ἀνακεφαλαιωσαμένους* 24, 10.
Ἀνάκτορον, *palatium*, eiusque synonyma apud Leonem 451, 15.

* Ἀνάλαμψις· eius auctoritates 445, 30.

Ἀνάληψις τοῦ Σωτῆρος. *Vide* Ascensio.

ἐκ τοῦ ἀναλόγου quid significet 401, 10.

* Ἀναλογικῶς, *per proportionem*, ibid. 22.

Ἀναλόγως, quo casu potissimum construatur 400, 21. eius synonyma *ibid.* 43.

Ἀναράται pro Ὀνωράτα, suburbium Cplis 65, 7.

Ἀνάστασις et Ἀναστασία fortasse permutata 478, 9.

Ἀναστρέφεσθαι, *commorari*, et διατρίβειν synonyma 490, 12. pro ἀναστραφεὶς fortasse legendum ἀνατραφεὶς 131, 22. 475, 16.

Ἀνετείχιζε et ἀνεχαίτιζε confusa 420, 5.

in Anatolicorum thema Saracenorum Ciliciensium irruptio sub Leone Philosopho Imper. 241, 17. in eodem themate Bardas Caesar copiis Romanis praefectus 185, 5. Anatolicorum ducis, Tarsensibus irrumpentibus, belli gerendi ratio 243, 1. Anatolicorum clisurae 250, 16.

Ἀνατραφεὶς et ἀναστραφεὶς confusa 131, 22. 475, 16.

Ἀναχαιτίζω verbum Demosthenicum 420, 7. ἀνεχαίτιζε et ἀνετείχιζε confusa *ibid.* 5.

ad Anchialum dira Graecorum strages 124, 11.

Ancillae filii dicti Saraceni 12, 5.

Andralestus patricius, consobrinus Bardae Phocae, ab hoc deficit 120, 13. idem, quomodo nominetur a Scylitza et Cedreno 470, 16.

ad Andrassum pugna a Iulio Polluce accidisse scribitur iuxta clisuram in monte Tauro, Cylindrus vocatam 418, 27.

Ἄνδρες αἱμάτων, locutio a Leone frequentata 428, 29.

Anecdota. *Vide* Inedita.

Anemas ex protectoribus Palatinis Icmorem in praelio ad Dorystolum interficit 149, 4. eius magna laus bellica 153, 3. percusso Sphendosthlabo praelians ipse interficitur *ibid.* 6.

* Ἀνεπισφαλῶς· eius auctoritates 449, 42.

Angelorum synaxis 83, 1.

Angelus Vergetius calligraphus. *Vide* Candia.

Animadversio divina in percussores Nicephori Phocae Imp. 91, 15.

Ἀννώνα quolibet mense custodibus limitaneis danda 139, 1. annona cara per biennium in imperio Romano 103, 1.

Anni vitae et imperii Nicephori Phocae 89, 12.

Ἀνοτάριος apud Photium mendose editum a Richardo Montacutio, pro primo notario seu primicerio 511, 33.

Antecursores Graecorum a Russis fusi 139, 20.

Ἄνθραξ lapis in media inauri Sphendosthlabi 157, 7.

Antigus castrum 122, 2.

Antiochia pulchritudine aedificiorum habitatorumque multitudine inter urbes terrae locum tertium obtinet 73, 12. Antiochiae patriarcham Christophorum interficiunt Saraceni 100, 15. contra Antiochiam expeditio Nicephori Phocae 70, 5. circa Antiochiam arces a Romanis expugnatae 72, 20. iuxta in tumulo castellum aedificatur a Nicephoro Phoca 74, 15. Antiochia a Petro Burtza patricio capta 81, 19. quando 450, 14. eius expugnationem Elmacinus perperam refert ad expeditionem Syriacam Ioannis Tzimiscae 492, 13. ad Antiochiam recuperandam expeditionem meditantur Arabes 103, 4. Antiochenum agrum invadere solebat Lycandi dux, Alim Chambdani filio Romanos fines ingresso 243, 6. quo mense circa Antiochiam Arabum copiae congregabantur 196, 3. Antiochenses abiectis armis ad preces se convertunt 82, 17. [ex Antiochena regione Romani XII. hominum millia abducunt 381, 35. Antiochia cincta a fratre Nicephori 382, 22. occupata a Nicephoro *ibid.* 32. iterum violenter expugnata 387, 24.]

S. Antiochus a Godefrido Tilmanno perperam Latine redditus 495, 15.
Ἀντιστροφὴ apud rhetores Graecos idem quod ἐπιφορὰ 477, 2.
Antonius II. Paches (Vid. Le Quien Orient. Christ. I. 256. C.) patriarcha Cplitanus 164, 7.
Ἄντυξ τοῦ πόλου, *poli fornix* secundum Ennium 409, 27.
Aoristus a Leone Diacono loco imperfecti adhibitus 143, 12. aoristus subiunctivi pro futuro XIX, 27. 131, 9. infinitivus aoristi pro infinitivo futuri 120, 8. contra infinitivus futuri pro infinitivo aoristi XV, 38. pro participio aoristi perperam Leo adhibet participium praesentis 61, 19. et omnino praesens pro aoristo, minus bene 59, 20.
Apambas. *Vide* Marianus.
Apamea a Ioanne Tzimisce Imperat. capta 166, 8.
* Ἀπαράμιλλος, *incomparabilis*, redditum Theophylacto Bulgariae archiepiscopo 432, 23.
* Ἀπαρόπλιστος, *nondum armis destitutus* 193, 11. 514, 33.
Ἅπαντων et ἀπαντώντων confusa XX, 9.
Ἀπεκδύομαι cui casui a plerisque iungatur, cui a Leone 489, 31.
Ἀποβάλλοντες 59, 20.
Ἀπογινώσκω et ἐπιγινώσκω confusa 79, 9.
Ἀποκλείω et ἀποκλίνω confusa 13, 1.
Ἄποπτος significatione quadruplici usurpatum 437, 33. ἄποπτον, σκοπιὰ et περιωπὴ iunguntur ab oratoribus 438, 37.
Ἀποστελεῖ perperam scriptum pro ἀποτελεῖ 187, 17.
Apostolica vita Antonii patriarchae 164, 9. in apostolorum ecclesia corpus Nicephori Phocae conditum 91, 11.
Ἀποτελοῦσι et ἀποστελοῦσι confusa 248, 19.
Ἀποτρίψασθαι et ἀποτρέψασθαι permutata 492, 31.
Ἀπροόπτως, *de improviso* 13, 22.
Ἀπροφάσιστος significatione triplici usurpatum 470, 18.
Apsyrti locus in Hippiatricis illustratus 406, 41.
pro Ἀπτερώτῳ fortasse legendum ἀπτέρῳ τῷ 97, 3. 455, 11.
Aquae dulces quae nunc vocantur, in recessu portus Cplitani 129, 15.
Arabes Cretenses 6, 11. superbiunt ob cladem exercitui Constantini Gongylae illatam 17, 6. de eorum excursionibus maritimis ex Creta factis qui scriptores egerint 408, 8 sqq. Arabes Cretenses Nicephorum Pastilam opprimunt 10, 4. galeae et enses inter spolia ex illis relata 28, 19. Arabum in Asia sexaginta castella capta 30, 2. [378, 35.] contra Arabes Tarsenses Nicephori Phocae expeditio 51, 10. Arabum Tarsensium priores ex Romanis relatae victoriae 58, 20. eorum consuetudo in itinere faciendo 202, 15. Arabes Mopsuesteni λευχείμονες 53, 4. ab Arabibus in Sicilia Manuēl patricius ob imprudentiam victus 66, 19. Arabes in exercitu Chambdani 423, 31. Arabes ad Antiochiam in Syria recuperandam expeditionem meditantur 103, 4. Arabes dicti παιδίσκης ἔκγονοι 112, 5. eorum modus saec. x. invadendi fines Romanos 205, 6. quo mense 196, 3. contra Arabes locus insidiarum qualis esse debet 233, 4. ipsi non sub dio, sed tabernaculis statutis tendunt 253, 22. Ἀράβων et ἀγάβων confusa 18, 8. [Arabes Tarsi in Romanorum insidias incidentes 378, 8. Romanos vincunt 383, 27.]
Arca castrum a Nicephoro Phoca expugnatum 71, 17.
Arcam sepulcralem Io. Tzimisces Imp. sibi praeparat in Servatoris ecclesia, a se aedificata 177, 17.
ad Arcadiopolim praelium inter Russos et Graecos 466, 8. ubi sita Arcadiopolis *ibid.* 12.
Arcus caelestis animos Cplitanorum imbre perterritos confirmat 69, 19.
Arethas ab Ioanne Hentenio perperam versus 448, 19.
Argentum et aurum a Chambdano fugiente sparsum, ut Romanos insequentes moraretur 23, 2.
Aristo Pellaeus Philonem imitatur 438, 28.
Aristotelis categoria nona, positionis 416, 22. Aristotelica vox εὐχείμερος a Mureti emendatione vindicatur 492, 40.

Armenii in exercitu Graeco saeculo x. militantes 14, 20. [380, 9.] excubitoria militia non fideliter funguntur 188, 13. Armenii ut coloni a Nicephoro Phoca in Cretam insulam deducti 28, 9. inter Armenios milites et plebem Constantinopolitanam pugna 64, 25. Armenia oriundus Ioannes Tzimisces Imp. 99, 16. eius nomen quid significet lingua Armeniaca 92, 3. ad Armeniae regem Achod Schahin Ioannis Tzimiscae Imp. litterae memorabiles de expeditione Syriaca 491, 24. in Armeniacae provinciae finibus praelians Petrus Phocas in Laparae agro occiditur 169, 22. Armenici scriptores et Leo Diaconus se mutuo supplent 488, 39.

in Arriano hodie non legimus quae Leo Diaconus in eo ait legisse 485, 7. eiusdem Arriani, in Periplo, de patria Achillis sententia 150, 4.

Articulus perperam omissus 44, 23. 158, 23. *Vide quoque* Ὁ.

Ascensionis festo a Nicephoro Phoca Imp. pompa extra muros ad Pegam acta 64, 22.

Asia proconsularis postea thema Thracensium 408, 21. in Asiam elapsus per Abydum Leo Phocas maior res novas molitur 124, 15. Asiaticus exercitus, a Nicephoro Phoca navibus impositus, in Arabes Cretenses dirigitur 7, 5. Asia servata per Leonis Phocae de Chambdano victoriam 24, 6. in Asiam transmigrare Romanos, relicta Europa, iubet Sphendosthlabus 105, 13. Asiaticas copias per Hellespontum in Europam transfert Ioannes Tzimisces Imp. 111, 8. Asiam, rebellione facta, vastat Bardas Phocas 114, 24. eam ingreditur Bardas Sclerus, a Ioanne Tzimisce contra Bardam Phocam rebellem missus 117, 10. Asiam per quadriennium vastat Bardas Sclerus rebellis 169, 18. eam sibi subiungit Bardas Phocas, contra Basilium Imp. rebellis 173, 13.

Aspatharius mendose legit apud Photium Richardus Montacutius, pro *protospatharius* 511, 40.

Astrologiae fidem habet Leo Diaconus XVI, 32. 168, 22. astrologus Nicephoro Phocae Imp. in palatio finem imminere praedixit 64, 13.

Ἀσυμφανής, *occultus*: huius vocis auctoritates 467, 6. ἀσυμφανῶς adverbium *ibid.* 14.

τῶν Ἀσωμάτων synaxis 83, 1.

S. Athanasius emendatus 462, 14. 467, 40. 505, 18. 506, 33. illustratus 460, 10. eius loca complura male reddita a Montefalconio 451, 26. 482, 34. 45.

S. Athanasius confessor in monte Atho, Nicephoro Phocae familiaris 427, 4.

Athenagorae interpretatio Latina emendata 464, 4. 8.

Athos mons: S. Athanasii confessoris secessu nobilitatus 427, 5.

Ἀθρέω, *conspicio* 133, 13. ἀθρῆσαι et ἀθροῖσαι confusa 109, 3. 466, 13.

τὸ Ἀθρόον quot significationes difficiles habeat 483, 6. ἀθρόον adverbialiter *ibid.* 29.

Ἀτιμοῦσθαι pro ἀτιμᾶσθαι 239, 20.

in Atroae campo ad Romanum patricium devertit Ioannes Tzimisces Imp. 177, 1.

Attaleam bello capit Bardas Sclerus rebellis 170, 13.

Atzypotheodorus caput Nicephori Phocae abscisum protectoribus eius tumultuantibus ostendit 91, 2.

Avarorum princeps ad Mauricium Imp. legatos mittit 510, 30.

Auctor Tacticorum laudat libros de obsidione toleranda 245, 21. in Occidente copiis plurimum praefuit 186, 6. casus confundit XIX, 31. scribit horridius atque praefractius *ibid.* 22. *Vide quoque* Tactica.

Auctores quos imitatur Leo Diaconus XV, 14.

Auditur apud grammaticos Latinos quid? 399, 36.

iuxta Avitum Ganges idem ac Phison 473, *ult.*

in Aulam Imperatoriam Cpli convocatus Senatus 33, 15. aula regia Bulgarorum Praesthlabae muro firmo circumdata 136, 10. in ea Russi, victi, acriter resistunt 137, 14.

Auri centenaria quindecim a Calo-

cyre ad Russos perlata 63, 10. aurum et argentum a Chambdano fugiente sparsum, ut Romanos insequentes moraretur 23, 2. per auream portam Nicephorus Phocas Imperator Cplim ingreditur 48, 3.

Αὐτανέψιος scriptum in Codice, non *αὐτανεψιὸς* 112, 3.

Αὐθημερὸν scribendum, an *αὐθήμερον* 494, 20.

Autographus Codex Nicetae patricii in bibliotheca Regia 443, 40. autographa epistola Graeci, circa Danaprin legationem obeuntis 496, 27.

Αὐτοκράτωρ et *αὐτοκρατορικὸς* synonyma 403, 16. vocabulum *αὐτοκρατορία* apud quos scriptores *ibid.* 14.

Αὐτὸς et *ὁ αὐτὸς* confusa 495, 26. *αὐτοῦ χαλεπώτερον κ. τ. λ.* fortasse non vertendum ut feci, sed sic: *nos ibi aegrius ac perdiu exspectabamus* 499, 3. *αὐτῷ* et *αὐτὸ* confusa 40, 24. *αὐτῷ* et *αὐτῶν* 88, 13. pro *αὐτῷ* corrigendum *υἱῷ* 258, 10. *αὐτὸν* et *αὐτῶν* confusa 145, 14. item *αὐτοὺς* et *ἑαυτὴν* 462, 17. fortasse *αὐτὴν* et *αὐτὸν* 85, 14. item *αὐτὸ* fortasse scriptum pro *αὐτῶν* 208, 16.

Αὐτοφονευτὴς 57, 19. auctoritates huius vocis 440, 3.

Ἀφ' saepissime perperam scriptum pro *ἀμφ'* 153, 15.

Ἀφετήριος et *ἐφετήριος* confusa 447, 24. *ἀφετηρίοις* Tarsenses muros urbis firmant 60, 6.

Ἄφῑκτο, plusquamperfecto, pro *ἀφίκετο* 87, 6. 113, 3.

Ἄφιξιν et *ἄνῆσιν* confusa 139, 18.

Ἀφορίζεσθαι, *minore excommunicatione plecti* 457, 37. variorum interpretum errores in hac voce 458, 2.

Ἀφορισμὸς quid proprie sit in disciplina ecclesiastica Graeca 457, 45. huius vocis vis peculiaris apud rhetores 458, 11. *ἀφοριστικῶς λέγειν* quomodo interpretandum *ibid.* 16.

Ἀχειροποίητον monasterium, item Abramitarum dictum 47, 9.

Ἠωρημένων· eius loco perperam scriptum *ἠωθημένων* 95, 5.

Ἄωρον τῆς νυκτὸς 508, 1.

B et *μ* saepissime confusa in Codd. 13, 3. 485, 22. interdum quoque *β* et *κ* 107, 2.

Babylon a Semiramide septem moenibus communita 56, 9. eiusdem civitatis rex Nabuchodonosor statuam sibi ponit 81, 1.

[Bacdjurus et Karghujah in pacis conditiones iurant 394, 25.]

Bagdadum. *Vide* Ecbatana.

Balaneae castellum in Phoenicia 166, 19.

Βάλανος et *βάσανος* confusa 481, 18.

Balforei error in versione Gelasii Cyziceni 416, 27.

Banduri non intellexit vocem Homericam *ἐνώπιον* 492, 28. quaedam Leonis fragmenta scriptis suis inseruit X, 12. 492, 18.

ex Baptismate susceptor Nicephorus Phocas liberorum Romani Iunioris Imp. et Theophanonis 50, 2.

Bardaëtta locus ubi Bardae Phocae exercitus dilapsus est 122, 5.

Bardas Parsacutenus Magister feliciter pugnat contra Bardam Sclerum rebellem 170, 18. *Vide quoque* Parsacuteni.

Bardas Phocas patricius, Nicephori Imp. pater, saepe Saracenorum Ciliciensium victor 185, 8. susceptor liberorum Theophanonis Augustae 50, 10. filio rebellante in ecclesiam S. Sophiae confugit 46, 4. inde liberatus 47, 20. a Nicephoro filio Caesar creatur 49, 6. praesens in admissione legatorum Bulgaricorum 61, 21. moritur annos amplius nonaginta natus 83, 17. eius laus bellica *ibid.* 20. fuit avus Bardae Phocae illius, qui contra Ioannem Tzimiscem et postea contra Basilium II. rebellavit 116, 7. in re militari magister anonymi, qui Nicephori Imp. iussu Tactica conscripsit 185, 8.

Bardas Phocas, Nicephori Phocae filius, in exercitatione ludicra a patruele ipsius Pleuse interfectus 41, 1. (Vid. Ducang. Famil. Byzant. 150. C.)

Bardas Phocas patricius, Dux, Leonis Curopalatae filius (Vide Ducang. Famil. Byzant. 151. B.) a Ioanne Tzimisce Amaseam relegatus 96, 11. res novas molitur 112, 3. quo anno 467, 2. eius invectiva in Ioannem Tzimiscem 116, 3. eius sororem Constantinus patricius, Bardae Scleri frater, in matrimonium duxerat 118, 1. ad eum rebellem Bardae Scleri epistola *ibid.* 4. cui impotentius respondet 119, 2. desertus a suis 120, 15. in castellum confugit 122, 2. ab aliquo insequentium exagitatus 125, 1. eius, in castello obsessi, deditio 125, 23. in Pancalea campo contra Bardam Sclerum praelians male mulctatur 170, 4. contra Basilium II. Imp. ingenti successu rebellat 173, 13. eius interitus 174, 25.

Bardas Sclerus, magister et Dux Orientis, a Ioanne Tzimisce cum exercitu ad fines Bulgariae mittitur 107, 13. eius soror, Maria, Ioannis Tzimiscae uxor 117, 3. Bardae Scleri in praelio virtus 110, 19. Bardas Sclerus Russos vincit *ibid.* 24. adversus rebelles dirigitur 117, 5. exploratores mittit in Bardae Phocae seditiosi castra 120, 2. ad eum transfugiunt Bardae Phocae asseclae *ibid.* 23. alios eorum, captivos factos, oculis privat 122, 9. ipsum Bardam Phocam rebellem in deditionem accipit 125, 23. Russos in aula palatii Praesthlabensis resistentes fundit 137, 19. in praelio ad Dorystolum Russos a tergo invadit 155, 3. ipse sub Basilio II. imperium affectat 169, 14.

τὴν Βασιλείαν dictum pro *τὴν βασίλειον* 425, 27.

ἡ Βασιλεύουσα, regina urbium, hoc est *Constantinopolis* 409, 40. eodem sensu dicitur *ἡ βασιλὶς* 423, 27.

Basilium, vicus thematis Buccellariorum 452, 15.

Basilius II. Bulgaroctonus et Constantinus VIII., Romani iunioris Imp. filii, post patris mortem in palatio Impp. renunciantur 31, 9. 94, 3. 425, 43. [384, 37.] a Polyeucto patriarcha defenduntur coram Senatu 33, 21. virgo ex regia stirpe Bulgarorum Basilio in matrimonium collocata 79, 21. (unde supplendus Ducangius, qui de uxore huius Basilii silere scriptores ait Famil. Byzant. 144. C.) trucidato Nicephoro Phoca, iterum una cum Ioanne Tzimisce Imperator renunciatur 94, 3. sub Basilio Imp. Bardae Scleri defectio 169, 14. Basilius II. Imp. tholum ecclesiae S. Sophiae, terrae motu deiectum, renovat 175, 23. Bardam Phocam rebellem ad Abydum decretorio praelio vincit 174, 12. Basilii Imp. expeditiones in Bulgaros 171, 3. prima eius expeditio contra eosdem infelix XIII, 11. 172, 21. de eadem quae habeat Cedrenus 493, 9. *Vide quoque* Filii Romani iunioris *et* Constantinus VIII.

Basilius Nothus, Romani Lecapeni Imp. ex concubina Bulgara filius, acri atque audaci ingenio 94, 7. vernas habet ad ter mille 47, 3. quos armat in Iosephum Bringam *ibid.* 1. a Nicephoro Phoca proëdrus creatur 49, 9. conspirationis Ioanneae contra Nicephorum Phocam particeps 94, 8. cubiculi praefectus, impetui nimio Ioannis Tzimiscae cives demerendi resistit 97, 20. parti exercitus in expeditione Bulgarica praeest 132, 22. Longiadem et Drizen, regiones a Romanis recuperatas, invadit 176, 16. eius fortunae direptae 172, 16. moritur XIII, 20.

Basilius I. Scamandrenus (vid. Le Quien Orient. Christ. I. 256. A.) a Ioanne Tzimisce Imp. patriarcha Cpleos creatus 102, 16. eius mores 163, 10. apud Ioannem Tzimiscem Imp. calumniatus *ibid.* ab eodem sede pellitur *ibid.* 19.

Basilius Caesareensis, iunior, scholiasta ineditus S. Gregorii Nazianzeni 458, 19.

Basilius Caloënsis, Leonis Diaconi pater XII, 32. 5, 4.

S. Basilium Nyssenum exscribit Nicetas Heracleae metropolita 417, 86.

Bellum non tantum violento impetu quantum prudentia et calliditate promovetur 20, 22.
Βέρεδον 212, 7. quid proprie significet 516, 29. eius contrarium est *σάκα ibid.* 28.
[Berengarius et Adelbertus occisi 345, 8.]
Berkelii versio Stephani Byzantini emendata 495, 31. eiusdem error iocularis in eodem Stephano 400, 38.
Berrhoea a Bulgaris occupata 175, 10.
Beryti imago crucifixionis Dominicae reperta 166, 20.
Bibliotheca Coisliniana Montefalconii emendata 468, 36.
Bibliotheca Photii ab Andrea Schotto male versa 511, 26 sqq.
Βῖγλαι, *excubiae* XX, 6. quo intervallo aliae ab aliis esse debeant 187, 1.
Bigotii error in versione Palladii 470, 45.
Billii versio S. Gregorii Nazianzeni emendata 410, 4. 431, 11. eiusdem error in Vita S. Athanasii 451, 41.
Βίον ἀβίωτον τιθέναι 119, 12.
quando Bipartito oportet hostes insequi 235, 10.
ad Blachernensem aedem S. Mariae Virginis pompam agit Ioannes Tzimisces Imp. 129, 7.
pro *Βλεφαρίδος* scriptum *φλεβαρίδος* 88, 1.
* *Βλύσις*, lexicis ignoratum vocabulum prolatum ex commentario ms. Theophylacti Bulgarorum archiepiscopi in Psalmos 489, 23.
* *Βλυστάνω*, *eructo*, *fundo* ibid. S. Ioanni Chrysostomo vindicatum *ibid.* 16.
[Bochteiarus, Bagdadi Emir 389, 2.]
Boissonadus (Io. Fr.) vir summus, litterarum Graecarum rara cognitione praestans 436, 10.
S. Bonifacii Acta emendata 505, 20.
Borion vicus haud longe a Danapri flumine 487, 19.
Boris, Bulgarorum rex, Praesthlabae a Romanis captus 136, 16. inde e regno deductus Magistri dignitate ornatur 158, 24. ipsius nomen quomodo scribatur a Scylitze et Georg. Cedreno 477, 38.
Borzo urbs a Ioanne Tzimisce Imp. capta 166, 17.
per Bosporum catena ferrea a Nicephoro Phoca Imp. tensa 78, 23. Bosporo clam traiecto Cplim ingreditur Leo Curopalates rebellis 146, 10. eundem transit Bardas Sclerus contra rebelles proficiscens 117, 20. Bosporum transgressus Basilius II. Imp. Bardae Phocae rebellantis duces fundit et capit 174, 1. Bospori sinus portum praebet Cpli 129, 11. *Vide quoque* Cimmerius Bosporus.
Brevis statura Ioannes Tzimisces 92, 4. 96, 21.
Bringas. *Vide* Iosephus Bringas.
Brodium Latinorum unde deducatur 489, 26.
Buccellariorum thema, ubi natus S. Nicephorus Milesius 442, 15.
Bucoleon locus Cpli 87, 9.
Bulgaria olim Macedoniae portio 103, 17. mirum in modum impedita ac saltuosa 62, 13. 172, 19. 20. tramites ex Thracia in Bulgariam agentes difficiles et perangusti 130, 15. Bulgari Cotragorum coloni 103, 18. unde nomen traxerint *ibid.* 22. Bulgarus genti Bulgarorum olim praefectus *ibid.* Bulgari a Iustiniano II. Rhinotmete, iterum rerum potito, Moesiam obtinent 104, 5. a Bulgaris Nicephorus I. (Logotheta sive Generalis) Imp. obtruncatus *ibid.* 16. 464, 37. apud eos tunc sacrificia humana 484, 28. et religio gentilis 465, 9. Bulgarorum rex Simeon bellum Graecis infert 123, 4. Leonem Phocam maiorem, Magistrum et Domesticum Scholarum Orientis a Zoë Augusta dictum, magna clade afficit 124, 6. in Bulgaros expeditio Nicephori Phocae Imp. 62, 11. id bellum quo anno locandum 437, 27. 440, 31. ut Bulgariam invaderent, ad Russos Calocyres patricius missus 63, 13. mercedemque pro hac re Sphendosthlabo pollicetur Nicephorus Phocas 103, 13. Sphendosthlabus persuasus a Calocyre 77, 6. ad Bulgaros legatos mittit Nicephorus Phocas 79, 13. Bulgari XXX. M. hominum numero a Russis fusi 78,

7. Bulgari a Sphendosthlabo duobus praeliis, non uno, victi 447, 16. eorum dux Petrus in morbum comitialem incidens moritur 78, 10. erga Bulgaros Sphendosthlabi crudelitas 105, 7. Bulgari implorant Nicephori Phocae auxilium contra Russos 81, 12. e Bulgaria missas sponsas invisere se velle fingit Theophano Augusta 86, 11. ut, Bulgaria relicta, in suos se fines recipiat, Sphendosthlabo suadet Ioannes Tzimisces 103, 15. in Bulgaria ecclesiae multae a Ioanne Curcua vastatae 148, 20. Bulgarorum et Hunnorum multitudo in exercitu Russico 108, 19. item in praelio Praesthlabensi Bulgari Russorum socii contra Graecos 137, 21. Bulgarorum thesauri Praesthlabae in aula regia asservati 136, 11. ut e Bulgaria recedat iterum Sphendosthlabum hortatur Ioannes Tzimisces Imp. 138, 15. denique Russi victi spondent in pace cum Romanis, se Bulgaria abstenturos 155, 22. Bulgaria pace facta a Romanis recepta 157, 23. ex eadem regione Ioannes Tzimisces refert nobilem S. Mariae Virginis imaginem 158, 10. et Bulgarorum coronam in ecclesia S. Sophiae deponit *ibid.* 21. Bulgari Basilio II. imperante Macedoniam populantur 171, 5. in eos expeditiones Basilii Imp. XIII, 8. 171, 2. cuius exercitus foede ab illis conciditur XIII, 11. 172, 21. de eadem infelici expeditione Basilii Imp. quae habeat Cedrenus 493, 3. Bulgarorum gens inops atque impura 62, 2. eorum regia Praesthlaba 131, 10. Bulgari Christianorum fidem colunt 79, 17. eorum mulieres plaustris vehi consuerunt 80, 1. Bulgarorum archiepiscopi Theophylacti Commentarius ineditus in Psalmos laudatus 483, 23. *Vide quoque* Moesi.

Bullialdi lapsus in loco Michaëlis Ducae 421, 29.

Burtza. *Vide* Michaël Burtza.

Byzantini scriptores diminutiva pro primitivis, composita pro simplicibus temere usurpant 407, 24. triplici ratione illustrari possunt XXII, 12. eorum celeber locus communis de utilitate historiae 397, 1. quinam supersint adhuc inediti XXIV. ad Byzantinam historiam illustrandam egregie idoneae Sanctorum Vitae 507, 9. rerum Byzantinarum rudes Richardus Montacutius, interpres Epistt. Photii 511, 38. et Xylander, interpres alioqui praeclarus 441, 21.

ad Caesaris dignitatem Bardas Phocas a Nicephoro filio evectus 49, 4.

Caesaream versus iter ingrediuntur Nicephorus Phocas et Ioannes Tzimisces 40, 10. in Caesariensi ecclesia Nicephorus, Imperator nuncupatus, sacra obit 44, 7. eandem civitatem occupat res novas moliens Bardas Phocas 113, 3.

